126. **Reseda.** L.
1. a. orthostyla. C. Koch. 6.

130. **Viola.** L.
31. a. somchetica. C. Koch. 6.

137. Dianthus. L.
26.a. canescens. C. Koch. 6.

138. Gypsophila. L.
2.a. floribunda. Fenzl. 8.

140. Vaccaria. Medikus.
2. inclusa. Ledeb. 6.

141. Silene. L.
17.a. lithophila. Kar. et Kir. 8.
25.a. quadriloba. Turcz. 8.
25.b. suaveolens. Kar. et Kir. 8.
25.c. radians. Kar. et Kir. 8.
27.a. nana. Kar. et Kir. 8.
37.a. lasiantha. C. Koch. 6.
63.a. arenosa. C. Koch. 6.

144. Lychnis. L.
3.a. sordida. Kar. et Kir. 8.

153. Lepyrodiclis. Fenzl.
1.a. cerastioides. Kar. et Kir. 8.

155. Arenaria. L.
20. rupifraga. Fenzl. 8.

163. Linum. L.
16.a. annotinum. C. Koch. 6.

175. Hypericum. L.
20.a. apricum. Kar. et Kir. 8.

180. Geranium. L.
17.a. saxatile. Kar. et Kir. 8.

232. Oxytropis. Dec.
18.a. Hystrix. Schrenk. 8.
27.a. Meinshausenii. Schrenk. 8.
41.a. platysema. Schrenk. 8.

233. Astragalus. L.
40.a. psilopus. Schrenk. 8.

FLORA ROSSICA.
PLANTAE VASCULARES.

Class. *I.* Dicotyledoneae seu Exogenae.

Subclass. I. THALAMIFLORAE.

Calyx polysepalus. Petala plurima distincta staminaque thalamo nec calyci inserta.

Ordo. *I.* Ranunculaceae. Juss.

Gen. p. 231. — Dec. *Syst. I*, p. 127. — *Prodr. I*, p. 2. — Endlicher *gen.* p. 843.

Sepala 3—6. Petala 3 aut plura, saepe diminuta et nectariformia, rarius nulla. Stamina hypogyna, libera, indefinita: antheris adnatis, rima duplici dehiscentibus. Ovaria nunc definita, sepalis numero aequalia vel pauciora, rarius plura, rarissime solitaria, unilocularia, libera aut plus minus cohaerentia: ovulis juxta suturam ventralem plurimis, nunc indefinita, toro hemisphaerico vel cylindrico inserta, libera: ovulo plerumque unico. Carpella mono-vel polysperma. Embryo intra albuminis foveolam, minimus.

Tribus I. Clematideae. Dec.

Calyx coloratus, aestivatione valvatus vel induplicatus. Corolla nulla, vel petala calyce breviora, plana. Carpella monosperma, stylis barbato-plumosis caudata. — Herbae vel saepius frutices scandentes, foliis omnibus caulinis, oppositis.

1. Clematis. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 2. (excl. sect. IV). — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 372. — Koch. *Syn.* p. 2. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — Endlicher *gen.* p. 844.

Calyx petaloideus, 4—8-sepalus: sepalis aestivatione valvatis vel induplicatis. Petala O. Stamina omnia antherifera. Carpella ∞, sicca, monosperma, stylo elongato terminata.

Sect. I. *Flammula.* Involucrum O. Carpellorum caudae longae barbato-plumosae.

§. 1. Erectae.

1. *C. integrifolia* (L. Sp. 767) caule erecto, foliis ovato-lanceolatis ovatisve acutis integerrimis, floribus nutantibus, sepalis oblongis acutis.

C. integrifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 8. — Pall. *It. III*, p. 316. — S. G. Gmelin *It. I*, p. 125. — Falk, *Beitr. II*, p. 201. — Güldenst. *It. I*, p. 111, 193; *II*, p. 145, 162, 163, 166, 174, 187, 255. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 361. — Sievers. *ibid. VII*, p. 345. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4, p. 1061. — Clark. *Trav. I*, p. 216. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 21. — Besser *En.* p. 22, No. 666. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 374. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 203. — Eichw. *Skizze* p. 182.

Clematis (latifolia flore solitario) Pall. *It. II*, p. 523.

Clematis foliis simplicibus ovatis sessilibus lanceolatis, floribus cernuis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 194, Nr. 31.

Hab. in collibus et campestribus siccis Rossiae mediae [Ucrania (Güld.), Jekaterinoslaw (Böb.), Woronesch (S. G. Gmelin, Clark.)], australis [Podolia (Besser, Eichw.), Gub. Cherson (Güld., Ledeb.), Tanais (Gerber ex Gmel., S. G. Gmelin), ad Terek. (Güld.), Caucasus! (M. a Bieb., C. A. Meyer — alt. 700—1000 hexap.)] et Sibiriae [Altai! (Pall., Fl. alt.), Irtysch super. (Sievers.)] ♃.

Variat: Foliis latioribus et angustioribus (*C. integrifolia angustifolia.* Fisch. ex Dec.; *C. integrifolia alpina.* Fisch. in hortis.), glabriusculis et parce pilosis (*C. elongata.* Tratt. ex Dec.); floribus minoribus et majoribus (*C. integrifolia var. grandiflora*, Besser, En. p. 47 ante Nr. 1435).

2. *C. soongorica* (Bunge *Ind. sem. h. Dorp.* 1839) glabra, caule erecto suffruticoso, foliis oblongo-lanceolatis basi cuneatis in petiolum longe attenuatis triplinerviis medio dentato-serratis vel rarius integerrimis vel basi altero latere vel utrinque semel incisis, floribus trichotome cymosis, sepalis 4 obovato-oblongis extus pubescentibus.

C. soongorica. Siev. in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 331?

Hab. in Sibiria [ad montem Dshelu-tau deserti soongoro-kirghisici! (Bunge) et ad fl. Bekun? (Sievers)] ♃.

3. *C. angustifolia* (Jacq. *Coll. I*, p. 137) caule erecto, foliis pinnatim sectis: segmentis lanceolato-linearibus acuminatis integris trilobisve, pedunculis unifloris, sepalis 6—8 obtusissimis.

C. angustifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 7. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 1.

C. hexapetala. Pall. *It. III*, p. 226, 423, *app.* p. 735, Nr. 96. t. Q. f. 2. — Schangin *in* Pall. *n. nord. Beitr. VI*, 109?

C. Pallasii. Gmel. *Syst. nat II*, p. 873. — Lam. *Encycl. méth. suppl. II*, p. 295.

Clematis erecta foliis angustis, cornu cervi divisura. Amman. *ruth.* Nr. 108.

Atragene foliis pinnatis, foliolis ex lineari-lanceolatis simplicibus bi- et trifidis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 194, Nr. 32.

Hab in campis Davuriae (Gmel., Pall., Turcz., Schtschukin) et in montibus altaicis ad Fl. Turgusun? (Schangin) ♃.

4. *C. recta* (L. Sp. 767) caule erecto, foliis pinnatisectis: segmentis ovatis acuminatis, sepalis oblongis obtusis glabris extus margine pubescentibus.

C. recta. Pall. *It. I*, p. 154. — S. G. Gmelin. *It. I*, p. 125. — Güld. *It. I*, p. 193.; *II*, p. 127. 130. 137. 155. 163. 343.

C. erecta. Dec. *Prodr. I*, p. 2. — Falk. *Beitr. II*, p. 201. — Böb. *in* Pall. *n. nord. Beitr. VI.* 258. — Bess. *En.* p. 22. Nr. 665. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 37. — Eichw. *Skizz.* p. 182. — Claus. *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 248.

C. lathyrifolia. Bess. *in herb. Zeyheri.*

Hab. in campestribus Rossiae mediae [Jekaterinburg? (Uspenski), Woronesch (S. G. Gmel.), Kursk (Böb., Höfft.), Volhynia (Bess., Eichw.), Ucrania (Güld.)] et australis [Podolia (Bess.), Kiew! (Güld., Trautvetter in litt., Ledeb.), Tanais (S. G. Gmel.. Falk.), Samara et Zarizyn ad Wolgam (Pall., Falk, Claus), Terek (Güld.)] ♃.

§. 2. Scandentes.

5. *C. Flammula* (L. p. 766) caule scandente, foliis bipinnatisectis: segmentis ovatis oblongis linearibusve integerrimis indivisis vel bitrifidis, sepalis oblongis obtusis subtus margine tomentosis.

C. Flammula. Dec. *Prodr. I*, p. 2. — Güld. *It. I.* p. 291. 426. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II.* p. 21.; *III.* p. 377. — Henning *in Act. mosq. VI.* — Eichw. *casp. cauc.* p. 26.
C. diversifolia. Gilib. *Fl. lith. V.* p. 282? — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 383?
Flammula. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 33?
Hab. in Rossia media? [Polonia (Erndt.), Lithuania (Gilib.)] et australi, [Tanais (Henning.), Caucasus! (M. a Bieb., Wilhelms in litt.), Somchetia et Kachetia (Eichw.), Imeretia (Güld.)] ♄.
Obs. Synonyma Gilib. et Erndt. mihi dubia videntur; forsan ad C. rectam pertinent.

6. *C. orientalis* (L. Sp. 765) caule scandente, foliis pinatisectis: segmentis glaucis glabris basi cuneiformibus trilobis tripartitisve: lobis dentatis vel serratis acuminatis, sepalis oblongis acutis extus margine tomentosis intus villosis.

C. orientalis. Dec. *Prodr. I*, p. 3. — Pall. *It. I*, p. 372.; *III*, p. 589. 640. 655.? — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 20.; *III*, p. 377. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 203. — Hohenack. *En. El. in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI.* p. 238. — Id. *En. Tal.* p. 152.
Hab. in Rossia australi [in deserto ad m. casp. juxta fl. Manitsch, nec non inter Wolgam et Jaik? (Pall.)], Caucasus! (M. a Bieb., Wilhelms in litt.), Terek (C. A. Meyer), prov. Karabagh et Talysch (Hohenack.) ♄.
Obs. Synonyma Pall. potius ad C. longepedunculatam m. pertinere videntur.

7. *C. glauca* (Willd. *arb.* 65. t. 4. f. 1) caule scandente, foliis (mediis) bipinnatisectis: segmentis glabriusculis glaucis ellipticis ovatisve integerrimis incisisve obtusiusculis mucronatis, sepalis oblongo-lanceolatis acutis extus margine pilosis intus glabriusculis vel parce pilosis, carpellorum cauda sepalis triplo longiore.

C. glauca. Dec. *Prodr. I*, p. 3. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 373.
C. orientalis. Pall. *It. II*, p. 499. 507. — Falk. *Beitr. II*, p. 201. (partim).
Hab. in dumetis humidiusculis ad fluviorum ripas montium altaicorum et deserti barabensis et soongoro-kirghisici! (Pall., Falk., Fl. alt.) ♄.
β. angustifolia, foliorum segmentis longioribus et angustioribus integerrimis (*Fl. alt. l. c.*) Hab. in mont. *altaic.* ad fl. Katunja! (Fl. alt.) ♄.

8. C. longecaudata: caule scandente, foliis pinnatisectis subvillosis: (mediorum) segmentis subcordato-ovatis trilobis: lobis oblongis obtusiusculis mucronatis subintegerrimis, sepalis oblongo-lanceolatis acutis extus villoso-pubescentibus margine tomentosis intus pilosis, carpellorum cauda sepalis sextuplo longiori (ultra 3 poll. long).

C. orientalis. Lep. *It. I*, p. 310. — Falk. *Beitr. II*, p. 201. (partim.).
C. glauca. Claus. *Ind. des. in Göbel It. II*, p. 247. — Henning *in Act. mosq. VI?*
Hab. in Desert. casp.! (Lep., Claus.), ad lacum Inderiensem! (Lessing in herb. reg berolin.), ad Wolgam et in des. Calmuccorum (Falk.), ad Tanain? (Henning) ♄.
De synon. Pall. huc forsan trahendis. cfr. C. orientalem.

9. *C. Vitalba* (L. Sp. 766.) caule scandente, foliis pinnatisectis: segmentis ovatis acuminatis integerrimis vel grosse serratis sublobatisve basi subcordatis, sepalis oblongis obtusis utrinque tomentosis.

C. Vitalba. Dec. *Prodr. I*, p. 3. — S. G. Gmelin, *It. I*, p. 125.? — Falk. *Beitr. II*, p. 201. — Güld. *It. I*, p. 429. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 21. — Henning. *in Act. mosq. VI.* — Eichw. *casp. cauc.* p. 26.
C. taurica. Besser. *in herb. Zeyheri.*

Flammula sepium foliis integris vel dentatis. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 43?
Hab. in sylvis et sepibus Rossiae mediae? [Jekaterinburg (Uspenski), Woronesch (S. G. Gmel.), Polonia (Erndt.)] et australis [Tanais (S. G. Gmelin, Henning.), Tauria! (M. a Bieb., Pall., Habl., Ledeb.), ad fl. Terek (Falk), Caucasus (Güld., M. a Bieb., Eichw.) ♄.

10. *C. davurica* (Pers. *Syn. II*, p. 99) pedunculis ternis unifloris, foliis ternatim sectis glabris, segmentis ovatis basi obliquis integerrimis mucronatis, floribus hermaphroditis nutantibus.

C. davurica. Dec. *Prodr. I*, p. 7.
Hab. in Davuria (Patrin ex Pers.) ♄.
Ex flore C. Viticellae aff. dicitur; mihi ignota.

Sect. II. *Viticella.* Involucrum ○. Carpellorum caudae breves ebarbatae.

11. *C. Viticella* (L. Sp. 765.) caule scandente, foliis integris aut ternato-decompositis: segmentis ovatis integerrimis indivisis bi-trilobisve, sepalis triangulari-obovatis obtusis, stylo glabro.

C. Viticella. Dec. *Prodr. I*, p. 9.
Hab. in Caucaso! (Nordmann.) ♄.

2. Atragene. L.

Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 375. — Koch. *Syn.* p. 3. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — Endlicher, *gen.* p. 844. — *Clematis. Sect. IV.* Dec. *Prodr. I.* p. 9. —

Calyx petaloideus, 4—8 sepalus: sepalis aestivatione valvatis vel induplicatis. Stamina exteriora sterilia, dilatata, petaliformia. Carpella ∞, sicca, monosperma, stylo elongato barbato terminata.

1. *A. alpina* (L. Sp. 764.) foliis subbiternatim sectis: segmentis ovato-lanceolatis indivisis serratis, sepalis oblongis margine tenuissime ciliatis diametro longitudinali transversali plus duplo longiore, petalis spathulatis dimidio sepalorum brevioribus.

A. alpina. Pall. *It. II*, p. 28. 224. 247. 560; *III*, p. 315. 380. — Georgi *It. I*, p. 221; *II*, p. 556. 594. 720. — Lep. *It. III*, p. 38. 52. 55. 67. — Pall. *Fl. ross. II*, p. 69. t. 76. — Falk. *Beitr. II*, p. 201. t. 12. — Sievers *in* Pall. *n. nord. Beitr. VII*, 152. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 376. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 157. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 2.
Atragene foliis duplicato-ternatis, petalis exterioribus quaternis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 194. Nro. 33.
Clematis alpina et sibirica. Dec. *Prodr. I*, p. 10. — Hook. et Arn. *in Beecchey Voyage.* p. 111.
Hab. (flor. ochroleucis vel pallide sulfureis rubicundisve) in Rossia septentrionali [Terra Samojedarum (Schrenk *in litt.*)] et omni Sibiria (Gmel.), [Ural (Pall., Georgi, Lep., Lessing), Altai! (Pall. Fl. alt.) Jenisei (Pall., Turcz.), Baikal! (Georgi, Sievers, Turcz.), Davuria! (Pall., Turcz.), Sibiria orient. (Redowski) et Kamtschatka (Hook. et Arn.): (floribus caeruleis) in Davuria rarissime, prope Ochotzk frequens (Turcz.) ♄.
Viri clar. de Schlechtend. (*Linnaea VI*, p. 571.) et Ermann (Verz. Nro. 107.) hanc cum sequentibus conjungunt.

2. *A. ochotensis* (Pall. *Fl. ross. II*, p. 69.) foliis subbiternatim sectis: segmentis oblongo-lanceolatis indivisis serratis, sepalis ellipticis margine dense tomentosis diametro longitudinali transversali sesquilongiore, petalis linearibus dimidio sepalorum brevioribus.

Clematis ochotensis. Poir. *Encycl meth. suppl. II*, p. 298. — Dec. *Prodr. I*, p. 10.
Hab. in Sibir. orient. ad. fl. Marrcan, usque versus mare Ochotense (Steller ex Pall.), in Kamtschatka ad portum Petro-Pauli! (Cham., Eschscholtz.) ♄.

3. *A. macropetala* (Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 367. *in nota*) foliis biternatim sectis: segmentis cordato-ovatis bi-trifidis partitisve: laciniis

ovatis vel oblongis incisis serratisve, sepalis oblongis utrinque villosulis diametro longitudinali transversali plus duplo longiore, petalis oblongis acuminatis; exterioribus longitudine fere sepalorum.

Clematis macropetala. Ledeb. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 11.
Clematis Viticella. Georgi, *Beschreib. d. russ. Reichs. Nachtr.* p. 277?
Hab. in fissuris rupium Davuriae versus fines Chinae! (Turcz.) ♄.

Tribus II. Anemoneae. Dec.

Calyx saepissime coloratus, aestivatione imbricatus. Petala nulla vel plana, squama vel fovea nectarifera destituta. Carpella monosperma, stylis barbatis caudata vel ecaudata. — Herbae erectae, foliis omnibus radicalibus vel caulinis alternis, floribus saepius involucratis.

3. Thalictrum. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 11. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 343. — Koch. *Syn.* p. 3. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — Endlicher, *gen.* p. 845.

Involucrum sub floribus nullum. Calyx subpetaloideus, 4—5 sepalus: sepalis aestivatione imbricatis. Petala nulla. Stamina omnia antherifera. Carpella ∞, sicca, monosperma, ecaudata, receptaculo minuto disciformi inserta.

Sect. I. *Tripterium.* Dec. Carpella stipitata, triquetra, angulis alatis, caeterum laevia nec striata.

1. *T. aquilegifolium* (L. Sp. 770) ramificationibus petioli stipellatis, panicula subcorymbosa, frutibus triquetris laevibus.

T. aquilegifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 11. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 87. — S. G. Gmel. *It. IV*, p. 13. — Falk. *Beitr. II*, p. 202. — Güld. *It. I*, p. 18. — Gilib. *Fl. lith. V*, p. 285. — *Exerc. phytol. I*, p. 385. — Steph. *Fl. mosq.* Nro. 367. — Sievers *in* Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 345. — Jundz. *Fl. lith.* p. 164. — Mart. *Fl. mosq.* p. 95. — Prytz. *Fl fennic. breviar.* p. 32. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 37. — Besser. *Enum.* p. 22. Nro. 671. — Luce *Fl. osil.* p. 193. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 344. — Eichw. *Skizz.* p. 182. — Wirzén. *Fenn.* p. 51. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 3. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 198. — Wirzén *Casan.* Nro. 1.
Thalictrum Aquilegiae folio et caet. — Amman. *ruth.* p. 74. Nro. 98.
Thalictrum fructibus triangularibus rectis, caule tereti. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 193. Nro. 28.
Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Wirzén)], media [Ingria (Gorter.), ins. Osilia (Luce). Livonia! Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Gub. Twer (P. Kalm ex S. G. Gmel., Güld.), Mosqua (Steph., Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exsicc.*), Kasan (Wirzén.)] et australi [Podolia (Besser.), desert. cuman. (S. G. Gmel.)], nec non in Sibiria altaica [m. Ssaratau desert. soongoro-kirghisici (Siev.)], orientali [inter Jakutzk et Ochotzk! (Turcz.)] et in Davuria (Messerschm. ex Amman., S. G. Gmel., Turcz.) ♃.

2. *T. contortum* (L. Sp. 770.) stipellis nullis, floribus laxe corymboso-racemosis, fructibus triquetris pendulis.

T. contortum Dec. *Prodr. I.* p. 11. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III. 4.* p. 1065.
Thalictrum fructibus pendulis triangularibus contortis, caule subancipiti. Gmel. Fl. *sib. IV.* p. 192. Nr. 27.
Hab. a Jenisea fluvio in transbaikalenses regiones (J. G. Gmel.) ♃.

Sect. II. *Physocarpum.* Dec. Carpella stipitata, inflato-vesicaria nec triquetra, nec striato-sulcata: semine cavitate multo minore. (Flores hermaphroditi aut diclini vel polygami.)

3. *T. sparsiflorum* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 4.) stipellis nullis,

foliis ternatim supradecompositis: foliolis ovatis vel subcordatis suborbiculatisve serratis incisisve, floribus hermaphroditis sparsis erectis, filamentis filiformibus, carpellis semi-obovatis vel obcordatis compressis utrinque subtrinerviis stylo coronatis.

T. sparsiflorum. Fisch. et Meyer *Ind. h. petrop.* p. a. 1835. p. 40.
Hab. in Davuriae umbrosis ad rivulos inter fluv. Schilka et Argun et in Sibiria orientali inter Jakutzk. et Judomskoikrest.! (Turcz.) ♃.

Radix fibrosa, plures emittens caules pedales vel bipedales, basi squamis pluribus fuscis circumvallati, erecti, graciles, uti tota planta glabri. Folia inferiora longe petiolata, summa subsessilia, ambitu late triangularia. Petioli foliorum inferiorum basin versus in vaginam fuscam, extus striis elevatis notatam, margine membranaceam dilatati; intermedii membrana crenata aut lobata, subamplexicauli aucti; supremi subnudi. Foliola membranacea, praesertim subtus glauca. Stipellae nullae. Flores hermaproditi, versus apicem caulis et ramorum in foliorum axillis solitarii, longis pedunculis insidentes, erecti, post anthesin nutantes. Sepala 4 elliptica (in sicco alba vel rubicunda), sub anthesi reflexa, tum decidua. Filamenta filiformia, apicem versus vix incrassata, anthera longe tenuiora, sepalis longiora. Pistilla 10 — 14. Styli elongati sub anthesi uncinati, demum recte porrecti.

A. T. clavato, cui affine, differt, praeter alias notas, floribus hermaphroditis, filamentis non clavatis, pericarpiis pluribus stylo subelongato coronatis.

Sect. III. ***Euthalictrum.*** Dec. Carpella longitudinaliter sulcata.

§. 1. Carpella in stipitem brevem attenuata, apice stigmate uncinata.

4. *T. alpinum* (L. Sp. 767.) caule simplicissimo subnudo, racemo terminali simplici, pedicellis fructiferis reflexis, foliolis glabris.

T. alpinum Dec. *Prodr. I.* p. 12. — Pall. *It. III.* p. 244. — Georgi. *It. I.* p. 221. — Sievers. in Pall. *n. nord. Beitr. VII.* p. 345. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III. 4.* p. 1062. — M. a. Bieb. *Fl. t. c. III.* p. 377. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 31. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 347. — Schlechtend. in *Linnaea. VI.* p. 572. — C A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 202. — Fellmann *Ind. Kol.* Nr. 248. — *Ej. Ind. Lapp.* Nr. 214. — Hook et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 120. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 7.
Hab. in Rossia arctica et septentrionali [Fennia (Prytz). Lapponiá! (Wahlenb., Fellm., Schrenk in litt.), Kola! (Fellm.), terra Samojedarum! (Schrenk in litt.)] inque alpibus totius Caucasi alt. 1200 — 1400 hexap. (C. A. Meyer), in alpe Schadagh Caucas. orient. (M. a Bieb.), Sibiria [summ. alp. altaic. (Fl. alt.), m. Ssaratau des. soongoro-kirgh. (Sievers), alp. baikal. (Turcz.), Davur. (Pall., Turcz.), Sibir. orient. (Merk. ex Georgi), sin. St. Laurentii! (Cham., Eschsch.)], in plaga arctica Americae boreali-occidentalis. (Hook et Arn.) ♃.

§. 2. Carpella sessilia, apice recta.

† Filamentis versus apicem dilatatis anthera latioribus.

5. *T. petaloideum* (L. Sp. 770.) radice fibrosa, caule teretiusculo stricto, vaginarum auriculis integerrimis, foliis tripinnatis: foliolis orbiculato-ellipticis integris trilobisve, floribus erectis corymbosis confertis, carpellis ovato-ellipticis in stylum subrecurvatum attenuatis.

T. petaloideum Dec. *Prodr. I.* p. 12. — Pall. *It. III.* p. 231. — Georgi. *It. I.* p. 221. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 345. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 6.

T. stamineum. SIEVERS. in PALL. *n. nord. Beitr. VII.* p. 174.
Thalictrum caule ramoso ramis plerumque heteromallis. KRASCHENINNIKOW *in nov. Comment. Ac. petrop. I.* p. 383. t. 15. f. 2.
Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), ad Baikal! (TURCZ.) Davuria! (PALL., SIEV., TURCZ.) et in Kamtschatka (KRASCHENINN.) ♃.

6. *T. baikalense* (TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 5) radice fibrosa, caule teretiusculo stricto, vaginarum auriculis longissime fimbriatis, foliis triternatis: foliolis suborbiculatis vel lato-ellipticis apice inciso-crenatis: lobis apice rotundatis, panicula pauciflora foliosa, floribus sparsis erectis, carpellis ellipticis acutiusculis compressis striatis.

Hab. in umbrosis ad fl. Irkut reg. baikal. (TURCZ.) ♃.

Caulis sesquipedalis, erectus, gracilis. Folia exacte Aquilegiae vulgaris sed triternata: foliolis terminalibus petiolulatis, majoribus; lateralibus sessilibus aut brevissime petiolulatis, minoribus. Praeter paniculam terminalem alii pedunculi ex axillis foliorum superiorum subinde proveniunt pauciflori, longitudine varii. Stamina numerosa: filamentis elongatis, versus apicem dilatatis, anthera latioribus. Pistilla 5 — 8.

Ob filamentorum structuram huc pertinet; quoad habitum propius ad T. gracile accedit, sed omnibus in partibus duplo major est.

†† Filamentis filiformibus anthera angustioribus.

A. Panicula ambitu pyramidalis vel ovata, flores sparsi vel in apice ramulorum umbellati, sed non dense fasciculati.

a. Petiolis exstipellatis.

7. *T. isopyroides* (C. A. MEYER in LEDEB. *Fl. alt. II. 346.*) glaberrimum glaucescens; radice fibrosa, foliolis suborbiculatis subtripartitis: laciniis oblongis obtusis integerrimis; panicula divaricata, floribus subnutantibus trigynis, carpellis oblongis utrinque obtusiusculis.

T. isopyroides. LEDEB. *Ic. pl. Fl. alt. t.* 397.
Hab. in rupestribus montium altaic. pr. Buchtarminsk! (FL. ALT.) ♃.

8. *T. foetidum* (L. SP. 768.) radice fibrosa, auriculis vaginarum brevibus integerrimis, foliolis suborbiculatis obovatisve trifidis vel inciso-serratis, panicula patente laxa, floribus polygynis nutantibus, stigmatibus oblongo-ovatis fimbriato-denticulatis lateribus retrorsum incumbentibus, carpellis lato-ellipticis utrinque obtusiusculis.

α. Foliolorum lobis minus profundis, obtusiusculis.
a) Glanduloso-pubesens: tota planta pilis simplicibus glanduliferisque pubescens.
b) Totum glabrum.

T. foetidum DEC. *Prodr. I.* p. 13. — STEPH. *Fl. mosq.* Nr. 363. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II.* p. 22; *III.* p. 377. — LEDEB. *Fl. alt. II.* 349. — EICHW. *cauc. casp.* p. 24. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 8.
T. styloideum. L. (ex DEC. *l. c.*). — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 278.
T. sibiricum. PALL. *It. I.* p. 219?; *II.* p. 28?; *III.* p. 319? — SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI.* p. 39. et *al. loc?* — HERB. WILLD. Nr. 10,501.
Thalictrum minimum saxatile, odore gravi, semine striato. AMMAN. *ruth.* p. 74. Nr. 99.
Hab. in Rossia media [Mosq. (STEPH.), Gub. Orenburg?] (PALL.) et australi. [Caucas. iber.! (M. a BIEB., WILHELMS pl. exsicc., EICHW.), Mingrelia (EICHW.)], nec non in Sibiria ural. pr. Slatoust (NESTEROFSKI), altaica! (FL. ALT.), pr. Krasnojarsk (TURCZ. in litt.), ad Baikal! (TURCZ.) et Davuria (TURCZ.)] ♃.

β. Foliolorum lobis profundioribus, acutis.
a) Glanduloso-pubescens.
b) Totum glabrum.

T. acutilobum. DEC. *Prodr. I.* p. 13. — DELESS. *Ic. sel. I.* t. 10. — LEDEB. *Fl.*

alt. II. p. 349. — Schlechtend. *in Linnaea. VI.* p. 573. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 203. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 9.

Hab. in promontor. et subalpinis totius Caucasi alt. 200 — 1200 hexap. (C. A. Meyer.) et in Sibiria [Altai! (Fl. alt.), Krasnojarsk (Turcz. in litt.) regio baikal! et Davuria (Turcz.), orient. (Redowski ex Schlechtend.)] ♃.

9. *T. minus* (L. Sp. 769.) radice subrepente, caule flexuoso, auriculis vaginarum brevibus rotundatis denticulatis patulis, foliolis suborbiculatis vel cuneato-obovatis tridentatis vel trifidis et quinquedentatis subtus glaucis, paniculae ramis erecto-patentibus, floribus sparsis subumbellatis staminibusque pendulis, carpellis utrinque acutis.

T. minus. Dec. *Prodr. I.* p. 13. — Pall. *It. III.* p. 654. — Ferber in Fisch. *Livl. Zus.* p. 156. — Falk. *Beitr. II.* p. 201. — Steph. *Fl. mosq.* Nr. 364. — Boeb. in Pall. *n. nord. Beitr. VI.* p. 261. — Clark. Trav. *I.* p. 353. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II.* p. 22. *) — Jundz. *Fl. lith.* p. 163. — Mart. *Fl. mosq.* p. 95. — Besser, *Enum.* p. 47. Nr. 1435. — Hoefft. *Cat. Cursk.* p. 37. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II.* p. 248. — Weinm. *Tambow.* Nr. 80. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 10? — Wirzén. *Casan. Nr. 2.*

T. nutans. Gilib. *Fl. lithuan. V.* p. 284. — Ej. *Exerc. phytol. I.* p. 385.

T. medium. Pall. *Ind. Taur.* (ex M. a Bieb. et hinc Dec. *Prodr. I.* p. 14. quoad plantam tauricam).

T. glaucescens. Willd. *En. h. berol. suppl.* p. 40. (ex Link. *Enum. II.* p. 92).

Thalictrum foliis sexpartitis, floribus cernuis. Gmel. *Fl. sib. IV.* p. 193. Nr. 30?

Hab. in Rossia media [Curonia. (Ferber.), Lithuania (Gilibert, Jundz.), Volhynia (Besser.), Mosq. (Steph., Mart.), Pensa (Jacq. pl. exsicc.), Tambow (Weinm.), Kursk (Hoefft.), Kasan (Wirzén)] et australi [Podolia (Besser), Cherson! (Ledeb.), Jekaterinoslaw (Boeb.), ad Tanain! (Henning.), ad Wolgam infer. inter Saratow et Zarizyn (Pall., Falk, Claus.), des. Calmuccorum (Falk.), Tauria et Caucas. (M. a Bieb.), ad fl. Kubau. (Clark.), in omni Sibiria (S. G. Gmelin.), ad fl. Irkut. (Turcz.) ♃.

β. glandulosum. Koch. Syn. p. 4. *var. γ.*

T. pubescens. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 203.

Hab. in promontor. Caucasi orient. alt. 600 hexap. (C. A. Meyer.) ♃.

10. *T. mucronatum:* radice fibrosa, auriculis vaginarum brevibus rotundatis denticulatis patulis, foliolis suborbiculatis ellipticisve basi subcordatis trifidis incisisve: lobis mucronatis, panicula pyramidali: ramis patulis, floribus longe pedicellatis sparsis polygynis staminibusque erectiusculis, carpellis utrinque obtusiusculis.

T. elatum. Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 350. (non Jacq.) — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 203. — Eichw. *casp. cauc.* p. 28. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II.* p. 247. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 11. — Hoh. *Enum. Talüsch.* p. 151.

Hab. in Rossia australi [Gub. Cherson! (Ledeb.), ad mont. Bogdo des. casp. (Claus.), promont. Caucas. (C. A. Meyer.), Somchetia et Kachetia (Eichw.), mont. Talüsch. (C. A. Meyer. alt. 200 — 500 hexap., Hohenack.)] et in Sibiria [m. Taganai jugi Ural! (Lessing. in herb. reg. berolin.), pr. Slatoust. (Nesterofski.), Altai. (Fl. alt.) Krasnojarsk (Turcz. in litt.), regio baikal. (Turcz.)] ♃.

T. elatum Jacq. ab hoc longe differt: paniculae ramis elongatis patentibus: ramulis sulcatis, floribus subumbellatis, pedicellis fructu immaturo vix longioribus, qui in T. mucronato florem ter aut quater superant. Foliola in nostro majora, quam in antecedentibus hujus sectionis speciebus, plerumque aut utroque aut exteriori latere subcordata, ambitu suborbiculata; superiorum foliorum subinde elliptica aut obovato-oblonga. Variat foliolis subtus pallidioribus et subglaucescentibus.

11. *T. majus.* (Jacq. *Fl. austr.* t. 420.) radice fibrosa, caule stricto,

*) Ab am. C. A. Meyer Ind. cauc. p. 203. ad T. elatum ducitur.

auriculis vaginarum rotundatis denticulatis reflexis, foliolis suborbiculatis ellipticisve basi subcordatis aut rotundatis trifidis vel inciso-serratis subtus glaucis: lobo intermedio mucronato; reliquis obtusiusculis, paniculae ramis subhorizontalibus, floribus sparsis subumbellatis polygynis nutantibus, carpellis utrinque acutiusculis.

T. majus. Dec. *Prodr. I.* p. 13. — Lepech. *It. III.* p. 55. 125. — Jundz. *Fl. lith.* p. 163. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 351. — Ermann, Verz. Nr. 104? — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 12.

T. ruthenicum. Fisch. (fid. specim. e semin. ab auct. miss. in h. Dorpat. enati.) An etiam Schraderi Ind. sem. h. Götting. p. a 1832, cui radix repens adscribitur?

Hab. in Rossia media [Lithuania (Jundz.) Gub. Perm. (Lepech.)] et australi [Armenia (C. Koch. in litt.)], nec non in Sibiria [Ural septentr. (Lepech., Erm.?), Altai! (Fl. alt.), Krasnojarsk (Turcz. in litt.), reg. baikal. (Turcz.)♃.

12. *T. globiflorum*: radice . . . . , auriculis vaginarum inferioribus oblongis truncatis; superioribus rotundatis denticulatis reflexis, foliis bipinnatis: foliolis obovato-suborbiculatis basi ovatis vel cuneatis trifidis: lobis integris vel bi- aut tridentatis, panicula divaricatissima: ramulis subreflexis, floribus umbellatis longe pedicellatis, pistillis numerosissimis in globuli formam coacervatis, stigmate a latere compresso suborbiculato.

Hab. in umbrosis regionis baikalensis! (Turcz. miss.) ♃.

Caulis bipedalis, gracilis, crassitie vix pennae corvinae, parce foliosus: internodiis folia superantibus, glaber, polline glauco destitutus. Folia inferiora bipinnata: pinnulis ternatis; infimis subinde iterum pinnatis: foliolo intermedio petiolo ipsius longitudine insidente, ad medium fere trifido: lobis terminalibus tri-; lateralibus bidentatis; foliolis lateralibus brevius petiolatis aut rarius subsessilibus, incisis; omnibus membranaceis, subtus glaucis; foliorum superiorum foliola sensim angustiora. Panicula divaricata, diametro transversali fere pedali: ramis patentissimis: ramulis subreflexis. Ad omnes ramificationes folia inveniuntur pinnata, ternata aut simplicia: foliolis ellipticis aut lanceolato-linearibus. Flores plurimi umbellati, nonnullis solitariis intermixtis. Umbellulae saepius proliferae. Germina ultra 20, exteriora reflexa, hinc globulum formantia. Stigmata a latere compressa, suborbiculata, margine circacircum fimbriata.

13. *T. flavo-virens*: radice . . . . , auriculis vaginarum superne angulo prominente auctis margine laceris; foliis tripinnatis: foliolis orbiculatis basi rotundatis aut obovato-cuneatis flabellatim incisis aut subtrifidis, panicula ovata: ramis erecto-patentibus, floribus umbellatis staminibusque erectis.

Hab. in reg. altaicis. (Gebler. miss.) ♃.

Caulis sesquipedalis, strictus, glaber, striato-sulcatus. Folia inferiora approximata; superiora remota, triplicato-pinnata: pinnulis inferioribus ternatis; superioribus simplicibus. Foliola supra flavo-viridia, subtus subglauca. Vaginae extus sulcatae: sulcis versus caulis basin decurrentibus. Rachis supra canaliculata, subtus striata et subangulata, ad ramificationes primarias nodosa. Sepala caduca. Stamina 15 — 20. Pistilla 7. Carpella immatura videntur inaequilatera.

Affine sequenti, sed folia aliter distributa, multo magis composita;

foliola longe minora, acutius et respectu magnitudinis profundius incisa. — T. collino proximum, sed petioli exstipellati.

14. *T. gracile* (C. A. Meyer in Ledeb. Fl. alt. II. p. 348.) radice . . . . , caule flexuoso, vaginis abbreviatis: vaginarum auriculis membranaceis margine integris, foliis triternatis: foliolis suborbiculatis aut rarius lato-ellipticis reniformibusve subtrifidis aut 3 — 5 crenatis, panicula ovata: ramis erecto-patentibus, floribus umbellatis sparsisve polygynis erectis, carpellis ellipticis profunde sulcatis.

Hab. in des. soongoro-kirgisici mont. Kurtschum! (Fl. alt.) ♃.

Filamenta ignota. — An forsan ad divisionem „filamentis versus apicem dilatatis, anthera latioribus" pertinet?

15. *T. simplex* (L. Mant. 78.) radice repente, caule sulcato, vaginarum auriculis foliorum superiorum ovato-oblongis acuminatis denticulatis, foliis bipinnatis: foliolis ellipticis basi subcordatis aut oblongis cuneatis trifidis incisisve: lobis acutis, paniculae oblongo-pyramidalis ramis racemosis, floribus nutantibus, carpellis ellipticis sulcatis.

T. simplex Dec. *Prodr. I.* p. 15. — Besser Enum. p. 22. Nr. 667. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 353. — Eichw. *Skisse* p. 182. — Weinm. *Fl. petrop.* p. 58. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 15. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprovinzen* p. 198.

Hab. in Rossia media [Petropoli (Weinm.), Curonia (Fleisch. et Lindem.,) Volhynia (Besser, Eichw.)] et australi [Podolia (Eichw.)], nec non in Sibiria [Altai! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. in litt.), reg. Baikal. ubique (Turcz.), ad Lenam inter Wiluisk et Olekminsk! (Kruhse miss.)] ♃.

16. *T. strictum:* radice fibrosa, caule sulcato, vaginarum auriculis dilatatis truncatis subdenticulatis, foliis bipinnatis: foliolis ellipticis basi rotundatis apice incisis: lobis acutis, paniculae oblongo-pyramidalis ramis racemosis, floribus erectis nutantibusve, carpellis ovatis sulcatis.

T. exaltatum C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 352. — Ledeb. *Ic. Fl. alt.* t. 158.

Hab. pr. Slatoust (Nesterofski), in Sibiria altaica! (Fl. alt.) ♃.

Dignositur a T. simplici, cui ex diagnosi affine videtur, statura multo majori, radice fibrosa nec repente, herba flavo-viridi, foliolis multo majoribus, vaginarum auriculis magis expansis. — Nomen mutandum erat ob antiquius T. exaltatum. Gaud. *Fl. helv. III.* p. 515.

17. *T. galioides* (Nestl. *ap.* Pers. *Syn. II. p.* 101.) radice repente, caule sulcato, auriculis foliorum superiorum ovato-oblongis acuminatis denticulatis, foliolis lucidis linearibus indivisis; terminalibus saepe trifidis, paniculae oblongo-pyramidalis ramis racemosis, floribus sparsis nutantibus.

T. galioides. Dec. *Prodr.* I. p. 14. — Eichw. *Skisse* p. 182.

Hab. in Lithuania (Eichw.) ♃.

Specimina rossica nondum vidi.

β. Petiolis stipellatis.

18. *T. affine:* radice repente, vaginarum auriculis ovatis acuminatis dilatato-patentibus subintegerrimis, foliis caulinis bipinnatis: foliolis oblongis cuneatis apice trifidis incisisve: lobis obtusiusculis, panicula oblongo-pyramidali foliosa, floribus subnutantibus subumbellatis, carpellis ellipticis sulcatis.

Hab. in Sibiria ural.! (*e sem. pr.* Jekaterinburg *lect. in h. Dorpat. enat.*) et in Davuria pr. Nertschinsk! (Frisch. miss.) ♃.

A. T. simplici praesertim differt petiolis stipellatis, ramis paniculae

non racemosis, floribus subumbellatis et foliolis basin versus semper attenuato-cuneatis nec subcordatis.

19. *T. collinum* (WALLR. *Schedul. crit. p.* 259.) radice fibrosa, vaginarum auriculis rotundatis dilatato-patentibus margine laceris, foliis 3 — 4- pinnatis: foliolis suborbiculatis obovatisve subtrifidis incisisve, panicula aphylla, floribus sparsis subpentagynis staminibusque demum nutantibus, carpellis ellipticis sulcatis.

T. collinum DEC. *Prodr. I.* p. 13. — KOCH. *Syn.* p. 4. — EICHW. *Skisse* p. 182.
T. appendiculatum. C. A. MEYER in LEDEB. *Fl. alt. II.* p. 356. — LEDEB. *Ic. Fl. alt.* t. 164.
T. concinnum. EICHW. *Skisse* p. 182.
T. squarrosum. STEPH. in WILLD. *Spec. pl. II.* p. 1299. (var. panicula divaricata. Cfr. KOCH *in Deutschlands Flora IV.* p. 132. — Ab hoc non differe videtur, quod in hortis sub nomine T. davurici FISCH. occurrit). — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 278.
Hab. in Lithuania (EICHW.) et in Sibiria altaica! (FL. ALT.) ♃.

20. *T. divergens* (LINK. *Enum. hort. berolin. II.* p. 92.) radice ...., vaginarum auriculis oblongis adpressis apice truncatis denticulatis, foliis tripinnatis: foliolis obovato-ellipticis subtrifidis incisisve, panicula divaricata foliosa, floribus sparsis longe pedicellatis erectis, staminibus patentissimis, stigmate elongato compresso alato: ala ovato-triangulari.

T. divaricatum. *Spr. Ind. sem. h. hal.* 1807. p. 61. — *Ej. Pugill. I.* p. 40.
Hab. in Sibiria (LINK, SPRENGEL.) ♃. — *Vidi spec. cult.*

Stigmatis structura facile dignoscitur.

21. *T. sibiricum?* (L. SP. 769.) radice ....; vaginarum auriculis ovatis erectis dentatis, foliis (superioribus) bipinnatis: foliolis suborbiculatis ellipticisve margine reflexis trifidis: lobis acuminatis, stipellis ad petioli ramificationes pluribus, panicula ramosissima: ramis inferne foliosis, floribus sub anthesi staminibusque nutantibus.

Hab. in Caucaso pr. KISLAR! (EICHW.) ♃.

Speciem hanc, quae mihi ex unici speciminis parte superiore nota est, dubius pro T. sibirico L. propono. Planta enim, quae sub hoc nomine in hortis occurrit, cum verbis Linnaeanis non convenit. Caulis, rami, pedunculi et pedicelli in nostro specimine sulcato-angulati. Foliola margine revoluta: lobis eximie acuminatis; intermedio elongato. Petiolus profunde sulcatus, ad ramificationes primarias stipellis 4 — 6 praeditus. Panicula ampla, ramosissima: ramis inferne foliosis: foliis pinnatis vel bipinnatis. Flores erecti. Sepala elliptica, obtusa. Stamina 10: filamentis capillaribus antheras apiculatas demum superantibus. Germina saepius 3, incurvata, minima. — An planta dioica?

22. *T. trigynum* (FISCH. *in litt. ad* DEC.) radice fibrosa, vaginarum auriculis suborbiculatis oblongisve patentibus dentatis, foliis 2 — 3-pinnatis: foliolis glabris subtus glaucis ellipticis obovatisve acute trifidis, panicula divaricata foliosa, floribus subtrigynis, carpellis obliquis compressis sulcatis.

T. trigynum. DEC. *Prodr. I.* p. 14. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 16.
T. oligospermum. *Hort. plur.*
Hab. in pratis siccis reg. transbaikal. et Davuriae! (TURCZ.) ♃.

Carpellorum numerus in hortis saepe augetur.

B. Panicula fere corymbosa. Flores in apice ramorum ramulorumque congesti, fructibus ibidem in fasciculis densis.

a. Petiolis exstipellatis.

23. *T. rufinerve* (Lejeune et Courtois *Comp. Fl. belg. II.* p. 207.) caule sulcato nitido, foliolis subtus glaucis; foliorum inferiorum obovatis trifidis; superiorum oblongo-linearibus indivisis tridentatis, auriculis vaginarum superiorum ovatis acuminatis denticulatis, paniculae ramis fastigiatis parallele erectis, radice fibrosa.

T. rufinerve. Koch. *Syn.* p. 6.
T. commutatum. C A. Meyer *in Ind. pl. h. Dorpat.* — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 14.
Hab. in Sibiriae graminosis pr. Krasnojarsk et passim in regione baikal. (Turcz.) ♃. — *Vidi cult.*

24. *T. angustifolium* (Jacq. *h. vind. III.* t. 143.) caule sulcato, foliolis oblongo-cuneiformibus linearibusve indivisis trifidisque nitidis subtus pallidioribus, auriculis vaginarum superiorum ovatis acuminatis, panicula subcorymbosa, floribus in apice ramulorum aggregatis staminibusque erectis, radice fibrosa.

T. angustifolium. Dec. *Prodr. I.* p. 14. — Koch. *Syn.* p. 5. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 86. — Lepech. *It. III.* p. 144. — Gilib. *Fl. lith. V.* p. 283. — Ej. *Exerc. phytol. I.* p. 384. — Falk, *Beitr. II.* p. 201. — Steph. *Fl. mosq. Nr.* 365. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 164. — Mart. *Fl. mosq.* p. 95. — Besser *Enum.* p. 22. *Nr.* 668. — Luce *Fl. osil.* p. 412. — Hoefft. *Cat. Kursk.* p. 37. — Eichw. *Skizze* p. 182. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II.* p. 248. — Weinm. *Fl. petrop.* p. 58. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 198.
T. tenuifolium. Güldenst. *It. I.* p. 18.
T. pratense majus. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 120?
a. stenophyllum. (Koch. l. c. p. 6. — Fleisch. et Lindem. l. c.)
β. heterophyllum. (Koch. l. c. — Fleisch. et Lindem. l. c.)
T. nigricans. Dec. *Prodr. I.* p. 14. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1063. — Besser. Enum. p. 22. Nr. 669. — Eichw. *Skizze.* p. 182.
γ. laserpitiifolium. (Koch. l. c. — Fleisch. et Lindem. l. c. p. 199.)
Hab. in Rossia media [Petropol. (Gorter., Weinm.), a Petropoli ad Zarizyn (Falk.). ins. Osilia (Luce.), Livonia! (C. A. Meyer, Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz, Eichw.), Polonia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Gub. Twer (Güldenst.), Mosq. (Steph., Mart.), Kursk (Hoefft.), Wiätka (Lepech.), Pensa (Jacquet miss.)], et australi [Kiew (Trautvett. in litt.), Podolia (Besser, Eichw.), Zarizyn ad Wolgam (Falk, Claus.)] ♃.

β. Petiolis stipellatis.

25. *T. flavum* (L. Sp. 770.) caule sulcato, foliis oblongo-triangularibus: foliolis obovato-cuneiformibus integris vel trifidis incisisve subtus pallidioribus; foliorum superiorum linearibus, auriculis vaginarum superiorum oblongo-ovatis acuminatis subdenticulatis, panicula subcorymbosa, floribus in apice ramulorum aggregatis staminibusque erectis, radice repente.

T. flavum. Dec. *Prodr. I.* p. 14. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 87. — Pall. *It. II.* p. 529, 558; *III* p. 319. — S. G. Gmel. *It. I.* p. 139; *II.* p. 197; *IV.* p. 13. — Georgi *It. I.* p. 221. — Fisch. *Livl.* p. 249. — Gilib. *Fl. lithuan. V.* p. 283. — *Ej. Exerc. phytol. I.* p. 284. — Falk. *Beitr. II.* p. 202. — Güldenst. *It. I.* p. 111, 193, 314, 428; *II.* p. 20, 39, 44, 58, 69, 85, 127. 146, 166, 177, 179, 187, 208, 210, 229, 235, 262, 344. — Steph. *Fl. mosq.* Nr. 366. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II.* p. 22. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 164. — Mart. *Fl. mosq.* p. 95. — Prytz *Fl. fenn. breviar.* p. 32. — Besser *Enum.* p. 22. *Nr.* 670. — Luce. *Fl. osil.* p. 193. — Hoefft. *Cat. Kursk.* p. 37. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 355. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 247. — Eichw. *Skizze* p. 182. — Fellm. *Ind. Lapp. Nr.* 213. (excl. var. *β.* rotundifol.) — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II.* p. 248. — Wirzén *Fenn.* p. 51. — Weinm. *Tambow.* Nr. 81. — *Ej. Fl. petrop.*

p. 58. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 13. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. der Ostseeprov.* p. 199. — WIRZÉN *Casan.* Nr. 3.
T. majus siliqua angulosa aut striata. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 120.
Thalictrum caule folioso sulcato, panicula multiplici erecta. GMEL. *Fl. sib. IV.* p. 193. Nr. 29. (excl. forte pl. kamtschatica, ad subsequentem speciem referenda).
Hab. in Rossia arctica [territ. Kol. (FELLM.), Lapponia rossica (FELLM., SCHRENK in litt.)], septentrionali [Fennia (WIRZÉN, PRYTZ), terrae Samojedarum reg. sylvat. (SCHRENK in litt.)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), ins. Osilia (LUCE.), Livonia! (FISCHER, FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ, EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPH., MART.), Tambow (WEINM.), Kursk (HOEFFT.), Pensa! (JACQUET miss.), Kasan (WIRZÉN), Saratow (GÜLDENST., CLAUS), Orenburg (CLAUS)] et australi [Kiew (GÜLDENST., TRAUTVETTER in litt.), Podolia (BESSER), Ucrania (GÜLDENST.), Cherson et Jekaterinoslaw, ad Tanain (S. G. GMELIN, HENNING), ad Wolgam inter Sarepta et Astrachan (PALL.), desert. casp. inter Wolgam et Terek (S. G. GMELIN, GÜLDENST.), ad Terek (M. a BIEB.), in Imeretia (GÜLDENST.)] inque omni Sibiria (I. G. GMELIN) [Altai, (PALL., FL. ALT.), ad Jeniseam (PALL.), Baikal (PALL., GEORGI, TURCZ.)] et Kamtschatka?. (J. G. GMELIN) ♃.

26. *T. kemense* (FRIES *Fl. Halland.*) **caule sulcato, foliis triangularibus: foliolis lato-obovatis basi rotundatis trifidis, lobis integris vel bi-trifidisve; superiorum angustioribus acuminatis, auriculis vaginarum utrinque acuminatis denticulatis, panicula ovata, floribus umbellatis sparsisve staminibusque erectis, radice . . . .**

T. flavum β. rotundifolium. WAHLENB. *Fl. Lapp.* p. 153. — FELLM. *Ind. Lapp.* Nr. 213.
T. majus. SCHLECHTEND. *in Linnaea. VI.* p. 573? — FELLM. *Ind. Kol.* Nr. 249. — HOOK. et ARN. in BEECHEY's *Voyage.* p. 111? — ERMANN *Vers. Nr.* 103.
Hab. in Rossia arctica et septentrionali [Lapponia (WAHLENB., FELLM.) territ. Kol. (FELLM.)], Kamtschatka! (CHAM., ESCHSCH., HOOK. et ARN., ERMANN.) et Unalaschka! (CHAM., ESCHSCH.) ♃.

Spec. mihi ignotae: *T. adianthifolium.* BESSER ex EICHW. *Skisse.* p. 182. Hab. in Lithuania, pr. Wilna, Sakret.

T. auriculatum. BESSER ex EICHW. *Skisse* p. 182. (An var. T. flavi? — EICHW.) Hab. in Lithuania, pr. Wilna, Sakret et Ponary.

T. medium? HOHENACK. *En. Elis.* p. 238. (T. spec. appendiculato et medio aff. HOHENACK. *En. Tal.* p. 151.) Hab. pr. Elisabethpol et in provincia KARABAGH; nec non pr. Taluni, alt. 4000!

T. purpureum. SCHANG. in PALL. *n. nord. Beitr. VI,* p. 42. (T. purpurascens. GEORGI, *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1063.) Hab. in mont. altaicis.

T. caule ramoso, ramis plerumque heteromallis. KRASCHENINNIKOW in nov. Comment. Acad. petrop. I. p. 383. t. 15. f. 2. — Hab. in Kamtschatka. — (STELLER.) — An T. petaloideum?

4. Anemone. L.

DEC. *Prodr. I,* p. 16. (excl. sect. I.). — LEDEB. *Fl. alt. II,* p. 358. — KOCH. *Syn.* p. 6. (excl. sect. I. et II.). — MEISN. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — ENDLICHER *gen.* p. 845. (excl. a. Pulsatilla. *a.* Campanaria).

Involucrum 3- (rarius 2-) phyllum, a floribus distans foliolis: incisis. Calyx petaloideus, 5—15 sepalus: sepalis aestivatione imbricatis. Petala ○. Stamina omnia antherifera. Carpella ∞, sicca, monosperma, receptaculo incrassato hemisphaerico vel conico inserta.

Sect. I. *Anemonanthea.* DEC. **Carpella ecaudata ovoidea. Pedicelli solitarii aut bini, omnes aphylli uniflori. Involucri folia sessilia aut petiolata.**

§. 1. *Involucri foliis petiolatis, radicis trunco ovoideo tuberoso.*

1. *A. apennina* (L. Sp. 762.) foliis radicalibus trisectis: segmentis subtripartitis: laciniis cuneiformibus incisis; involucralibus subconformibus, sepalis 10—14, oblongis obtusis.

A. apennina. Dec. *Prodr. I*, p. 19. — Güld. *It. I*, p. 193. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 19. — Eichw. *casp. cauc.* p. 26. — Hohenack. *En. El. in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 238. — Idem. *En. Tal.* p. 152.
A. caerulea. Güld. *It. I*, p. 420.
A. caucasica. Hbr. Willd. Nro. 10,457.
β. parvula (Dec. *l. c. var. γ.*).
Omnibus in partibus minor, foliis trisectis: segmentis incisis; involucralibus brevius petiolatis, sepalis angustioribus.
Hab. in terris caucasicis ad fl. Terek (Güld.), Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms in litt.), Somchetia (Koch. in litt.), Elisapethpol (Hohenack.) ♃.

§. 2. *Involucri foliis petiolatis, radicis trunco cylindraceo tenui elongato horizontali.*

2. *A. reflexa* (Steph. *in* Willd. *sp. pl. II*, p. 1282.) foliis radicalibus . . .; involucralibus breviter petiolatis trisectis: segmentis inciso-serratis basi integerrimis; lateralibus subbifidis, pedunculis subgeminis foliis duplo brevioribus, sepalis 5 (vel 6 ex Dec.) oblongo-linearibus obtusis reflexis.

A. reflexa. Dec. *Prodr. I*, p. 20. — Georgi, *Beschr. d. russ. Reichs, Nachtr.* p. 277. — Del. *dessert. Ic. sel. I*, t. 15. — Hook. et Arnott. *in* Beechey's *Voyage.* p. 111. (excl. syn. A. caeruleae Dec.). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 24.
A. trifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 20. quoad plantam sibiricam.
A. trifoliata. Georgi, *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1058.
Anemone. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 199. Nro. 39. (excl. syn. Linn.).
Hab. in Sibiria: ad fl. Tom. (J. G. Gmel.), Baikal! (Turcz., Schtschukin in litt.), Lena! (Redowski), Kamtschatka (Hook. et Arn.) ♃.

3. *A. caerulea* (Dec. *Syst. I*, p. 203.) foliis radicalibus pedato-quinatim-sectis: segmentis subtripartitis; involucralibus breviter petiolatis trisectis: segmentis lateralibus bi-; terminali tripartito: laciniis inciso-serratis, pedunculis subgeminis, sepalis 5 ellipticis.

A. caerulea. Dec. *Prodr. I*, p. 19. — Deless. *Ic. select. I*, *t.* 14. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 359.
A. incisa. Ledeb. *Ind. sem. h. Dorpat.* p. 1824.
Hab. in Sibiriae altaicae pratis montanis humidis, primo vere flores! (Fl. alt.) ♃.
β. gracilis: gracilior, tenerior, segmentis foliorum involucralium sublinearibus integerrimis.
A. ranunculoidis. *β.* gracilis. Schlechtend. *in Linn. VI*, p. 574.
A. linearis. De Schlechtend. *pat.* (Hbr. Willd. ex Schlechtend.).
Hab. in Kamtschatka ad portum Petro-Pauli! (Chamisso, Eschscholtz.) ♃.
Ab A. ranunculoidi, cui maxime affinis, differt foliis magis dissectis et florum colore albo aut caeruleo, nec unquam luteo. — Styli post anthesin in utraque uncinato-recurvati.

4. *A. uralensis* (Dec. *Prodr. I*, p. 19) foliis . . . . .; involucralibus breviter petiolatis trisectis: segmentis linearibus inciso-dentatis, sepalis 5—6 ovali- oblongis.

Hab. in mont. Ural. (Fisch. ex Dec.) ♃.
Videtur var. antecedentis foliorum laciniis angustioribus. — Mihi ignota.

5. *A. ranunculoides* (L. Sp. 762.) foliis radicalibus 3—5sectis: segmentis subtrifidis inciso-serratis; involucralibus breviter petiolatis

trisectis: segmentis inciso-serratis: incisura infima reliquis profundiori, sepalis 5 (rarius 6) ellipticis.

A. ranunculoides. Dec. *Prodr. I*, p. 20. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 86. — Pall. *It. I*, p. 160; *II*, p. 14; *III*, p. 491. 494. — Georgi, *It. II*, p. 807. — Fischer *Livl.* p. 248. — Lep. *It. III*, p. 27. 71. — Falk. *Beitr. II*, p. 201. — Güld. *It. I*, p. 110. 193; *II*, p. 133. — Steph. *mosq.* Nro. 362. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 20. — Jundz. *Fl. lith.* p. 167. — Mart. *Fl. mosq.* p. 95. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 32. — Besser. *Enum.* p. 22. Nro. 664. — Lucé *Fl. osil.* p. 192. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 37. — Eichw. *cauc. casp.* p. 26. — Hohenack. *En. El. in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 238? — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It.* p. 248. — Wirzén, *Fenn.* p. 50. — Weinm. *Fl. petrop.* p. 58. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 23. — Hohenack. *En. Tal.* p. 152. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprovinzen.* p. 197. — Wirzén, *Casan.* Nro. 6.

A. flava. Gilib. *Fl. lith. V*, p. 274. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 378.

Anemone seminibus acutis, foliolis incisis, petalis subrotundis, caule subbifloro. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 199. Nro. 40.

Hab. in nemorosis totius Rossiae septentrionalis [Fennia (Prytz.)], mediae! et australis a Petropoli ad jugum Uralense, (Lepech., Nesterofski) et a Gubernio Wiätka ad Caucasum usque, nec non in Sibiria: provinc. isettens. et ischimens. (Falk.), ad Jeniseam (J. G. Gmel.), pr. Krasnojarsk frequens (Turcz. *in litt.*), in regione Baikalensi pr. fabricam Talzensem rarissime (Turcz. *in litt.*) ♃.

6. ***A. nemorosa*** (L. Sp. 762) foliis radicalibus ternatim sectis: segmentis lateralibus bipartitis; terminali trifido: laciniis omnibus incisis serratisque; involucralibus conformibus petiolatis: petiolo tertiae folii partis longitudine, sepalis plerumque 6 oblongis obtusis.

A. nemorosa. Dec. *Prodr. I*, p. 20. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 86. — Pall. *It. II*, p. 14. — Georgi, *It. I*, p. 221. — Fisch. *Livl.* p. 248. — Lep. *It. III*, p. 27. 67. — Steph. *mosq.* Nro. 361. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 19. — Drümpelm. *Fl. livon. III*, t. 1. — Jundz. *Fl. lith.* p. 166. — Mart. *Fl. mosq.* p. 95. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 32. — Bess. *Enum.* p. 22. Nro. 663. — Lucé *Fl. osil.* p. 192. — Uspenski *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. VII.* (1834). — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It.* p. 248. — Wirzén *Fenn.* p. 50. — Weinm. *Fl. petrop.* p. 58. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprovinzen* p. 197. — Wirzén *Casan.* Nro. 5

A. alba. Gilib. *Fl. lith. V*, p. 275. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 378.

Anemone seminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 198. Nro. 38.

Nemorosa flore roseo, albo expanso. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 82.

Ranunculus nemorosus flore ex purpureo rubente. Erndt. *l. c.* p. 102?

Hab. in nemorosis Rossiae septentrionalis [Fennia! (Prytz., Wirzén, Schrenk *in litteris.*]), mediae! et australis a fin. occid. ad jugum Ural (Lepech.) et a Petropoli ad Caucasum usque, nec non in Sibiria occidentali ad Jeniseam*) usque (J. G. Gmel.) ♃.

Variat floribus violaceo-lilacinis (Mortius *l. c.*); sepalis 9, nonnullis trifidis; foliis involucralibus 4—7.

Varietatis *β.* quinquefoliae specimina, qualia ex America boreali possideo, ex Sibiria nondum vidi.

7. ***A. umbrosa*** (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 361) foliis radicalibus pedato-ternatim quinatimve sectis: segmentis incisis serratisque; lateralibus ultra medium bifidis; involucralibus petiolatis (petiolo tertiam folii partem superante) trisectis; segmentis incisis serratisque; lateralibus subbifidis, sepalis 5 ellipticis, ovariis stipitatis.

A. umbrosa. Ledeb. *Ic. pl. Fl. alt. t.* 118.

---

*) Specimina Pallasiana e maxime borealibus ad Jeniseam, corolla polypetala, in herb. Willd., quorum mentionem facit cl. de Schlechtend. l. c. forsan potius ad A. altaicum pertinent.

Hab. in silvis umbrosissimis ad rivulum Grammatucha prope Riddersk Sibir. alt. (Fl. alt.) ♃.

8. *A. altaica* (Fisch.) foliis radicalibus biternatim sectis: segmentis lateralibus bi-; terminalibus trifidis; omnibus inciso-serratis; involucralibus petiolatis (petiolo ⅛folii superante) trisectis; radicalium segmentis conformibus, sepalis 8—12 lineari-oblongis.

A. altaica. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 362. — *Ej. Ic. pl. Fl. alt.* t. 388.
A. nemorosa. Schang. *in* Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 34. — Schlechtend. *in Linnaea. VI*, p. 574.

Hab. pr. Slatoust (Nesterofski), in montibus altaicis! (Fl. alt., Schangin), prope Tomsk et Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), in Kamtschatka ad portum Petropauli! (Cham. et Schlecht., Eschsch.) ♃.

9. *A. Fischeriana* (Dec. *Prodr. I*, p. 20) foliis petiolo ramoso biternatim sectis; involucralibus brevissime petiolatis: lobis elongatis acuminatis, pedicellis 2 pubescentibus, sepalis 5 ellipticis.

A. Fischeriana. Ledeb. *Fl. alt. II*; p. 363. — *Ind. pl. mus. ac. Imper. Petrop. 1840.*

Hab. in Sibiria altaica pr. Salair. (Dec.) ♃.

§. 3. *Involucri foliis sessilibus, radicis trunco cylindraceo tenui elongato horizontali.*

10. *A. parviflora* (Mich. *Fl. bor. amer. I*, p. 319) foliis tripartitis: laciniis cuneatis trifidis crenatisque obtusis; involucralibus sessilibus subconformibus longioribus angustioribusque, sepalis 6 ovalibus, stylis rectis.

A. parviflora. Dec. *Prodr. I*, p. 19. — Hook. et Arn. *in* Beechey's *Voyage*. p. 121. — Hook. *Fl. bor. amer. I*, p. 5. — Schlecht. *in Linnaea. VI*, p. 574.
A. trilobata. Pers. *Syn. II*, p. 97. *(quoad cit. Juss. in Annal. du Mus. III*, p. 248. t. 21. f. 1. *et patriam, exclusa tamen diagnosi).*

Hab. ad sinum St. Laurentii! (Chamiss., Eschscholtz.), Kamtschatka, ins. Kuril. (Merk. ex Schlecht.), Unalaschka (Cham.), in plaga arctica orae occident. Americae bor. (Hook. et Arn.) ♃.
Variat floribus plenis. Schlecht. *l. c.*

11. *A. Richardsonii* (Hooker *Fl. bor. am. I*, p. 6. t. IV. A) foliis radicalibus reniformibus 3—5 partitis: laciniis subtrifidis acute dentatis; involucralibus sessilibus rotundato-cuneatis 3-fidis dentatisque, sepalis 6 patentibus, carpellis compressis glabris, stylis longis deflexis uncinatis.

A. Richardsonii. Schlecht. *in Linnaea. VI*, p. 575.
A. arctica. Fisch. *miss.* (ex Hooker).

Hab. in insula Unalaschka! (Hooker, Chamiss., Eschsch.), in insula et ad sinum St. Laurentii, nec non ad sinum Eschscholtzi (Cham.) atque in insula Chamissonis! (Cham., Eschsch.) ♃.

§. 4. *Involucri foliis petiolatis, radice fibroso-fasciculata.*

12. *A. sylvestris* (L. Sp. 761) foliis radicalibus 3-sectis: segmentis bipartitis: laciniis subtrifidis inciso-serratis; involucralibus petiolatis conformibus: laciniis angustioribus, flore solitario, sepalis subquinis lato-ellipticis, carpellis tomentosis, stylo glabro brevissimo.

A. sylvestris. Dec. *Prodr. I*, p. 20. — Pall. *It. I*, p. 168. 180; *II*, p. 436. 441; *III*, p. 235. 505. — Georgi, *It. I*, p. 220. — Falk. *Beitr. II*, p. 200. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 19; *III*, p. 377. — Jundz. *Fl. lith.* p. 166. — Mart. *Fl. mosq.* p. 95. — Besser. *Enum.* p. 22. 70. Nro. 662. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 37. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 203. — Uspenski *in Bullet.*

de la Soc. des Natur. de Mosc. VII (1834). — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It.* p. 248. — Weinm. *Tambow.* p. 79. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 25. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 197.
A. alba. J. G. Gmelin. *It. IV*, p. 108. — Güld. *It. I*, p. 420. 427.
A. hirsuta. Gilib. *Fl. lith. V*, p. 276. — *Ej. Exerc. phytol. I*, p. 379.
Anemone pedunculo nudo, seminibus subrotundis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 196. Nro. 36.

Hab. in collibus apricis, montosis dumetosis et campestribus totius Rossiae mediae! et australis! a fin. occident. ad jugum Ural. et a Mosqua ad regiones transcaucasicis usque, nec non in omni Sibiria (J. G Gmel.) [pr. Slatoust (Nesterofski), des. Ischim. (Pall.), Altai! (Fl. alt.), Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*)], reg. Baikal! (Turcz., Helm. *in litt.*), Davuria! (Pall., Turcz.), inter Jakutzk et Ochotzk (Turcz *in litt.*) ♃.

Variat major, grandiflora (M. a Bieb. *l. c. III*, p. 377) et minor, parviflora (Besser. *l. c.* p. 70), nec non foliis magis vel minus profunde incisis.

β. alba. (Juss. *in Annal. du Mus. III*, p. 248. t. 20. f. 1. — Dec. *Prodr. I*, p. 20).
A. ochotensis. Fisch. *h. Gorenk.* 1812. p. 47.

Hab. in Davuria (Sims. ex Dec.) et pr. Ochotzk! (Langsdorff. ex Fisch. *miss.*) ♃.

Ab A. sylvestri non differt; nisi statura humiliori, superficie parcius pilosa, floribus plerumque minoribus, radice repente.

Sect. II. ***Anemonospermos.*** **Dec. Carpella ecaudata subcompressa. Pedicelli ex involucro ∞; 1 aphyllus uniflorus; 2—3 involucellum diphyllum gerentes.**

13. *A. pensylvanica* (L. Mant. 247) subpilosa, foliis radicalibus tripartitis: laciniis bipartitis trifidisve: lacinulis inciso-serratis; involucralibus involucellorumque conformibus, sepalis 5 ellipticis obtusis, carpellis compressis marginatis stylo recto vel uncinato coronatis.

A. pensylvanica. Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 8. t. III. f. 13. — Dec. *Prodr. I*, p. 21. — Schlechtend. *in Linnaea. VI*, p. 575.
A. dichotoma. *L. amoen. acad. I*, p. 155. — Dec. *Prodr. I*, p. 21. — Pall. *It. III*, p. 243. 317. 319. — Georgi *It. I*, p. 221. — Lepech. *It. III*, p. 69. — Falk. *Beitr. II*, p. 200. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 365. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 26.
Anemone caule dichotomo, foliis sessilibus oppositis amplexicaulibus trifidis incisis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 197. Nro. 37.

Hab. in omni Sibiria (J. G. Gmel.), [Ural (Pall., Lepech.), Altai! (Gebler.), Krasnojarsk (Pall., Turcz. *in litt.*)], reg. Baikal! (Pall., Turcz.), ad Selengam. (Pall. *in herb.* Willd.), Davuria! (Pall., Turcz.), ad Lenam (Billings *in herb.* Willd.), inter Jakutzk et Ochotzk (Turcz. *in litt.*), Sibir. maxime orient. (Redowski ex Schlechtend.) ♃.

β? Laxmanni (Dec. *Prodr. I*, p. 21) involucro bifolio, pedicellis lateralibus ima basi invollucellatis.

Hab. ad udas fontes Sibiriae (Laxmann *in herbar.* Pallas. *nunc* Lambertiano *ex* Dec.) ♃.

Inflorescentia A. narcissiflora similis, sed pedicelli 3; medius nudus; 2 laterales ad imam basin (nec in medio) involucello parvo bifolio instructi. — Verosimiliter species distincta. Dec. *Syst. I*, p. 210. — Mihi ignota.

Sect. III. ***Omalocarpus.*** **Dec. Carpella ecaudata compresso-plana ovali-orbiculata. Pedicelli uniflori aphylli ex involucro ∞, rarius solitarii.**

14. *A. baikalensis* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 22) tota pilosa, folio radicali trisecto: segmentis lateralibus bipartitis; intermedio laciniisque lateralium bi- vel trifidis basi cuneatis subrhombeis apice inciso-serratis; involucralibus 2 sessilibus tripartitis: laciniis bi- vel trifidis inciso-serratis, pedicellis solitariis vel geminis, sepalis Pellipticis, carpellis pilosis stylo brevissimo recto coronatis.

Hab. in silvis ad littus australe lacus Baikal circa ostia fluv. Chora-Marin, Wydrenka! (Turcz.) ♃.

Radix crassa, obliqua, inferne fibris stipata. Caulis ad involucrum usque nudus, 7—13 poll. altus, gracilis. Folium radicale unicum, longe petiolatum, ambitu suborbiculatum, diametro 2½—4½ poll., utrinque adpresse pilosum, ciliatum. Petiolus 5—7 poll., caule fere crassior et una cum illo patenter pilosus. Folia involucralia radicali multo minora. Pedicelli solitarii vel gemini, involucro triplo longiores, erecti, superficie caulis. Flos diametro circiter pollicari. Sepala 6, patentia, elliptica, apice rotundata, extus adpresse pilosa, intus glabra, ciliata, multinervia, in sicco albida. Stamina numerosa, dimidium sepalorum longitudinem parum superantia. Germina multa, albido-villosissima. Carpella compressa, villosa. Stylus brevissimus, rectus, glaber. Stigma obliquum, subincrassatum. Receptaculum glabrum.

Inter hanc et antecendentem sectionem ambigit, sed ob inflorescentiam illi A. narcissiflorae magis similem et pedicellos minime involucellatos huic adscripsi.

15. *A. narcissiflora* (L. Sp. 763) foliis radicalibus palmatis 3—5 sectis, segmentis margine incumbentibus trifidis incisisve: laciniis linearibus; involucralibus sessilibus incisis, floribus subumbellatis, sepalis subquinis ellipticis, carpellis glabris.

A. narcissiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 21. — Pall. *It. II*, p. 65. 69. 93; *III*, p. 300. 316. 319. — Georgi *It. II*, p. 720. — Lepech. *It. III*, p. 67. 69. — Falk. *Beitr. II*, p. 201. — Schangin *in* Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 47. — Siev. *ib. VII*, p. 153. — Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1059. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 20. — Besser. *Enum.* p. 22. Nro. 661. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 366. — Schlechtend. *in Linnaea. VI*, p. 576. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 203. — Eichw. *cauc. casp.* p. 26. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 8. — Hook. et Arn. *in Beechey's Voyage.* p. 121. — Bongard *Sitcha.* p. 123. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 27.

A. umbellata. Lepech. *It. III*, p. 65. 73.

A. fasciculata. Schangin *l. c.* — Georgi *It. I*, p. 221. — Ej. *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1060.

A. speciosa. herb. Willd. Nro. 10,460.

Anemone floribus umbellatis, seminibus depressis ovalibus nudis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 200. Nro. 42.

Hab. in Rossia media [Volhyn. (Besser.)] et australi [Podolia (Besser.)], Caucas. (M. a Bieb., Wilhelms pl. exsicc., — ad alt. 1400 hexap. — C. A. Meyer), Somchetia et Kachetia (Eichw.), Armenia (Koch. *in litt.*), inque Sibiria [Ural! (Pall., Georgi, Lepech.)], Altai! (Fl. Alt., Schangin), Jenisei (Pall.), Krasnojarsk! (Turcz. *in litt.*), regio baikal.! (Georgi, Sievers, Turcz.), trans Baikal et in Davuria (Turcz.), inter Jakutzk et Ochotzk! (Turcz. *in litt.*), Kamtschatka (J. G. Gmelin), ad sin. et in insula St. Laurentii! (Cham. et Eschsch.), ad sin. Kotzebue (Lay et Collie ex Hooker), Unalaschka! (Cham., Eschsch.) ♃.

Variat apud nos:

α. floribus umbellatis subsessilibus (β. fasciculata. Dec. *l. c.* 22). — Altai! (Schangin. Georgi).

β. floribus solitariis, geminis vel ternis longius vel brevius pedicellatis (γ. monantha. Dec. *l. c.*). — Orae Asiae orient. et Amer. occid. insulaeque illis interjacentes! (Cham., Eschsch., Mertens ex Bong., Hook. et Arn.), Davuria (Turcz.).

γ. foliis radicalibus glabris in lobos angustissimos lineares partitis (ε? frigida Dec. *l. c.*). — A. aconitifolia. Turcz. *in litt.* (non Mich.). — Sibir. orientalis ad fl. Aldan.! (Turcz.).

δ. floribus paucis subsessilibus, caule foliisque villosissimis (ξ. villosissima.

Dec. *l. c.*). — Altai! (Fl. alt.), Unalaschka! (Cham., Eschsch.), sin. Kotzebue (Lay et Collie.).

ε. floribus aureis. (*β.* C. A. Meyer *l. c.*). — Alp. Caucas. occid. (C. A. Meyer).

16. *A. sibirica* (L. Sp. 763) foliis ternatim sectis: segmentis inciso-dentatis ciliatis; involucralibus breviter petiolatis trisectis conformibus, sepalis 6 orbiculatis.

A. sibirica. Dec. *Prodr. I*, p. 22. — Sievers *in* Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 153.
Anemone caule unifloro, involucro folioso obtuso. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 199. Nro. 41.

Hab. a Jenisea in transbaikalenses regiones usque (J. G. Gmelin), Irkutzk (Sievers) ♃.

Sect. IV. *Preonanthus.* Dec. Carpella in caudas longas barbatas producta. Involucri folia terna trisecta petiolo brevi insidentia.

17. *A. alpina* (L. Sp. 760) foliis radicalibus bipinnatim sectis: segmentis pinnatifido-incisis; involucralibus ternis breviter petiolatis conformibus, flore solitario, sepalis subsenis, carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis.

α. major.
A. alpina. Hook. et Arn. *in Beechey's Voyage.* p. 120.

β. sulfurea: floribus sulfureis.
A. sulfurea. L. *mant.* 78.
A. alpina. *η.* sulfurea. Dec. *Prodr. I*, p. 18.

Hab. *α*: in plaga arctica orae occid. Americae bor. (Hook. et Arn.); *β*: in alpibus Caucasi occidentalis! (Nordmann) ♃.

Species mihi ignota: *A. minuta.* Laxm. — Sievers *in* Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 153. — Hab. pr. Irkutzk (Sievers).

5. Pulsatilla. Tournef.

Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 367. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — *Anemones Sect. I.* Dec. *Prodr. I*, p. 16. — *Sect. II.* Koch. *Syn.* p. 7. — *Anemone.* a. *Pulsatilla.* *α. Campanaria.* Endlicher *gen.* p. 845.

Involucrum 3-phyllum, a floribus distans: foliis digitato-multipartitis, basi in vaginam connatis. Calyx petaloideus, subhexasepalus. Stamina exteriora sterilia, in glandulas sessiles vel stipitatas mutata. Carpella in caudam longam barbatam producta.

1. *P. patens* (Mill. *Dict.* Nro. 4) foliis involucri digitato-multipartitis: laciniis integris vel bi-trifidisve; radicalibus trisectis: segmentis bi-tri-vel multipartitis, flore erecto, sepalis patentibus.

P. patens. Besser. *Enum.* p. 22. 47. Nro. 659. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 368. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 248. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 57. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 17. — Wirzén *Casan.* Nro. 4.

Anemone patens. L. Sp. 759. — Dec. *Prodr. I*, p. 16. — Pall. *It. I*, p. 147; *II*, p. 383. 387; *III*, p. 165. 169. 314. 498. — Georgi *It. I*, p. 220. — Lepech. *It. I*, p. 187; *III*, p. 35. — Falk. *Beitr. II*, p. 200. — Güld. *It. I*, p. 71. (5-sepala) 110; *II*, p. 129. 130. 144. 163. 174. 193. 339. 341. 344. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 277. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 380. — Sievers *in* Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 153. 188. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 165. — Luce *Fl. osil.* p. 411. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 37. — Eichw. *Skizze.* p. 182. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 4. — Weinm. *Tambow.* Nro. 78. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 197.

Pulsatilla Anemones folio. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 98. — *Amm. ruth.* p. 89. Nro. 104.

Anemone pedunculo involucrato, foliis digitatis multifidis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 195. Nro. 35.

Hab. in Ross. med. praesertim partibus occidentalioribus [Petropoli (Weinm.),

Osilia (Luck), Livonia et Curonia (Fleisch. et Lind.), Polotzk! (C. A. Meyer), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser.), Tambow (Weinm.), Pensa (Jacquet pl. exsicc.)] et austr. [Kiew (Güld., Trautv. *in litt.*), Podolia (Besser., Eichw.), Ucrania (Güld.), Gub. Cherson (Güld.), ad Tanain (Güld., Henning), pr. Stawropol (Lepech.), ad Wolgam inter Saratow et Astrachan (Pall., Güld., Claus), Gub. Orenburg (Pall.), pr. Slatoust (Nesterofski)], nec non in Sibiria [Turinsk (Lepech.)], Provincia Iset. (Pall.), Altai! (Pall., Falk., Fl. alt.), Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), Baikal! (Georgi, Turcz.), Davuria! (Pall., Schang., Turcz.), inter Jakutzk et Ochotzk (Turcz. *in litt.*) ♃.

Variat: Florum colore caeruleo, violaceo, roseo, ochroleuco (A. patens. *β*. ochroleuca. Dec. l. c.), albo.
Foliorum segmentis aut omnibus sessilibus, aut lateralibus sessilibus; terminali stipitato, aut omnibus stipitatis.
Foliorum segmentis bi-trifidisve vel multifidis (Anemone Wolfgangiana. Bess.!), latioribus vel angustissimis (Pulsatilla angustifolia. Turcz. miss.!).
Foliis involucri plus vel minus profunde partitis.
Sepalis latioribus vel angustioribus, basin vel apicem versus angustatis, omnibus aequalibus aut alternis angustioribus; exterioribus subviridibus vel trifidis (Pall. *It. II*, p. 387) 5—7, plerumque 6.

2. *P. davurica* (Spreng. *Syst. veg. II*, p. 663) **foliis involucri digitato-partitis: laciniis subbi-trifidisve; lacinulis intermediis latioribus; radicalibus trisectis inaequaliter tripartitis: lateralibus sessilibus; terminali stipitato: laciniis omnibus bi-trifidisve vel integris, flore . . ., sepalis erecto-conniventibus.**

P. davurica. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 20.
Anemone davurica. Dec. *Prodr. I*, p. 17.
Anemone spec. an pratensis. Pall. *It. III*, p. 298.
Hab. in Davuria (Pall.) ad fl. Schilka, non procul a pago Biankina! (Turcz.), Sibiria orient. inter Jakutzk et Ochotzk (Turcz.) ♃.

Affinis praecedenti, tamen diversa videtur. Folia radicalia in hoc longiora quam lata, nec ut in illa circumscriptione reniformia aut suborbiculata, segmenta lateralia inaequaliter tripartita: incisura exteriori longe profundiori, hinc laciniae non oppositae sed alternae; involucri minus profunde partita: laciniis ultra medium plerumque 3-subinde 4-vel 2-fidis. Flores coaetanei, nec serotini. Sepala non patentia, sed erecto-conniventia.

3. *P. Hackelii:* **foliis involucri digitato-multipartitis: laciniis integris vel bi-tri-pinnatifidisve; radicalibus bijugo-pinnatisectis: segmentis subbipinnatifidis: laciniis lato-lanceolatis, flore erectiusculo, sepalis patenter campanulatis.**

Anemone Hackelii. Pohl *tentam. II*, 213. — Koch. *Synops.* p. 8.
Hab. in Ross. media [Livonia!] et austr. [Polonia austr.! (sec. spec. in herb. am. Zeyheri, a cl. Besser. nom. A. Wolfgangianae miss.)] ♃.

4. *P. vernalis* (Mill. *Dict.* Nro. 3) **foliis involucri digitato-multipartitis: laciniis linearibus integris; radicalibus pinnatisectis: segmentis subtrifidis pinnatifidisve: laciniis subovatis integris incisisve, flore erecto, sepalis patenter campanulatis.**

P. vernalis. Lessing *in Linnaea. IX*, p. 171.
Anemone vernalis. Dec. *Prodr. I*, p. 16. — Lepech. *It. I*, p. 87; *III*, p. 27. — Falk. *Beitr. II*, p. 200. — Sievers *in Pall. n. nord. Beitr. VII*, p. 153? — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 32. — Lucé, *Fl. osil.* p. 412.
Anemone albo rosea. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 276. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 379. c. icone.

Hab. in Ross. septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Ins. Osilia (Lucé), Livonia! (C. A. Meyer), Grodno (Gilib.), Gub. Pensa! (Jacquet pl. exsicc.), ad Kamam (Falk.)] et australi [Stawropol (Lepech.)], nec non in Sibiria [in monte Iremel jugi Uralensis supra terminum arboreum (Lessing) et prope Tjumen Gub. Tobolsk (Lepech.), in provinc. isettensi (Falk.)] ♃.

β. flore luteo. Dec. l. c.
Pulsatilla flore luteo. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 98? — Warsawia.

γ? Pulsatilla apii folio autumnalis. Dec. l. c.
„Blaue Herbstanemone". Pall. *It. II*, p. 590. 636? — In Sibiria altaica pr. Loktewsk. — An forsan n. sp?
Anemone pedunculo involucrato, petalis conniventibus, foliis bipinnatis. (A P. pratensi petalis apice non reflexis; a P. vulgari magnitudine minori et habitu diversa. — Floret autumno.) Böber in Pall. *n. nord. Beitr. IV*, p. 262? — Jekaterinoslaw.

5. *P. pratensis* (Mill. *Dict.* Nro. 2) foliis involucri digitato-multipartitis: laciniis tri-vel pinnatipartitis; radicalibus triplicato-pinnatisectis: segmentis oblongo-linearibus acutis, flore pendulo, sepalis campanulato-conniventibus apice revolutis.

P. pratensis. Mart. *Fl. mosq.* p. 94. — Besser. *Enum.* p. 47. Nro. 1434.
Anemone pratensis. Dec. *Prodr. I*, p. 17. — Fisch. *Liel. Zus.* p. 121. — Sievers *in* Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 153. 188? — Drümpelmann, *Fl. livon. I*, t. 1. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 166. — Lucé, *Fl. osil.* p. 191. — Eichw. *Skizze.* p. 182. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprovinzen.* p. 196.
Pulsatilla reflexa. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 278. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 381. c. icone.
Pulsatilla flore obsoleto. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 98?
Hab. in region. occident. Ross. mediae [insul. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Drümpelm., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Mosqua (Mart.), Volhynia (Eichw.)] et australis [Kiew (Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser., Eichw.), Ucrania (Besser.), Sarepta! (Fisch. in herb. reg. berolin.), Somchetia (Koch. *in litt.*), nec non in Sibiria? (Irkutzk) et Davuria (Sievers)] ♃.
Variat magnitudine major. et minor. (P. intermedia. Schult.) et floris colore. Cfr. Besser. l. c.

6. *P. vulgaris* (Mill. *Dict.* Nro. 1) foliis involucri digitato-multipartitis: laciniis linearibus integris vel pinnatipartitis; radicalibus triplicato-pinnatisectis: segmentis linearibus attenuato-acutis, flore erectiusculo, sepalis basi campanulatis demum a medio reflexo-patentibus.

P. vulgaris. Mart. *Fl. mosq.* p. 94. — Besser. *Enum.* p. 22. Nro. 660. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 369. — Eichw. *casp. cauc.* p. 31. — Lessing *in Linnaea. IX*, p. 169. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 248. — Wirzén. *Fenn.* p. 50. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 18.
Anemone Pulsatilla. Dec. *Prodr. I*, p. 17. (excl. var. γ.). — Gorter. *Fl. ingr.* p. 85. — Pall. *It. II*, p. 474; *III*, p. 161. 169. 198. 653. — Fisch. *Liel.* p. 248. — Lepech. *It. I*, p. 187; *III*, p. 27. — Falk *Beitr. II*, p. 200. — Güld. *It. I*, p. 110. 193. 422. 429; *II*, p. 126. 134. 163. 174. 177. 181. 187. 192. 209. 233. 339. — Steph. *Fl. mosq.* Nro. 360. — Sievers *in* Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 288. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 18. — Jundz. *Flor. lithuan.* p. 166. — Prytz *Fl. fennic. breviar.* p. 32. — Eichw. *Skizze.* p. 182. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprovinzen.* p. 196.
P. Bungeana. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 21. (teste cl. auct. in litt.).
Pulsatilla. Pall. *It. I*, p. 200?; *II*, p. 487; *III*, p. 682. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 66.
Pulsatilla recta. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 278. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 380. c. icone.
Pulsatilla folio crassiore et majore flore. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 98.
Anemone alpina. Lucé, *Fl. osil.* p. 191?

Anemone pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 195. Nro. 34.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (WIRZÉN)], media [Ingria (GORTER.), ins. Osilia? (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPH., MARTIUS), Woronesch (S. G. GMELIN), Gub. Orenburg (PALL.)], australi [Kiew et Ucrania (GÜLD.), Podolia! (LEDEB., BESSER, EICHW.), Gub. Cherson (GÜLD.), ad Tanain (PALL., GÜLD.) et Wolgam infer. (PALL., CLAUS.), Tauria (M. a BIEB.), Caucasus (LEPECH., GÜLD., M. a BIEB., EICHW.)] et Sibiria [Jekaterinburg (USPENSKI), des. Ural. (LESSING), ad fl. Irtysch! (PALL., FALK., FL. ALT.), Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), a Jenisea fl. in ulter. Sibir. (J. G. GMEL.), Irkutzk! (SCHTSCHUKIN miss.), Selenginsk (PALL.), Davuria (PALL., SIEV., TURCZ.) ♃.

Planta sibirica ab europaea differt foliis involucri ultra medium, nec ad basin usque partitis: laciniis plerumque pinnatipartitis. Foliorum radicalium segmenta in altaica latiora, quam in davurica planta.

7. *P. albana* (SPRENG. *Syst. veg. II*, p. 663) foliis involucri tri-vel multipartitis: laciniis integris vel subpinnatifidis; radicalibus bipinnatisectis: segmentis tri-vel multipartitis: laciniis oblongo-linearibus, flore nutante, sepalis erectis apice reflexis.

α. floribus flavis.

P. albana. C. A. MEYER, *Ind. cauc.* p. 203.

Anemone albana. STEVEN *in Mém. soc. nat. mosq. III*, p. 264. — M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 376. — DEC. *Prodr. I*, p. 17.

β. floribus coeruleis.

P. albana. LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 370. — Ej. *Icon. Fl. alt.* t. 109. — BUNGE, *Enum. alt.* p. 36. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 19.

P. ambigua. TURCZ. *msc.*

Anemone Campanella. FISCH. *in herb. Zeyheri.*

Hab. *α.* in Caucaso orientali! (STEVEN), in promontorio, reg. subalp. et alp. totius Caucasi alt. 700—1400 hexap. (C. A. MEYER), Somchetia (KOCH. *in litt.*) ♃.

β. Altai! (FL. ALT.), Irkutzk!, Selenginsk et Davuria (TURCZ.) ♃.

8. *P. Bungeana* (C. A. MEYER *in* LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 371) foliis involucri semitrifidis: laciniis abbreviatis subintegerrimis; radicalibus triplicato-pinnatisectis: segmentis abbreviatis oblongo-linearibus subincisis, flore erectiusculo, sepalis basi conniventibus apice subreflexis.

P. Bungeana. LEDEB. *Ic. Fl. alt.* t. 110.

Hab. in mont. Altaicis! (FL. ALT.) ♃.

6. Hepatica. DILL.

DEC. *Prodr. I*, p. 22. — MEISN. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — ENDLICH. *gen.* p. 846. — *Anemones Sect. I*, KOCH. *Syn.* p. 6.

Involucrum triphyllum, flori approximatum, calyciforme: foliis indivisis. Calyx petaloideus 6—9-sepalus. Carpella breviter rostrata.

1. *H. triloba* (CHAIX *in Vill. Dauph. I*, p. 336) foliis cordatis trilobis: lobis cordatis integerrimis, petiolis scapisque subpilosis.

H. triloba. DEC. *Prodr. I*, p. 22. — GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 273. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 377. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 32. — BESSER. *Enum.* p. 22. Nro. 658. — EICHW. *Skizze.* p. 183. — HOOKER, *Fl. bor. am. I*, p. 8. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 57. — BONGARD, *de veget. sitch.* p. 123.

H. nobilis. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 58.

H. americana. DEC. l. c.

Anemone Hepatica. GORTER. *Fl. ingr.* p. 85. — FISCH. *Livl.* p. 248. — LEPECH. *It. III*, p. 27. — FALK. *Beitr. II*, p. 200. — GÜLD. *It. I*, p. 14. — JUNDZ.

Fl. lithuan. p. 165. — Lucé. *Fl. osil.* p. 191. — Wirzén. *Fenn.* p. 50. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprovinzen.* p. 196.

Hab. in Rossia media [Fennia (Prytz.), pr. Helsingfors! (Wirzén, Schrenk *in litt.*]. in Ross. media [Fennia (Prytz.)]. [Petrop. (Gort., Weinm.), a Newa fl. usque ad Wolgam et Kamam infer. (Falk.). ins. Osilia (Lucé), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.). Warsaw. (Erndt.), Volhyn. (Bess.), Gub. Twer (Güld.)] et australi [Podolia (Besser.)]. Sibiria ural. [Jekaterinburg (Uspenski), Tjumen (Lepech.) inque ins. Sitcha (Bongard) ♃.

Variat foliorum lobis acutis et obtusis. Specimina fennica lobos habeat exacte rotundatos. H. americana igitur non separanda.

7. Adonis. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 23. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 337. — Koch. *Syn.* p. 9. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — Endlich. *gen.* p. 846.

Involucrum ○. Calyx 5-sepalus. Petala 5—15, plana vel concava: ungue absque fovea nectarifera. Stamina omnia fertilia. Carpella ∞, sicca, subglobosa.

Sect. I. *Adonia.* Dec. Carpella stylo recto vel adscendente. Radix annua.

1. *A. autumnalis* (L. Sp. 771) calyce glabro patente a petalis hemisphaerico-conniventibus secedente, fructu ovato-oblongo, carpellis edentulis in rostrum rectum excurrentibus.

A. autumnalis. Dec. *Prodr. I*, p. 23. — Bess. *Enum.* p. 47. Nro. 1437. — Eichwald *Skizze.* p. 183.

A. aestivalis. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 378.

Hab. in Podolia australi ad Tyram circa Jaorlik (Bess.), Tauria et Caucaso (M. a Bieb.) ⊙.

2. *A. aestivalis* (L. Sp. 771) calyce glabro petalis expansis adpresso, fructu cylindrico, carpellis margine superiore bidentatis: dente baseos acuto, rostro adscendente concolore.

A. aestivalis. Dec. *Prodr. I*, p. 24. — Pall. *It. III*, p. 585. — J. G. Gmel. *It. IV*, p. 108. — Güld. *It. I*, p. 193. 422. — Pall. *Ind. Taur.* — Bess. *Enum.* p. 22. Nro. 672. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 202. — Eichw. *Skizze.* p. 183. — Ej. *casp. cauc.* p. 21. 25. 29. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 237. — Ej. *Enum. Tal.* p. 151.

A. autumnalis. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 23; *III.* p. 378.

Hab. in Podolia (Bess.. Eichw.). desert. cuman. (Pall.), Tauria (Pall., M. a Bieb.) et omnib. provinciis caucas. (J. G. Gmel., Güld., M. a Bieb., C. A. Meyer, Eichw., Hohenack.) ⊙.

β. pallida: floribus stramineo-flavis.

A. flava. Dec. *Prodr. I*, p. 24.

Hab. in Iberia! (Wilhelms miss.), Armenia! (Koch. *in litt.*), ad littus orient. m. casp.! (Karelin miss.) ⊙.

γ. parviflora: floribus duplo minoribus.

A. parviflora. Fisch. *in* Dec. *Prodr. I*, p. 24. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 338. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 247.

A. aestivalis var. parviflora. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 378.

Hab. in des. casp. circa lacus salsos Inderiensem et Elton, prope montes Tschaptschatschi! (Claus.), des. soongoro-kirghisico! (Fl. alt.) ⊙.

3. *A. flammea* (Jacq. *austr.* t. 354) calyce trisecto petalis expansis adpresso, fructu oblongo, carpellis margine superiore ante rostrum adscendens apice sphacelatum dente rotundato.

A flammea. Dec. *Prodr. I*, p. 24.
Hab. in Caucaso! (Nordmann) ⊙.

4. *A dentata* (Del. *Fl. Aeg. ill. 17*) calyce basi hirsuto petalis expansis adpresso, carpellis margine superiore ante rostrum adscendens concolor dente rotundato in spicam elongatam linearem digestis.

A. dentata. Dec. *Prodr. I.* p. 24. — Besser in Flora. 1832. *II. Beibl.* p. 37.
Hab. in Volhynia (Besser), deserto taurico inter Sympheropol. et Durmeen! (Ledeb.) ⊙.
Flores flavi.

Sect. II. *Consoligo.* Dec. Carpella stylo deorsum uncinato. Radix perennis.

5. *A. vernalis* (L. Sp. 771) calyce pubescente, petalis oblongis, carpellis subgloboso-obovatis rugosis pubescentibus ante apicem rostellatis, pedunculis fructiferis erectis, foliis radicalibus et caulinis infimis ad squamas reductis; reliquis sessilibus multipartitis: laciniis anguste linearibus integerrimis.

A. vernalis. S. G. Gmel. *It. I.* p. 18; *IV.* p. 108. — Lepech. *It. I.* p. 187; *III.* p. 27, 30, 55, 124. — Falk. *Beitr. II.* p. 202. — Güldenst. *It. I.* p. 110, 193; *II.* p. 144, 146, 163, 173, 177, 179, 187, 192, 229, 236, 278. 297. — M. a Bieb. *Fl. t c. II.* p. 23; *III.* p. 379. — Besser *Enum.* p. 22. Nr. 673. — Hoefft. *Cat. Kursk* p. 37. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 339. — Eichw. *Skisse.* p. 183. — *Ej. casp. cauc.* p. 20. — Weinm. *Tambow.* Nr. 74.
A. verna. Pall. *It. I.* p. 147, 162, 185; *III.* 317, 498, 507. — Georgi, *It. II.* p 713.
A. appennina. Pall. *It. II.* 388? *) *III.* 506. — *Ej. Ind. Taur.*
A. pratensis. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 9?
Adonis flore dodecapetalo, fructu ovato. Gmel. *Fl. sib. IV.* p. 200. Nr. 43. (*excl. var. I*).
Hab. in Rossia media [Lithuania austr. pr. Pinsk? (Eichw.), Warsawia? (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.) Kursk (Hoefft.), Kasan (Falk.) Woronesch (S. G. Gmelin), Tambow (Weinm.), Pensa (Jacq. miss.), Simbirsk (Pall.), Orenburg (Pall., Georgi.)] et australi [Podolia! (Besser, Ledeb., Eichw.), Ucrania (Güldenst., M. a Bieb.), Cherson (Güldenst.), ad Tanain? (Güldenst., Henning) et Wolgam inferiorem? (Pall.), Tauria! (M. a Bieb., Steven), desert. cuman? (Lepech.), ad Terek (Güldenst.), Caucasus (M. a Bieb.), Iberia! (Eichw.), pr. Derbent (S. G. Gmelin), nec non in Sibiria occident. usque ad Irtysch (J. G. Gmel., Pall., Falk) [Ural (Lepech.), Altai! (Fl. alt.)] ♃.
Variat: *a)* Floribus parvis pallidis, fere albis. Ad Angaram infra Irkutzk. (Georgi, *It. I.* p. 221.) — An potius ad A. davuricum spect.?
b) Major, vegetior, petalis angustioribus. In Gubern. Tambow. Junio florens. (Weinm. *l. c.* Nr. 75.)

6. *A. wolgensis* (Steven in Dec. *Syst. I.* p. 545) calyce pubescente, petalis anguste oblongis, carpellis subgloboso-obovatis rugosis pubescentibus aute apicem rostellatis pedunculis fructiferis erectis, foliis radicalibus et caulinis infimis ad squamas reductis; reliquis sessilibus multipartitis: laciniis lanceolatis margine incisis.

A. wolgensis. Dec. *Prodr. I.* p. 25. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III.* p. 379. *in nota.* — Besser *Enum.* p. 47. Nr. 1436. — Eichw. *Skisse.* p. 183. — Deless. *Ic. sel. I. t.* 20. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II.* p. 247.
A. apennina. Lepech. *It. I.* p. 187? — Güldenst. *It. I.* p. 110? — Henning. *in Act. mosq. VI.* p. 73?
A. Marschalliana. Andrz. ex Besser. *l. c.*
Hab. in Podolia austr. pr. Jaorlik! (Andrz. ex Besser, Eichw.), ad lacum salsum Elton et in regionibus huic vicinis! (Claus.), ad Tanaiu? (Güldenst., Henning), pr. Stawropol? (Lepech). ♃.

*) Descriptio nec cum hac specie, nec cum A. apennina convenit.

Ab antecedente differt floribus plerumque minoribus, petalis angustioribus, foliorum laciniis latioribus brevioribus margine incisis, qua ultima nota accedit ad A. apenninam *β.* sibiricam, calyce autem glabro, petalorum forma et magnitudine aliisque notis diversam.

Synonyma plura peregrinatorum per australiores Rossiae provincias sub antecedenti specie allata huc forsan trahenda.

7. *A. apennina* (L. Sp. 771) tota glaberrima, petalis ovato-ellipticis vel obovatis, carpellis subgloboso-obovatis rugosis pubescentibus ante apicem rostellatis, pedunculis fructiferis erectis, foliis radicalibus et caulinis infimis ad squamas reductis; reliquis sessilibus bipinnatipartitis: laciniis lanceolatis basi confluentibus integris vel tri- aut pinnatifidis.

α. europaea: petalis ovato-ellipticis.

β. sibirica: petalis lato-obovatis, sepalis lato-obovatis subacuminatis vel subrhombeis petalorum dimidio brevioribus.

A. apeninna Pall. *It. II.* p. 93, 388?; *III.* p. 314? — Georgi, *It. I.* p. 221. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII.* p. 153. — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 341. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 202? — Hohenack. Enum. Talüsch. p. 151? — Turcz. Cat. Baikal. Nr. 28.

A. sibirica. Patr. — Ledeb. *Ind. sem. h. Dorpat.* p. a 1824. — Reichenb. *Ic. crit. Cent. IV.* p. 22. t. 322.

A. ircutiana. Fisch. in Dec. *Prodr. I.* p. 25.

A. vernalis. *γ.* sibirica. Dec. *Prodr. I.* p. 25.

Adonis flore dodecapetalo, fructu ovato:

1. Foliis ex inciso pinnatis. Gmel. *Fl. sib. IV.* p. 200. Nr. 43.

Hab. in montibus Talüsch? (C. A. Meyer. Hohenack.), in Sibiria [Ural? (Pall.), Altai! (Fl. alt.) Baikal! (Sievers, Turcz., ab Irtysch in omni ulteriori Sibir. (J. G. Gmel.)] ♃.

γ. davurica: petalis obovato-lanceolatis, sepalis obovato-ellipticis obtusiusculis petalorum dimidio longioribus.

A. davurica. Reichenb. l. c. t. 321. — Turcz. Cat. Baikal. Nr. 29.

Hab. pr. Slatoust (Nesterofski), in pratis sylvaticis Davuriae et ad fl. Tschikoi! (Turcz.), prope Nertschinsk! (Frisch. miss.) ♃.

A. var. *β.* non nisi floribus minoribus, petalis sepalisque angustioribus diversa.

8. *A. villosa* (Ledeb. *Ind. sem. h. Dorpat. p. a. 1824*) caule foliisque subtus et calyce villoso-canescentibus, petalis oblongis, carpellis subgloboso-obovatis rugosis pubescentibus ante apicem rostellatis, pedunculis fructiferis nutantibus, foliis radicalibus et caulinis infimis ad squamas reductis; reliquis sessilibus bipinnatipartitis: laciniis lanceolatis basi confluentibus integris vel tri- aut pinnatifidis.

A. villosa Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 340. — *Ej. Ic. pl. Fl. alt. t.* 119. — Bunge *Enum. alt.* p. 36.

Hab. in Sibiria ural. austr.! (Lessing in herb. reg. berolin.) et altaica! (Fl. alt.) ♃.

Ambitus foliorum in Nr. 7 et 8 oblongus, in Nr. 5 et 6 suborbiculatus.

Tribus III. Ranunculeae. Dec.

Calycis et corollae aestivatio imbricata. Petala basi squama aucta vel poro nectarifero instructa. Carpella monosperma, ecaudata. — Herbae, foliis radicalibus vel caulinis alternis, floribus involucris nullis.

8. Myosurus. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 25. — Koch. *Syn.* p. 10. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — Endlicher *gen.* p. 846.

Calyx 5-sepalus: sepalis basi solutis, deorsum in calcar productis. Petala 5: ungue filiformi; lamina basi fovea nectarifera subtubulosa. Ovaria et dein carpella plurima; sicca, triquetra, monosperma, confertissima, gynophoro longissimo spicatim imposita, stylo recto subacuminata.

1. *M. minimus.* (L. Sp. 407). — Dec. *Prodr. I*, p. 25. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 48. — S. G. Gmelin *It. II*, p. 198. t. 31. — Fischer *Livl.* p. 216. — Falk. *Beitr. II*, p. 155. — Güldenst. *It. I*, p. 109. 190. — Steph. *Fl. mosq.* Nro. 216. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 258. — Jundz. *Fl. lith.* p. 98. — Mart. *Fl. mosq.* p. 59. — Prytz *Fl. fenn. breviar.* p. 34. — Besser *Enum.* p. 14. Nro. 388. — Luce *Fl. osil.* p. 98. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 24. — Eichw. *Skizze* p. 183. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 248. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 34. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 148. — Fleisch. et Lindemann *Fl. d. Ostseeprov.* p. 195. — Wirzén. *Fenn.* p. 27. — Ej. *Casan.* Nro. 7.
M. cauda muris. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 271.
M. scaposus. Gilib. *Exerc. phytol. I*, p. 376.
Ranunculus gramineo folio. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 102.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz, (Wirzén, Schrenk *in litt.*)], media [Petropol. (Gorter, Weinm.), ins. Osilia (Luce), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lind.), Curonia (Fleisch. et Lind.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Steph., Mart.), Kursk (Höfft.), Kasan (Wirzén),] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (Güldenst., Henning), lac. Inderiens. (Lessing ex Claus), Astrachan (S. G. Gmelin), ad Terek (Güldenst.), Caucas. (M. a. Bieb.), pr. Lenkoran (Hohenack.) ⊙.

9. Ceratocephalus. Mönch. meth. p. 218.

Dec. *Prodr. I*, p. 26. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 303. — Koch *Syn.* p. 11. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — Endlicher *gen.* p. 847.

Calyx 5-sepalus: sepalis sessilibus, calcare nullo. Petala 5: ungue fovea nectarifera. Carpella ∞, sicca, basi utrinque gibba, monosperma, gynophoro elongato spicatim imposita, apice in cornu compressum producta.

1. *C. falcatus* (Pers. *Syn.* p. 341) carpellis dorso inter gibberes canaliculatis, rostro arcuato.

C. falcatus. Dec. *Prodr. I*, p. 26. — Henning. *Act. mosq. VI*, p. 73. 89. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 201. — Claus *Ind. des.* in Göbel *It. II*, p. 248. — Hohenack. *Enum. Talüsch* p. 148.

Hab. ad Tanain (Henning), in deserto casp.! (Claus), pr. Astrachan! (Blum pl. exsicc.), Baku! (C. A. Meyer), Elisabethpol et Lenkoran (Hohenack.) ⊙.

2. *C. orthoceras* (Dec. *Syst. I*, p. 231) carpellis dorso inter gibberes cristatis: crista subquadrata, rostro subrecto.

C. orthoceras. Dec. *Prodr. I*, p. 26. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 304. — Eichw. *Skizze* p. 183. — Ej. *casp. cauc.* p. 1. — Claus *Ind. des.* in Göbel *It. II*, p. 247.
C. falcatus rossicus. Fisch. *Cat. h. Gorenk.* 1812, p. 48.
C. testiculatus. Bess. *Enum.* p. 70, Nro. 1539.
Ranunculus falcatus. Pall. *It. II*, p. 329; *III*, p. 653. — Falk. *Beitr. II*, p. 303, t. 10. — Güldenst. *It. I*, p. 193. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a. Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 29.
Ranunculus hirtus etc. S. G. Gmelin *It. II*, p. 196.

Ranunculus sp. nova parvulo affinis foliis multifidis. S. G. GMELIN *It. I*, p. 65; *II*, Praefatio p. VI.
Ranunculus pygmaeus. GÜLDENST. *It. I*, p. 193.
Ranunculus parvulus. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1068 *(non Linn.)*.
Ranunculus testiculatus. M. a. BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 386.

Hab. in Rossia media [Woronesch (S. G. GMELIN)] et australi [Kiew (TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESS., EICHW.), Gub. Cherson (EICHW.), ad Tanain (GÜLD.), ubique in des. casp.! PALL., S. G. GMEL., CLAUS), ad Wolgam inter Zarizyn et Astrachan! (PALL., BLUM pl. exsicc., EICHW.), Tauria (PALL., M. a. BIEB.), ad Terek? (GÜLD.), Caucasus (M. a. BIEB.), Armenia pr. Kulp (KOCH *in litt.*), nec non in Sibiria altaica! (FL. ALT.) ⊙.

10. Ranunculus. L.

DEC. *Prodr. I*, p. 26. (excl. spec.). — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 304. — KOCH *Syn.* p. 11. (excl. spec.) — MEISN. *gen.* p. 1. — *Comm.* p. 3. — ENDLICHER *gen.* p. 847).

Calyx 3—5-sepalus: sepalis sessilibus. Petala 5 (rarius 3—10), ungue fovea nectarifera nuda vel squama instructa. Carpella ∞, sicca, subcompressa, monosperma, gynophoro sphaerico aut conico imposita, stylo persistente apiculata. Semen erectum.

Sect. I. *Batrachium.* DEC. Flores albi, ungue flavo. Fovea nectarifera nec squama tecta, nec margine prominulo instructa. Carpella transverse striato-rugosa.

1. *hederaceus* (L. SP. 781) foliis omnibus conformibus reniformibus obtuse quinquelobis, carpellis subturgidis transverse rugosis glabris breviter apiculatis.

R. hederaceus. DEC. *Prodr. I*, p. 26. — LUCE *Fl. osil.* p. 195.

Hab. in Rossia media [ins. Osilia (LUCE)] ♃.

2. *R. aquatilis* (L. SP. 781 var. *α.* et *γ.*) foliis submersis setaceo-multipartitis petiolatis: laciniis undique patentibus; natantibus reniformibus lobatis partitisve, caule obtusangulo, petalis obovatis, staminibus ovariorum capitulo longioribus, carpellis subturgidis transverse rugosis hispidis breviter apiculatis.

R. aquatilis. KOCH. *Syn.* p. 11. — FISCH. *Livl.* p. 250. — FALK. *Beitr. II*, p. 203. — STEPHAN *Fl. mosq.* Nro. 380. — BESSER, *Enum.* p. 23. Nro. 686. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 202. — FELLM. *Ind. Kol.* Nro. 233. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 237? — FELLM. *Ind. Lapp.* Nro. 226. — WIRZÉN. *Fenn.* p. 47. — Ej. *Casan.* Nro. 8.

α. heterophyllus: foliis natantibus reniformibus lobatis.

R. heterophyllus. JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 170. — LUCE *Fl. osil.* p. 195.
R. aquatilis. *α.* heterophyllus. GORTER *Fl. ingr.* p. 90. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 334. — EICHW. *Skisse* p. 183. — BUNGE *Enum.* p. 34. — WEINMANN. *Fl. petropol.* p. 56.
R. aquatilis. *α.* peltatus et *β.* bipartitus. FLEISCH. et LIND. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 191.
R. aquatilis. WAHLENB. *Fl. lapp.* p. 160. — GÜLDENST. *It. I*, p. 110. 193; *II*, p. 92. — MART. *Fl. mosq.* p. 98. — PRYTZ *Fl. fenn. breviar.* p. 33.
R. aquatilis folio rotundo et capillaceo. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 101.
R. foliis submersis capillaceis, emersis subpeltatis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 207, Nro. 55.
R. aquaticus foliis superioribus peltatis. LEPECH. *It. III*, p. 44.
R. diversifolius. GILIB. *Fl. lith. V*, p. 262. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 370.

β. pantothrix: foliis omnibus capillaceo-multipartitis.

R. aquatilis. *β.* capillaceus. GORTER. *Fl. ingr.* p. 90. — HOEFFT. *Cat. Kursk.*

p. 38. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 334. — Eichw. *Skisse* p. 183. — Weinmann *Fl. petropol.* p. 56.
R. aquatilis. δ. capillaceus. Schlechtend. *in Linnaea VI*, p. 576.
R. aquatilis. γ. pantothrix et δ. succulentus. Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 191. 192.
R. aquatilis var. pantothrix. Hohenack. *Enum. Tal.* p. 148.
R. aquatilis. Lep. *It. III*, p. 36. — M. a. Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 29; *III*, p. 386. — Luce *Fl. osil.* p. 195. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 30.
R. aquaticus capillaceus. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 101.
R. aquaticus foliis omnibus capillaceis, circumscriptione vaga. Güldenst. *It. I*, p. 118.
Hab. in omni imperio rossico a Lapponia ad Armeniam (Koch *in litt.*), a Warsawia ad insulam Unalaschka usque ♃.

3. *R. divaricatus* (Schranck. baier. *Fl. II*, p. 104) foliis omnibus submersis multipartitis: laciniis linearibus oblique truncatis in planum orbiculare dispositis, caule obtusangulo, petalis 5obovatis, staminibus ovariorum capitulo longioribus, carpellis subturgidis transverse rugosis hispidis breviter apiculatis.

R. divaricatus. Koch. *Syn.* p. 12. — Fleisch. et Lindemann *Fl. d. Ostseeprov.* p. 192.
R. aquaticus. L. var. δ. Gorter. *Fl. ingr.* p. 90. — Eichw. *Skisse* p. 183.
R. aquaticus. γ. caespitosus et δ. stagnatilis. Weinm. *Fl. petropol.* p. 56.
R. foeniculaceus. Gilib. *Fl. lith. V*, p. 261. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 370.
Hab. in Rossia media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Livonia! (Ledeb.), Curonia! (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Eichw.)] et in Sibiria altaica! (Gebler) ♃.

Foliorum laciniis linearibus oblique truncatis, nec capillaceis sensim attenuatis ab antecedente et subsequente dignoscitur.

4. *R. fluitans* (Lamarck. *Fl. fr. III*, p. 164) foliis omnibus submersis setaceo-multipartitis, laciniis elongatis parallelis porrectis, caule tereti, petalis 9—12 oblongo-cuneatis, staminibus ovariorum capitulo brevioribus, carpellis subturgidis transverse rugosis glabris breviter apiculatis.

R. fluitans. Koch. *Syn.* p. 12.
R. pantothrix. γ. peucedanifolius. Dec. *Syst. I*, p. 236.
R. aquatilis. ε. peucedanifolius. Dec. *Prodr. I*, p. 27. — Eichw. *Skisse* p. 183.
R. fluviatilis. Jundz. *Fl. lithuan.* p. 170. — Mart. *Fl. mosq.* p. 98.
R. peucedanifolius. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 261. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 369.
R. albus fluitans, Peucedani foliis. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 101.
Hab. in Rossia media [Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Mosq. (Mart.)] ♃.

Sect. II. ***Ranunculastrum***. Dec. Radix grumosa. Carpella (plerumque) laevia.

§. 1. *Foliis dissectis.*

5. *R. gracilis* (Dec. *Syst. I*, p. 256) caule piloso unifloro versus apicem monophyllo, foliis radicalibus trisectis: segmentis petiolulatis subtripartitis: laciniis bi- tri-fidis integrisve; caulino lineari-oblongo trifido vel integro, calyce reflexo parce piloso.

R. gracilis. Dec. *Prodr. I*, p. 27.
Hab. in Caucaso austr.! (Hortul. Wittmann.) ♃.

Planta nostra parum a descriptione Decandolleana discrepat, tamen specie non differre videtur. Caulis pilosus: pilis superne sub-

adpressis, inferne patentissimis, nunquam aphyllus nec diphyllus, sed semper monophyllus: folio parum a flore remoto. Folia radicalia subuniformia, glabra, longe petiolata: petiolo pilis longis patentibus versus basin rarioribus obsito. — Planta parva, digito parum longior.

6. *R. cicutarius* (Schlechtend. *Anim. in Ranunc. I*, p. 25. t. 4. f. 2) caule subramoso folioso adpresse villoso, foliis radicalibus caulinoque inferiori bipinnatisectis partitisve: segmentis cuneatis incisis dentatisque glabris, calyce patente adpresso-pubescente.

R. cicutarius. Dec. *Prodr. I*, p. 28. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 148? (An potius ad spec. antecedentem pertinet?)

Hab. in Sibiria orientali (Merk. ex Schlecht.) et in pratis prope Lenkoran? (Hohenack.) ♃.

7. *R. orientalis* (L. Sp. 781) caule ramoso folioso multifloro subadpresse villoso, foliis radicalibus caulinisque inferioribus bipinnatisectis: segmentis cuneatis flabellatim tripartitis multifidisve adpresse pilosis ciliatis, calyce reflexo, carpellis compressis latissimis abrupte oblique acuminatis: acumine recurvato.

R. orientalis. Dec. *Prodr. I*, p. 28. — C. A. Meyer *Enum. cauc.* p. 201.

Hab. in Iberia! (Wilhelms *miss.*), pr. Lenkoran et in mont. Talüsch, alt. 500 hexap.! (C. A. Meyer.) ♃.

7. *R. oxyspermus* (Willd. Sp. *pl. II*, p. 1328) caule ramoso folioso multifloro patenter villoso, foliis pilosis; radicalibus tripartitis: partitionibus subtrifidis: laciniis incisis serratisque obtusis; caulinis superioribus tripartitis: laciniis oblongis tri- pinnatifidisve vel integris, calyce reflexo, carpellis triquetris sensim acuminatis: acumine recto.

R. oxyspermus. Dec. *Prodr. I*, p. 28. — M. a. Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 27; *III*, p. 384. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 201. — Eichw. *casp. cauc.* p. 2. 4. 24. 28. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 238. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 247. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 148.

Hab. in Rossia media [prope Orenburg! (Karelin)] et australi [ad Tanain (Henning), in deserto casp.! (Claus), ad ostia Wolgae! (Eichw.), in Tauria (M. a. Bieb.), pr. Tarki (Eichw.), in Caucaso! (M. a. Bieb.), Iberia (M. a Bieb., Eichw.), Kachetia, Somchetia, Mingrelia (Eichw.), pr. Elisabethpol (Hohenack.), Baku et Sallian (C. A. Meyer), in tractu Suwant alt. 800 hexap. (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*)] ♃.

9. *R. platyspermus* (Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 37) villosus, caule ramoso parce folioso multifloro, foliis radicalibus trisectis: segmentis petiolulatis multipartitis: laciniis oblongo-linearibus integris incisisve; caulinis tripartitis integrisve, calyce patente, carpellis suborbiculatis planissimis membranaceo-alatis stylo brevissimo uncinato apiculatis.

R. platyspermus. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 306. — Ledeb. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 115. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 247.

Hab. ad inferiorem fl. Ural circa lacum salsum Inderiensem! (Claus), inter m. casp. et Aral! (Karelin), in deserto soongoro kirghisico! (Fl. alt.) ♃.

10. *R. pedatus* (Kit. *Pl. rar. Hungar. II*, p. 112 t. 108) caule subramoso parce folioso paucifloro subpiloso, foliis glabris; radicalibus pedato-5-partitis; caulinis tripartitis integrisve; laciniis omnium oblongo-linearibus subintegerrimis, calyce adpresso, carpellis ovatis compressis stylo brevi subuncinato apiculatis.

R. pedatus. Dec. *Prodr. I*, p. 28. — Besser *Enum.* p. 47. Nro. 1438. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 305. — Eichw. *Skisse* p. 183. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 248.

R. digitatus. WILLD. *herbar.* Nr. 10,556.
R. ornithopodioides. STEVEN *in herb. Zeyheri.*
Hab. in Rossia australi [Podolia austr. pr. Jaorlik (BESSER, EICHW.), ad Wolgam inferiorem! (CLAUS, STEVEN)], inque regione altaica! (FL. ALT.) ♃.

11. *R. illyricus* (L. SP. 776) sericeo-lanuginosus, caule folioso uni- vel multifloro, foliis radicalibus trisectis: segmentis oblongo-linearibus indivisis vel bi- tri-partitis, calyce reflexo, carpellis suborbiculatis compresso-planis subalatis stylo brevi adscendente recto apiculatis.

Hab. in Rossia artica [Lapponia (Wahlenb., Fellm.) et territor. Kola (Fellm.)] septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petrop. (Gort., Weinm.), Esthonia (Fleich. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz, Eichw.). Warsawia (Erndt.), Volhynia (Bess., Eichw.), Mosqua (Steph., Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacq. *pl. exsicc.*)] et australi [Kiew (Güld., Trautv. *in litt.*), Podolia (Bess.), Ucrania (Güld.), ad Tanain (Henning), desert. casp. (Claus), circa ostia Wolgae (Eichw.), Taganrog! (Elsingk *miss.*), Tauria (M. a Bieb.), ad fl. Terek (Güld.), Caucasus (M. a Bieb.), Somchetia (Koch. *in litt.*), territor. Elisabethpol, provinc. Karabagh et tract. Suwant (Hohenack.), Talüsch alt. 500 hexap. (C. A. Meyer), Armenia (Koch. *in litt.*)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [Turinsk (Lepech.), Altai! (Fl. alt.), Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), regio baikalensis! (Georgi, Turcz.), transbaikalensis et Davuria (Turcz.)] et Kamtschatka (Hook. et Arn.) ♃.

Variat: minor, tenuior, caule florifero decumbente (Petropoli — Weinm. l. c.), foliis brevioribus; laciniis latioribus (Krasnojarsk — Gmel. l. c.), superficie glabra et hirsuta (Lithuan., Volhyn. — Eichw. l. c.) et flore semipleno (Kiew — Trautv. *in litt.*).

54. *R. recurvatus* (Poiret. *Encycl. VI*, p. 123) caule erecto folioso petiolisque patentim pilosis, foliis omnibus petiolatis tripartitis: laciniis ovatis acutis incisis, sepalis patentibus demum reflexis pilosis, petalis ellipticis plerumque abortivis, carpellis stylo longo uncinato coronatis.

R. recurvatus. Dec. *Prodr. I*, p. 39. — Deless. *Ic. select. I*, t. 41. — Hook. *Fl. bor. amer. I*, p. 20. — Schlechtend. *in Linnaea. VI*, p. 579. — Bong. *de Veget ins. Sitcha.* p. 123.

β. Nelsonii: foliorum laciniis angustioribus. Dec. *Prodr. I*, p. 40. — Hooker *l. c.*

Hab. in insula Sitcha! (Eschsch., Bong.); *β.* in insula Unalaschka! (Chamiss., Eschsch.) ♃.

55. *R. bulbosus* (L. Sp. 778) foliis radicalibus ternatim vel biternatim pinnatisectis: segmentis trifidis inciso-serratis, pedunculis sulcatis, calyce reflexo, carpellis lenticulari-compressis marginatis laevibus, caule basi bulbiformi.

R. bulbosus. Dec. *Prodr. I*, p. 41. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 265. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 372. — Fisch. *Livl. Zus.* p. 122. — Steph. *Fl. mosq.* Nro. 374. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 169. — Mart. *Fl. mosq.* p. 97. — Prytz. *Fl. fenn.*

breviar. p. 34. — Bess. *Enum.* p. 22. Nro. 679. — Lucé. *Fl. osil.* p. 412. — Eichw. *Skizze.* p. 183. — Wirzén. *Fenn.* p. 49.

R. pratensis, radice verticilli modo rotunda. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 102.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Wirzén, Prytz.)], media [insula Osilia! (Lucé), Livonia (C. A. Meyer), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Bess., Eichw.), Mosqua (Steph., Mart.)] et australi [Podolia (Bess.), ins. Sara m. casp.! (Kieseritzky *miss.*)] ♃.

β. campestris: bulbo radicali carente. Mart. l. c. — Prope Mosquam ♃.

56. *R. dolosus* (Fisch. et Meyer *in* Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 148) glaber, caule erecto ramoso, foliis petiolatis; inferioribus subremiformibus mediisque subovatis trifidis; summis oblongis indivisis, sepalis deflexis petala superantibus, carpellis subglobosis laevibus glabris margine acuto cinctis, stylo brevissimo recto, receptaculo piloso.

Hab. in pomariis prope Lenkoran! (Hohenack.) ⊙.

A. proximo R. scelerato carpellorum forma et superficie dignoscitur.

57. *R. sceleratus* (L. Sp. 776) caule erecto ramoso, foliis inferioribus palmato-partitis inciso-crenatis; superioribus trifidis: laciniis linearibus, sepalis reflexis petala subaequantibus, carpellis obovatis compressis rugulosis margine lato incrassato obtuso spongioso canaliculato cinctis, stylo brevissimo recto, receptaculo piloso.

R. sceleratus. Dec. *Prodr. I*, p. 34. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 89. — S. G. Gmel. *It. II*, p. 196; *IV*, p. 108. — Georgi, *It. I*, p. 221. — Fisch. *Livl.* p. 250. — Falk. *Beitr. II*, p. 202. — Güld. *It. I*, p. 110. 193; *II*, p. 144. 163. 178. 248. — Steph. *Fl. mosq.* Nro. 373. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 24. — Drümpelmann. *Fl. livon. V*, t. 1. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 169. — Mart. *Fl. mosq.* p. 96. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 34. — Bess. *Enum* p. 22. Nro. 678. — Lucé. *Fl. osil.* p. 195. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 83. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 327. — Schlechtend *in Linnaea. VI*, p. 577. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 201. — Fellm. *Ind. Kola.* Nro. 43. — Eichw. *Skizze.* p. 183. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 238. — Ermann. *Verz.* Nro. 101. — Claus. *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 248. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 56. — Wirzén. *Fenn.* p. 48. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 43. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 148. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 195. — Wirzén, *Casan.* Nro. 11.

R. digitatus. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 266. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 373.

R. palustris. Apii folio repens. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 102?

R. foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 203. Nro. 48. t. 83. a. f. A.

Hab. in Rossia arctica territor Kola (Fellmann), septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media [Petropoli (Gort., Weinmann), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), insula Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Drümpelm., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Bess., Eichw.), Mosqua (Steph., Mart.), Kursk (Höfft.), Kasan (Wirzén)] et australi [Kiew (Trautv. *in litt.*), Podolia (Bess., Eichw.), Ucrania et Jekaterinoslaw (Güld.), ad Tanain (Henning.), des. casp. (Claus), Astrachan (S. G. Gmel.), Tauria (M. a Bieb.), ad fl. Terek (Güld.), Caucasus (M. a Bieb.). pr. castellum Nastran (C. A. Meyer), Elisabethpol (Hohenack.), Derbent (S. G. Gmelin), Lenkoran (Hohenack.), ins. Sara m. casp.! (Kieseritzky *miss.*), ad litt. orient. m. nigri (Koch. *in litt.*)] inque Sibiria [Ural (Uspenski), pr. Slatoust (Nesterofski), Altai! (Fl. alt.), Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), Baikal (Georgi, Turcz.), reg. transbaikalensis et Davuria (Turcz.), ad Lenam (J. G. Gmelin)] ⊙.

β. minimus: caule nano, foliis radicalibus trifidis. Dec. l. c.

Hab. in Tauria (Dec.), Altai! ⊙.

Sect. IV. *Echinella.* Dec. Carpella tuberculis aculeisve scabra.

58. *R. Philonotis* (Ehrh. *Beitr. II*, p. 145) pilosus, foliis radicalibus ternatim vel biternatim sectis: segmentis trifidis inciso-serratis, pedunculis sulcatis, petalis calyce reflexo subduplo longioribus, carpellis lenticulari-compressis marginatis ante marginem tuberculorum serie (1 vel 2) notatis, stylo brevi basi dilatato apice extrorsum subcurvato, receptaculo piloso.

R. Philonotis. Dec. *Prodr. I*, p. 41. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 382. — Bess. *Enum.* p. 22. Nro. 680. — Eichw. *Skisse.* p. 183.

R. hirsutus. Mart. *Fl. mosq.* p. 97.

Hab. in Rossia media [Mosqua (Mart.), Volhynia (Bess., Eichw.)] et australi [Podolia (Bess., Eichw.), Tauria circa Inkierman (M. a Bieb.)] ⊙.

59. *R. lomatocarpus* (Fisch. et Meyer, *Ind. sem. h.* petropol. p. a. 1835. p. 36) parce pilosus, foliis trisectis: segmentis multipartitis: laciniis oblongis linearibusve incisis serratisque, pedunculis sulcatis, petalis calyce reflexo subduplo longioribus, carpellis lenticulari-compressis subalato-marginatis intra marginem undique tuberculatis in stylum lato-lanceolatum subrectum attenuatis atternuatis, receptaculo piloso.

R. lomatocarpus. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 150.

R. tuberculatus. C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 202. (excl. syn.).

Hab. in pratis ad m. casp. inter Sallian et Lenkoran! (C. A. Meyer), prope Kisilagatsch! et Lenkoran (Hohenack.) ⊙.

60. *R. trachycarpus* (Fisch. et Meyer, *Ind. III*, sem. h. petropol. p. 46) parce pilosus, foliis radicalibus suborbiculatis trilobis trisectisve: laciniis lato-obovatis cuneatis inciso-crenatis; caulinis tripartitis trisectisve: segmentis integris trifidisve: laciniis oblongis linearibusve, pedunculis sulcatis, petalis calyce reflexo longioribus, carpellis lenticulari-compressis marginatis intra marginem undique tuberculatis, stylo lanceolato recto, receptaculo piloso.

R. trachycarpus. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 149.

Hab. in Tauria (Fisch. et Meyer), in pratis humidis ad m. casp. prope Lenkoran, Scheki (Hohenack.), in Imeretia et Mingrelia! (Koch. *in litt.*) ⊙.

Variat florum magnitudine et petalorum longitudine. Fisch. et Meyer, *Ind. IV*, sem. h. petropol. p. 44.

61. *R. arvensis* (L. Sp. 780) foliis radicalibus trifidis dentatis; caulinis trisectis: segmentis petiolatis tri-multifidis: laciniis cuneiformibus antice dentatis; superioribus linearibus, pedunculis sulcatis, petalis calyce subreflexo longioribus, carpellis plano-compressis spinosis tuberculatis reticulatisve, margine prominulo utrinque spinoso dentatove, stylo elongato lanceolato-lineari obliquo, receptaculo piloso.

α. carpellis spinosis.

R. arvensis. Dec. *Prodr. I*, p. 41. — Fisch. *Livl. Zus.* p. 122. — Steph. *Fl. mosq.* Nro. 379. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 28; *III*, p. 385. — Mart. *Fl. mosq.* p. 98. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 202. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 238. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 151.

R. echinatus. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 267. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 373.

R. arvensis echinatus. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 102.

R. seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 205. Nro. 52.

Hab. in Rossia media [Livonia (Fisch.), Lithuania (Gilib.), Warsawia (Erndt.), Mosqua (Steph., Mart.)] et australi [Tauria (M. a Bieb.), Iberia! (Blum. *pl. exsicc.*), territor. Elisabethpol et tract. Suwant (Hohenack.), Lenkoran (C. A. Meyer), Talüsch (Hohenack.), Armenia (Koch. *in litt.*) inque Sibiria ad Jeniseum (J. G. Gmelin) ⊙.

β. carpellis tuberculatis.

R. tuberculatus. Dec. *Prodr. I*, p. 41. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 385.

Hab. in Tauria meridionali et Iberia (M. a Bieb.), Armenia (Koch. *in litt.*) ⊙.

62. *R. muricatus* (L. Sp. 780) foliis inferioribus suborbiculatis trilobis inaequaliter grosse crenatis; superioribus trifidis basi cuneatis, pedunculis sulcatis, petalis calyce subreflexo longioribus, carpellis planis tuberculato-spinosis margine laevi arguto cinctis, rostro lato-lanceolato extrorsum curvato, receptaculo piloso.

R. muricatus. Dec. *Prodr. I*, p. 42. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 28: *III*, p. 386. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 202. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 151.
R. species pumila, fructibus echinatis. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 238.

Hab. in Tauria (M. a Bieb.), pr. Elisabethpol (Hohenack.), Sallian et Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenack.) ⊙.

Var. perpusilla pollicaris pr. Sallian (M. a Bieb.) et Lenkoran! (Hansen *pl. exsicc.*).

63. *R. parviflorus* (L. Sp. 780) foliis inferioribus cordato-subrotundis tripartitis: lobis incisis grosse crenatis; superioribus quinquepartitis trifidis integrisve, pedunculis striatis, petalis calycem demum reflexuum subaequantibus, carpellis plano-compressis tuberculatis, margine laevi arguto cinctis, stylo lato-lanceolato apice extrorsum curvato, receptaculo glabro.

R. parviflorus. Dec. *Prodr. I*, p. 42. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 28.

Hab. in Tauria meridionali (M. a Bieb., Bös.! *in herb.* Willd. Nro. 10,603) ⊙.

64. *R. ophioglossifolius* (Vill. *Fl. delph. IV*, p. 732. t. 49) foliis oblongo-ellipticis; inferioribus cordato-ovatis, petalis calyce patente duplo longioribus, carpellis compressis tuberculatis margine laevi obtuso cinctis, stylo brevissimo, receptaculo glabro.

R. ophioglossifolius. Dec. *Prodr. I*, p. 43. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 380. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 151.

Hab. in Tauria meridionali (M. a Bieb.), prope Lenkorán! (Hohenack.) ⊙.

Species mihi ignotae: R. aconitifolius. Pall. *It. II*, p. 568. (reg. altaica). — Georgi, *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1066.
R. asiaticus. Güld. *It. I*, p. 193. (ad fl. Terek). — Georgi, *l. c.* p. 1066.
R. depressus (M. a Bieb.). Georgi, *l. c.* p. 1070; *Nachtr.* p. 279. (In campestribus ad fl. Terek et Wolga).
R. geoides. Siev. in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 201. (Jablonnoi-Chrebet). — An R. altaicus?
R. sardonicus. Güld. *It. I*, p. 9. (Nowgorod).
R. tauricus (n. sp.). Pall. *Ind. Taur.* (Tauria). — Georgi, *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1069.

11. Oxygraphis. Bunge.

Enum. alt. p. 34. — Endlich. *gen.* p. 1419.

Calyx 5-sepalus, persistens. Petala 13 (ad 15), oblongo-linearia, supra basin intus callo transversali instructa. Carpella ∞, sicca, membranacea, a dorso compressa, utrinque uninervia, monosperma, gynophoro hemisphaerico imposita, stylo ancipite subulato recto apice stigmatoso apiculata. Semen erectum.

1. *O. glacialis.* Bunge, *l. c.* p. 35. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 51.

Ficaria glacialis. Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 44.
Ranunculus kamtschaticus. Dec. *Prodr. I*, p. 43. — Schlechtend. *in Linnaea. IV*, p. 579. t. 7. (carpellum non bene repraesentatum).
Ranunculus dodecapetalus. Stephan herb.

Caltha glacialis et camtschatica. Spr. *Syst. II*, p. 660.

Hab. in Sibiriae altaicae summis alpibus Kuraicis ad fl. Tschuja! (Bunge), in paludibus alpinis Davuriae (Pall. in herb. Schreberiano ex Schlecht.), in alpe Tschokondo! (Turcz.) et in Kamtschatka? (Dec.) ♃.

12. Callianthemum. C. A. Meyer.

Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 336. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 3. — Endlich. *gen.* p. 846.

Calyx 5-sepalus, deciduus. Petala 5—15, basi foveola nectarifera instructa. Carpella ∞, sicca, subglobosa, rugulosa, monosperma, gynophoro hemisphaerico imposita, substipitata, stylo brevissimo rectiusculo apiculata. Semen pendulum.

1. *C. rutaefolium* (C. A. Meyer in Ledeb. Fl. alt. l. c. non Reichenb.) foliis radicalibus bipinnatisectis: segmentis tripartito-multifidis: laciniis oblongis, caule 1—3-floro, calyce glabro, petalis obovatis integerrimis vel inaequaliter crenatis.

C. rutaefolium. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 50.

Ranunculus rutaefolius. Dec. *Prodr. I*, p. 30. — Georgi, *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 279.

Ranunculus isopyroides. Dec. *Prodr. I*, p. 30. — Schlechtend. *Animadv. in Ranunc. I*, p. 11.

Ranunculus fumariaefolius. hort. gorenk.

Hab. in alpibus altaicis! (Fl. alt.), sabinensibus! (Lessing *in herb. reg. berolin.*), baikalensibus!, jugi Jablonni-Chrebet! et Davuriae (Turcz.) ♃.

Tribus IV. Helleboreae. Dec.

Calyx corollinus, aestivatione imbricatus. Petala irregularia, saepius bilabiata vel nulla. Capsulae folliculares, polyspermae, liberae aut plus minus inter se cohaerentes, sutura longitudinali intus dehiscentes. — Herbae foliis omnibus radicalibus vel caulinis alternis aut opposito-verticillatis.

13. Caltha. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 44. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 302. — Koch. *Syn.* p. 19. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — Endlich. *gen.* p. 847.

Calyx petaloideus, regularis: sepalis 5 (vel pluribus). Corolla ○. Nectaria ○. Capsulae 5—10, compressae, patentes, uniloculares, ∞-spermae.

1. *C. palustris* (L. Sp. 784) caule erecto vel adscendente, foliis cordato-suborbiculatis reniformibusve crenatis, sepalis sub 5 ellipticis.

C. palustris. Dec. *Prodr. I*, p. 44. — Gorter, *Fl. ingr.* p. 91. — Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 191. Nro. 25. — Pall. *It. III*, p. 319. — Georgi, *It. I*, p. 222; *II*, p. 720. 807. — Fisch. *Livl.* p. 251. — Falk. *Beitr. II*, p. 203. — Güld. *It. I*, p. 111. 193. 292. 427; *II*, p. 177. 191. 327. 339. — Steph. *Fl. mosq.* Nro. 382. — Siev. in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 198. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 31. — Drümpelm. *Fl. livon. III*, t. 3. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 165. — Wahlenb. *Fl. lapp.* p. 161. — Mart. *Fl. mosq.* p. 98. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 31. — Bess. *Enum.* p. 23. Nro. 690. — Luce, *Fl. osil.* p. 200. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 38. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 303. — Schlechtend. *in Linnaea. VI*, p. 580. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 200. — Fellm. *Ind. Kola.* p. 246. — Eichw. *Skizze.* p. 183. — Ej. *casp. cauc.* p. 26. — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 112. — Hohenack. *En. Elisabethpol.* p. 238. — Lessing *in Linnaea. IX*, p. 157. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nro. 228.

— CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 249. — WIRZÉN. *Fenn.* p. 49. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 57. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 52. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 191. — WIRZÉN, *Casan.* Nro. 16.

C. glabra. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 279. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 381.

Caltha. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 25.

Hab. in omni imperio Rossico a finibus occidentalibus ad insulas maris orientalis et a territorio Kola in Imeretiam usque ♃.

Variat: major, caule multifloro (fere ubique!) et minor, caule subunifloro (ad sinum St. Laurentii inque insula St. Laurentii! — CHAMISSO et ESCHSCHOLTZ); caule erecto aut adscendente et tunc ad genicula saepe radicante! (C. radicans. DEC. *Prodr. I*, p. 45); foliis exacte orbiculatis: lobis ad basin approximatis vel altero alteri incumbente, aut reniformibus, lobis distantibus (C. asarifolia. DEC. l. c.!); sepalis plerumque 5 vel pluribus (6—7)! (var. polysepala. TURCZ., in humidis alpis Urgndei regionis baikalensis! (TURCZ.).

2. *C. leptosepala* (DEC. *Syst. I*, p. 310) caule erecto unifolio 1—2-floro, foliis petiolatis ellipticis cordatis, sepalis 8—10 oblongis.

C. leptosepala. DEC. *Prodr. I*, p. 45. — HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 22. t. *X*.

Hab. in ins. Sitcha! (ESCHSCHOLTZ) ♃.

3. *C. natans* (PALL. *It. III*, p. 284) caule natante, foliis cordato-reniformibus crenatis, sepalis ovalibus, capsulis rostro recto in capitulum sphaericum congestis.

C. natans. DEC. *Prodr. I*, p. 45. — PALL. *It. III*, p. 300. 319. — GEORGI. *It. I*, p. 222. — SCHLECHTEND. *in Linnaea. VI*, p. 580. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 53.

C. caulibus procumbentibus, foliis cordato-reniformibus aequaliter crenatis, floribus pusillis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 192. Nro. 26. t. 82.

Hab. ad Jeniseam (PALL.), in paludibus regionis baikalensis! (J. G. GMELIN, PALL., GEORGI, TURCZ.), in Sibiria maxime orientali (REDOWSKI ex SCHLECHTEND.) ♃.

14. Trollius. L.

DEC. *Prodr. I*, p. 45. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 300. — KOCH. *Syn.* p. 19. — MEISN. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — ENDLICH. *gen.* p. 848.

Calyx petaloideus, regularis, 5-polysepalus. Corolla 5-polypetala: petalis nectariformibus, unguiculatis: lamina plana, basi fovea nectarifera denudata. Capsulae ∞, sessiles, subcylindraceae, polyspermae.

1. *T. europaeus* (L. SP. 782) sepalis 10—15 in globum fere conniventibus, petalis subdecem subspathulatis stamina subaequantibus aut illis parum brevioribus, stylis staminibus germineque brevioribus subincurvatis.

T. europaeus. DEC. *Prodr. I*, p. 45. — GORT. *Fl. ingr.* p. 91. — PALL. *It. I*, p. 183; *II*, p. 17; *III*, p. 315. — GEORGI, *It. II*, p. 551. — FISCH. *Livl.* p. 251. — LEPECH. *It. III*, p. 38. — FALK. *Beitr. II*, p. 293. (partim). — GÜLD. *It. I*, p. 110; *II*, p. 242. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nro. 381. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 29. — DRÜMPELM. *Fl. livon. III*, t. 2. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 167. — WAHLENB. *Fl. lapp.* p. 160. — MART. *Fl. mosq.* p. 98. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 31. — BESS. *Enum.* p. 23. Nro. 687. — LUCÉ, *Fl. osil.* p. 200. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 38. — FELLM. *Ind. Kola.* Nro. 245. — EICHW. *Skizze.* p. 183. — FELLM. *Ind. Lappon.* Nro. 227. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 249. — WIRZÉN. *Fenn.* p. 49. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 57. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 150. — WIRZÉN. *Casan.* Nro. 17.

T. globosus. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 280. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 382.

Trollius, Ranunculus flore globoso quibusdam. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 124.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (FELLM.), Lapponia (WAHLENB., FELLM.),

terrae Samojedarum reg. arctica (SCHRENK *in litt.*), septentrionali [Fennia (PRYTZ., WIRZÉN), terrae Samojedarum reg. sylvatica (SCHRENK *in litt.*)], media [Petropol. (GORTER, WEINMANN), Esthonia (FLEISCHER et LINDEMANN), ins. Osilia (LUCE), Livonia! (FISCH., DRÜMPELM., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhyn. (BESSER, EICHW.), Mosq. (STEPH., MART.), Kursk (HÖFFT.), Pensa (JACQUET pl. exsicc.), Kasan (WIRZÉN), Simbirsk (PALL.), Saratow (CLAUS), Perm (GEORGI, LEPECH.), Slatoust (NESTEROFSKI), Orenburg (PALL., CLAUS)] et australi [Podolia (BESSER), ad Tanain (GÜLD.), in pratis altioribus Caucasi (M. a BIEB., GÜLD.) ♃.

β. humilis: minor, uniflorus, flore breviter pedunculato. — T. humilis. CRANTZ. *aust. II*, p. 124.

Hab. in Lithuaniae sylva Bialowesha (EICHW.) ♃.

2. *T. asiaticus* (L. SP. 782) **sepalis ultra 10 patulis, petalis ultra 10 stamina superantibus, stylis concoloribus germinibus duplo brevioribus rectis.**

T. asiaticus. DEC. *Prodr. I*, p. 46. — PALL. *It. II*, p. 17. 528? 565?; *III*, p. 244. 246. 253. 319. — FALK. *Beitr. II*, p. 202. — SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 153. 198. 229. 285. 350. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 301. — BUNGE, *Enum. alt.* p. 34. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 54.

Ranunculus (mend. scriptor.?) asiaticus. LEPECH. *It. III*, p. 40?

Helleborus Aconiti folio, flore globoso, croceo. AMM. *ruth.* p. 76. Nro. 101.

Trollius. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 190. Nro. 23. var. I: nectariis in petala oblonga et angusta mutatis.

Hab. in Rossia arctica [terrae Samojedarum regione arctica versus jugum Ural (SCHRENK. *in litt.*)] et media [Gubern. Orenburg (PALL.)], inque Sibir. a fl. Irtysch ad mare orientale (J. G. GMELIN), pr. Turinsk Gub. Tobolsk (LEPECH.), ad fl. Irtysch super. in m. Tarbagatai (SIEVERS), Altai! (PALL., FL. ALT.), pr. Tomsk et Krasnojarsk (PALL., TURCZ. *in litt.*), reg. baikalensis! et transbaikalensis (SIEVERS, TURCZ.), Davuria (PALL., TURCZ.), pr. Olekminsk! (KRUHSE *miss.*), inter Jakutzk et Ochotzk (TURCZ. *in litt.*) ♃.

3. *T. altaicus* (C. A. MEYER, *Ind. cauc.* p. 200) **sepalis ultra 10 patulis, petalis 5—15 staminibus subbrevioribus, stylis discoloribus (atropurpureis) germinibus vix brevioribus apice incurvatis.**

T. caucasicus. LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 301. (excl. syn. STEV., DEC. et SPRENG). — LEDEB. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 345.

T. europaeus. FALK. *Beitr. II*, p. 203. (partim)? — SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 40?

Hab. in pratis et subalpinis montium altaicorum! (FL. ALT.), ad fl. Tom? (FALK.), Davuria pr. Nertschinsk! (FRISCH. *miss.*) ♃.

4. *T. caucasicus* (STEVEN *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 266) **sepalis 7—10 patulis, petalis stamina subaequantibus, stylis concoloribus longitudine fere germinis glutinosi rectis.**

T. caucasicus. DEC. *Prodr. I*, p. 46. — C. A. MEYER, *Ind. cauc.* p. 200.
T. patulus. M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 387. (excl. syn. praeter STEVENI).
Trollius. GÜLD. *It. I*, p. 427?

Hab in alpinis et subalpinis totius Caucasi alt. 500—1400 hexap.! M. a BIEB., STEVEN, C. A. MEYER, WILH. *miss.*, NORDMANN), in Imeretia? (GÜLD.) ♃.

5. *T. patulus* (SALISB. *Trans. Soc. Linn. VIII*, p. 303) **sepalis 5 patentibus, petalis stamina subaequantibus, stylis concoloribus germine subduplo brevioribus.**

T. patulus. DEC. *Prodr. I*, p. 46. — EICHW. *casp. cauc.* p. 28. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 148.

T. europaeus. SCHLECHTEND. *in Linnaea. VI*, p. 581. (excl. syn.).

T. Riederianus. FISCH. et MEYER, *Ind. IV. sem. h. petropol.* p. 48.

Helleborus ranunculinus. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 30.

Hab. in Caucaso! (Nordmann) iberico! (M. a Bieb., Wilhelms). Somchetia (Koch. *in litt.*), m. Sarial (Hohenack.), inque Kamtschatka! (Chamisso, Eschscholtz) ♃.

Sepalis 5 nec pluribus ab antecedentibus, petalis stamina subaequantibus nec superantibus a subsequente dignoscendus. Caeterum variat. Caulis humilis 3—4-pollicaris vel elatus bipedalis, flore supra folium pedicellato (quod in icone *Deleus. I*, t. 44. repraesentatum est, quodque cum in speciminibus caucasicis ab Hohenackero lectis, tum in kamtschaticis observavi) vel supra folium superius subsessili (cfr. Buxb. *Cent. I*, t. 22, quae icon cum speciminibus a clar. Nordmann lectis convenit), petalis latioribus vel angustioribus, ellipticis vel obovatis et subunguiculatis. Petala 1—5 (ex Dec.), 10 vel plura.

Plantam kamtschaticam a caucasica discernere non potui.

6. *T. Ledebourii* (Reichenb. *Iconogr.* t. CCLXXII. f. 435) sepalis 5 patentibus, petalis stamina superantibus, stylis concoloribus germine duplo vel triplo brevioribus rectis.

T. davuricus. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 55.

Hab. in valle angusta et profunda ad fl. Argun ad nivem deliquescentem! (Turcz., Frisch. miss.); etiam in subalpinis ad Angaram superiorem (Turcz.) et alibi ad Baikal! (Kruhse miss.) ♃.

T. americanus ab hoc et antecedente, quibuscum sepalorum numero convenit, petalis staminibus brevioribus, filamentorum longitudinem vix excedentibus et stylis longioribus, germine parum brevioribus dignoscendus.

15. Hegemone. Bunge in litt.

Calyx petaloideus, regularis, poly- (15—20-) sepalus, persistens. Corolla poly- (sub 10-) petala: petalis nectariformibus, basi brevissime tubulosis, nectariferis, extus gibbis: lamina oblonga, apice rotundata. Capsulae ∞, sessiles.

1. *H. lilacina.* Bunge *in litt.*

Trollius lilacinus. Bunge, *Enum. alt.* p. 33.

Hab. in summis alpibus altaicis: Sailughem, kuraicis aliisque ad fl. Tschuja jacentibus ad scaturigines prope nives aeternas! (Bunge) ♃.

16. Helleborus. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 46. — Koch. *Syn.* p. 19. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — Endlicher, *gen.* p. 848.

Calyx petaloideus, regularis, 5-sepalus, persistens. Petala sepalis minora, nectariformia, unguiculata: lamina tubulosa, bilabiata. Capsulae coriaceae, in receptaculo sessiles.

* Scapus aphyllus, squamis (seu braeteis) subintegris instructus.

1. *H. niger* (L. Sp. 783) foliis radicalibus pedatisectis, scapo 2—3-braeteato 1—2-floro, bracteis ovalibus integerrimis vel apice subincisis.

H. niger. Dec. *Prodr. I*, p. 46. — Besser. *Enum.* p. 70. Nro. 1540. — Eichw. *Skizze.* p. 183. — Ej. *casp. cauc.* p. 20.

Hab. in sylvis circa Sawran Podoliae australis (Besser. Eichw.), Iberia (Eichwald) ♃.

** Caulis divisus, ad ramificationes foliis divisis instructus caeterum aphyllus.

2. *H. orientalis* (Lam. *Encycl. III*, p. 92) foliis coriaceis; radicalibus pedatisectis: segmentis lato-oblongis basi cuneatis integerrimis caeterum aequaliter argute acuminato-serratis subtus ad venas prominentes subpilosis; floralibus subsessilibus subpedati-; supremis 3-sectis, stigmate sub anthesi erecto.

H. orientalis. Dec. *Prodr. I*, p. 46. — Desf. *Choix de plantes de Tournefort.* p. 58. t. 45.

H. viridis. Güld. *It. I*, p. 421? — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 30? — Eichw. *casp. cauc.* p. 23?. 27?

H. foetidus. Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs.* p. 1071?

Hab. in Caucaso! (Nordmann, Koch. *in litt.*), Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms *miss.*, Eichw.), Somchetia et Kachetia (Güld., Eichw.), Mingrelia (Eichw.), ad fl. Cyrum circa ostia Aragi (M. a Bieb.) ♃.

H. viridem auct. Fl. cauc. huc adduxi, quia omnia specimina, quae hoc sub nomine ex Caucaso accepi cum H. orientali convenire videntur. Planta nostra exacte cum icone Desfont. convenit.

3. *H. purpurascens* (Waldst. et Kit. *pl. rar. II*, p. 105. t. 101) foliis radicalibus palmatisectis: segmentis basi cuneatis 3—5-fidis inaequaliter aut subduplicato-serratis, caule bifido subbifloro, stigmate sub anthesi recto.

H. purpurascens. Dec. *Prodr. I*, p. 47. — Besser. *Enum.* p. 23. Nro. 689. — Eichw. *Skisze.* p. 183.

Hab. in Podolia (Besser, Eichw.) ♃.

17. Eranthis. Salisb.

Dec. *Prodr. I*, p. 46. — Koch. *Syn.* p. 19. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — Endlicher. *gen.* p. 848.

Involucrum foliaceum dissectum. Calyx petaloideus, regularis, 5—8-sepalus, deciduus. Petala sepalis minora, nectariiformia, longe unguiculata: lamina tubulosa, inaequaliter bilabiata: labio interiore brevissimo. Capsulae stipitatae.

1. *E. sibirica* (Dec. *Syst. I*, p. 315) sepalis 5 ovalibus, petalis . . . ., stylis rectis erectis.

E. sibirica. Dec. *Prodr. I*, p. 46. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 57.

Hab. in umbrosis ad litt. australe lac. Baikal! (Turcz.) ♃. — Vidi tantum specimina fructifera.

2. *E. uncinata* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 56) sepalis 5 lato-ellipticis, petalorum labio exteriore truncato emarginato, stylis subuncinatis.

Hab. in alpe Schibet ad litt. austr. lac. Baikal! (Turcz.) ♃. — Vidi tantum specimina florifera.

18. Coptis. Salisb.

Decand. *Prodr. I*, p. 47. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — Endlicher. *gen.* p. 848.

Calyx petaloideus, regularis, 5—6-sepalus, coloratus, deciduus. Petala nectariiformia longe unquiculata, cucullata. Capsulae 4—10, longe stipitatae, substellatae.

1. *C. trifolia* (Salisb. *Transact. soc. Linn. VIII*, p. 305) foliis

trisectis: segmentis cuneato-rotundatis lobatis mucronato-crenatis, scapo unifloro, sepalis oblongis patentissimis, petalis apice abbreviatis.

C. trifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 47. — Schlechtend. *in Linnaea. VI*, p. 581. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 23. — Bongard *de Veget. Sitch.* p. 123.
Helleborus trifolius. Linn. *Amoen. acad. II*, p. 356. f. 18. — Pall. *It. III*, p. 34. 316. 486. 491. — Lepech. *It. I*, p. 190. — Georgi, *It. I*, p. 222. — Pall. *Fl. ross.* t. 101. f. 2. — Steller in Pall. *n. nord. Beitr. II*, p. 300.

Hab. in Rossia media [pr. Sarapul Gub. Wiätka (Pall.), Kasan (Lepech.)], in part. bor. jugi Ural (Pall.), ad sinum caricum m. glacialis (Sujew ex Pall.), in muscosis sylvaticis juxta fl. Buguldeicha et Ina reg. Baikal. (Georgi), Kamtschatka (Stell. ex Pall., Linn.), ins. Beringii (Stell. ex Pall.), Unalaschka! (Chamiss., Eschscholtz) et Sitcha! (Eschsch., Bong.) ♃.

2. *C. aspleniifolia* (Salisb. *Transact. soc. Linn. VIII*, p. 306) foliis biternatim sectis: segmentis pinnatifidis acutissime serratis, scapo bifloro, sepalis linearibus reflexis, petalis apice in filum lineare longissimum productis.

C. aspleniifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 47. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 23. t. 11. — Bongard *de Veget. Sitcha.* p. 124.
Hab. in ins. Sitcha! (Eschsch., Bong.) ♃.

19. Isopyrum. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 48. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 298. — Koch. *Syn.* p. 20. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — Endlicher, *gen.* p. 848.

Calyx petaloideus, regularis, 5—6-sepalus, deciduus. Petala nectariiformia, breviter unquiculata: lamina operta, basi cacullato-contracta aut subbilabiata. Capsulae 2—20 in receptaculo sessiles.

1. *I. thalictroides* (L. Sp. 783) radice repente fibris fasciculatis, petiolis basi in auriculas membranaceas dilatatis, sepalis obtusis, petalis unilabiatis, caspulis 2—3.

I. thalictroides. Dec. *Prodr. I*, p. 48. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 281. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 383. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 164. — Besser. *Enum.* p. 23. Nro. 688. — Eichw. *Skisse.* p. 184.

Hab. in Lithuania pr. Grodno (Gilib., Jundz., Besser, Eichw.), Volhyn (Besser), Podolia (Eichw.) ♃.

2. *I. grandiflorum* (Ficsh. in Dec. *Prodr. I*, p. 48) radice perenni subperpendiculari, caule simplicissimo unifloro, petiolis basi in auriculas subsemicordatas dilatatis, sepalis apice rotundatis, petalis bifidis basi gibbis, capsulis 3—5.

I. grandiflorum. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 299. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 58.
Aquilegia anemonoides. Willd. *in Mag. d. Ges. naturf. Fr. V*, p. 401. t. 9. f. 6. — Treviran. in Spr., Schrad. et Link. *Jahrb. I*, 2. p. 49. t. 1. f. 2. A. — Dec. *Syst. I*, p. 339. — Ej. *Prodr. I*, p. 51.
Aquilegia minuta. Stephan. *herbar.*
Aquilegia species elegans parva. Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 55.
Hab. in rupestribus montium altaicorum ad fl. Korgon! (Schangin, Gebler, Fl. alt.), in alpinis et subalpinis reg. Baikal! (Turcz.) ♃.

3. *I. fumarioides* (L. Sp. 783) radice annua perpendiculari, caule ramoso, petiolis basi auriculis subulatis auctis, sepalis acutis, petalis trifidis, capsulis 10—20.

I. fumarioides. Dec. *Prodr. I*, p. 48. — Pall. *It. III*, p. 318. — Georgi. *It. I*, p. 222. — Falk. *Beitr. II*, p. 203. — Pall. *Fl. ross.* t. 101. f. 1. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 153. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 299. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 59.

I. stipulis subulatis, petalis acutis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 191. Nro. 24.
Helleborus Fumariae foliis. AMMAN. *ruth.* p. 74. Nro. 100.

Hab. in regione altaica! (FL. ALT.), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), a fl. Jenisei in ulter. Sibir. (MESSERSCHM. ex AMMAN., J. G. GMEL., PALL.), reg. Baikal! (SIEVERS, GEORGI, HELM, TURCZ.), transbaikalensis et Davuria! (TURCZ.) ⊙.

20. Garidella. L.

DEC. *Prodr. I.* — MEISN. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — ENDLICHER, *gen.* p. 849.

Calyx vix petaloideus, regularis, 5-sepalus, deciduus. Petala 5, bilabiata, bifida. Ovaria 3 connexa. Styli brevissimi. Capsulae 2 – 3, polyspermae, superne et extus dehiscentes, connatae in unicam 2—3-locularem vix 2—3-cornutam.

1. *G. Nigellastrum* (L. SP. 753) petalis sessilibus patentibus, staminibus 10—12.

G. Nigellastrum. DEC. *Prodr. I*, p. 48. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 367. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 233.

Hab. in Tauriae! et Caucasi collibus apricis (M. a BIEB.), pr. Elisabethpol ♦ (HOHENACK.) ⊙.

21. Nigella. L.

DEC. *Prodr. I*, p. 48. — KOCH. *Syn.* p. 20. — MEISN. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — ENDLICHER, *gen.* p. 849.

Calyx petaloideus, regularis, 5-sepalus, deciduus. Petala 5—10, bilabiata: ungue foveolato, nectarifero. Ovaria 5 — 10, plus minusve basibus concreta, in stylos simplices longos desinentia. Capsulae totidem, plus minusve concretae, stylis elongatis rostratae, intus dehiscentes, polyspermae.

Sect. I. *Nigellastrum.* MÖNCH. Sepala flavida. Stamina unica serie disposita. Capsulae basibus praesertim connexae, compressae. Semina plana orbicularia.

1. *N. orientalis* (L. SP. 735) capsulis 5 — 10 glabris ad medium fere connexis erectis vix divergentibus, stylis rectis.

N. orientalis. DEC. *Prodr. I*, p. 49. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 17. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 20!. — EICHW. *casp. cauc.* p. 27.

Hab. in Iberia! et Caucaso orientali (M. a BIEB.), Somchetia et Kachetia (EICHW.), pr. Baku! (C. A. MEYER) ⊙.

Sect. II. *Nigellaria.* DEC. Sepala patentia, caerulescentia. Stamina multiplici serie in 8 — 10 phalanges disposita. Semina ovato-angulata.

2. *N. foeniculacea* (DEC. *Syst. I*, p. 328) antheris breviter apiculatis, stylis 5 — 6 erectis, capsulis laevibus dorso 3-nerviis in fructum obconicum ultra medium connexis, caule erecto glabro, floribus nudis.

N. foeniculacea. DEC. *Prodr. I*, p. 49. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 201. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 148?

Hab. in Tauria (BEAUPRÉ ex DEC.), pr. Tatuni et Helenendorf (HOHENACK.), Baku (C. A. MEYER), in Armenia (KOCH. *in litt.*) ⊙.

3. *N. arvensis* (L. SP. 753) antheris longe apiculatis, stylis 5 erectis, capsulis laevibus dorso 3-nerviis ultra medium in fructum obconicum connexis, caule erecto glabro, floribus nudis.

N. arvensis. Dec. *Prodr. I*, p. 49. — Güld. *It. II*, p. 179. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 16; *III*, p. 375. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 163. — Besser, *Enum.* p. 22. Nro. 652. — Eichw. *Skizze.* p. 184. — Ej. *casp. cauc.* p. 27.
N. tenuifolia. Gilib. *Fl. lith. V*, p. 285. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 386.
N. doliata. Pall. *Ind. Taur.*
N. divaricata. Beaupré in Dec. *Prodr. I*, p. 49.
Hab. in Rossia media [Lithuania (Gilib, Jundz.), Volhynia (Besser, Eichw.)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania (Güld.), Gub. Cherson! (Ledeb.), ad Tanain (Henning.), in Tauria (M. a Bieb.), Somchetia et Kachetia (Eichw.) ⊙.

4. *N. segetalis* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 16; *III*, p. 374. excl. syn. praeter Pall.) antheris muticis, stylis 5 recurvatis, capsulis asperis dorso apicem versus 3-nerviis ultra medium in fructum obconicum connexis, caule erecto glabro, floribus nudis.

N. segetalis. Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 73. 89. — Eichw. *casp. cauc.* p. 27.
N. arvensis. Pall. *Ind. Taur.*
Nigella. Güld. *It. II*, p. 39? 44?
Hab. ad Tanain (Güld., Henning), in Tauria! (M. a Bieb., Pall., Stev. *in herb. reg. berol.*), Somchetia et Kachetia (Eichw.) ⊙.

5. *N. sativa* (L. Sp. 753) antheris muticis, stylis 5, capsulis glanduloso-asperis ad apicem usque in fructum ellipticum connexis, caule erecto pilosiusculo, floribus nudis.

N. sativa. Dec. *Prodr. I*, p. 49. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 375.
Hab. in Tauria! (Ledeb.), in Iberia (Wilhelms ex M. a Bieb.) et Armenia (Koch. *in litt.*) ⊙.

Sect. III. *Erobatos.* Dec. Sepala alba aut caerulea. Stamina ∞, multiplici serie disposita. Capsulae 5 usque ad apicem coalitae in fructum 10-locularem: loculis 5 interioribus seminiferis; 5 externis vacuis. Involucrum multifidum foliosum sub flore.

6. *N. damascena* (L. Sp. 753) antheris muticis, capsulis 5 laevibus bilocularibus in fructum ovato-globosum ad apicem usque connexis, floribus involucro folioso cinctis, sepalis patentibus.

N. damascena. Dec. *Prodr. I*, p. 49. — Clark. *Trav. I*, p. 353. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 17.
Hab. in Tauria meridionali! (M. a Bieb., Stev. *in herb. reg. berol.*), ad fl. Kuban (Clark.) ⊙.

22. Aquilegia. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 50. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 294. — Koch. *Syn.* p. 21. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — Endlicher, *gen.* p. 849.

Calyx petaloideus, regularis, 5-sepalus, deciduus. Petala 5, infundibuliformia, margine limbi obliqui inter sepala affixa, deorsum in calcar cavum producta. Capsulae 5 aut plures, discretae, stylis rostratae, intus dehiscentes, polyspermae.

1. *A. vulgaris* (L. Sp. 752) calcaribus apice hamatis lamina obtusissima retusa longioribus, staminibus laminam parum superantibus, sepalis oblongo-ovatis stamina stylosque excedentibus, capsulis pubescentibus.

A. vulgaris. Dec. *Prodr. I*, p. 50. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 358. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 163. — Mart. *Fl. mosq.* p. 94. — Besser, *Enum.* p. 22. Nro. 651. — Luce. *Fl. osil.* p. 190. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 295. — Eichw.

Skizze. p. 184. — Claus, *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 249. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 55. — Fleisch. et Lindem. p. 190.
A. cornuta. Gilib *Fl. lithuan. V*, p. 286. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 386.
A. viscosa flore albo. Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 280?
Aquilegia. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 16.

Hab. in Rossia media [Petropol. (Weinm.), ins. Osilia! (Lucé), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilibert, Jundz., Eichw.), Warsaw. (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.)] et austr. [Podolia (Besser, Eichw.), ad Wolgam pr. Saratow (Claus)] inque Sibiria [ural. pr. Jekaterinburg (Uspenski), altaica (Fl. alt.), in monte Chasyltasch deserti soongoro-kirghisici? (Sievers)] ♃.

β. caucasica: floribus majoribus, sepalis exquisite acuminatis, petalorum lamina obtussisima vix retusa.
A. speciosa. Dec. *Syst. I*, p. 336. partim?
A. vulgaris. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 15; *III*, p. 374. — Eichw. *casp. cauc.* p. 26. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 237.

Hab. in Caucaso iberico! et orientali (M. a Bieb., Wilhelms, Nordmann), Somchetia et Kachetia (Eichw.), territor. Elisabethpol (Hohenack.) ♃.

Sepala caerulea aut rosea, petalorum lamina lutea.

2. *A. glandulosa* (Fisch. ex Link. *Enum h. berol. II*, p. 84) calcaribus apice hamatis lamina rotundata multo brevioribus, staminibus lamina brevioribus, sepalis ellipticis (oblongisve) stylis staminibusque duplo longioribus, capsulis (6—10) pubescentibus.

A. glandulosa. Dec. *Prodr. I*, p. 50. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 296. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 60. — Fisch. *Ind. VI. h. petropol.* (1840) p. 1. — Pall. *It. II*, p. 568; *III*, p. 17. (non L.).
A. alpina. Georgi, *It. I*, p. 220. — Ej. *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1054.
A. alpina. *β.* grandiflora. Dec. *Syst. I*, p. 337. — Ej. *Prodr. I*, p. 50.
A. (alpina) grandiflora. Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 350.
A. grandiflora. Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 49. — Sievers, *ibid. VII*, p. 153. — Georgi, *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1055.
A. speciosa. Dec. *Syst. I*, p. 336. partim? (excl. cert. syn. A. bicolor. Ehrh. et Pers. ad A. sibiricam pertinent.).
A. jucunda. Fisch. et Lallem. *Ind. VI. h. petrop.* (1840) p. 2.
Aquilegia. Pall. *Act. petropol.* p. a. 1779. *II*, p. 262. t. 11. f. 23.

Hab. in Sibiria altaica! (Pall., Schangin, Fl. alt.), ad fl. Irtisch super. et pr. Irkutzk (Sievers), in alpibus baikalensibus! (Turcz., Schtschukin *miss.*) ♃.

3. *A. sibirica* (Lam. *Encycl. I*, p. 150) calcaribus apice hamatis lamina obtussisima longioribus, staminibus laminam subaequantibus, sepalis ellipticis stylos staminaque superantibus, capsulis glaberrimis.

A. sibirica. Dec. *Prodr. I*, p. 50. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 296. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 61.
A. bicolor. Ehrh. *Beitr. II*, p. 146. — Pers. *Syn. II*, p. 85. — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1055.
A. nectariis rectis petalo lanceolato brevioribus. Gmel. *sib. IV*, p. 185. Nro. 16? (excl. syn. Linn.).

Hab. in Sibiria altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), ad Baikal! et in Davuria! (Gmelin, Turcz., Kruhse *miss.*) ♃.

4. *A. formosa* (Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 50) calcaribus rectis lamina truncata quadruplo longioribus genitalia subaequantibus, sepalis ovato-lanceolatis patentissimis genitalia calcariaque superantibus.

A. formosa. Bong. *de Veget. Sitcha.* p. 124.

Hab. in Kamtschatka (Fisch. ex Dec.), in ins. Sitcha! (Eschsch., Bong.) ♃.

Clar. Bongard pro varitate A. canadensis *) habet, quae vero, licet affinis, diversa videtur.

5. *A. viridiflora* (Pall. *in Act. petropol.* 1779. *II*, p. 260. t. 11. f. 1) calcaribus rectis lamina truncata sublongioribus, staminibus laminam sepalaque ovato-lanceolata aequantibus, stylis longe exsertis.

A. viridiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 50. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 62.

Hab. in rupestribus ad fl. Tschikoi! (Turcz.) et in Davuria (Pall., Turcz.) ♃.

6. *A. atropurpurea* (Willd. *Enum. h. berolin.* p. 577) calcaribus rectis laminam truncatam aequantibus vel parum superantibus, lamina sepala aequante vel superante, staminibus lamina longioribus, stylis exsertis.

A. atropurpurea. Dec. *Prodr. I*, p. 51. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 63.

A. canadensis. Pall. *It. III*, p. 230. 321? (ad hanc vel antecedentem speciem pertinere videtur.) — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1054.

A. davurica. Patr. in Deless. *Ic. sel.* t. 49. (Calcaria haud bene incurvata repraesentata sunt.)

Hab. in Davuria! (Pall.?, Turcz., Frisch. *miss.*, Kruhse *miss.*) ♃.

7. *A. hybrida* (Sims. *bot. mag.* t. 1221) calcaribus rectis vix apice subincurvis lamina obtutissima longioribus, sepalis acutis apice callosis laminam aequantibus vel brevioribus, staminibus lamina sublongioribus, stylis subexsertis.

A. hybrida. Dec. *Prodr. I*, p. 51.

A. elata. Ledeb. *Ind. sem. h. dorpat. p. a. 1824?*

Hab. in Sibiria (Dec.) et Davuria? (e senim. davuricis in h. dorp. enata!) ♃. — Planta spontanea mihi ignota.

8. *A. leptoceras* (Fisch. et Meyer. *Ind. IV, h. petropol.* p. 33) calcaribus rectis lamina truncata duplo longioribus, staminibus lamina petalorum paulo longioribus, stylis stamina paulo superantibus, sepalis ellipticis stamina stylosque excedentibus, capsulis (5) glaberrimis apice divergentibus, seminibus nitidulis.

A. brachyceras. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 64.

Hab. in Davuria inter fl. Schilka et Argun et ulterius versus eorum confluvium! (Turcz.), in Sibiria transbaikalensi (Fisch. et Meyer) ♃.

Species mihi haud bene nota. Vidi tantum specimina spontanea fructifera a clar. Turczaninow mecum communicata, quorum capsulae minime glaberrimae et apice divergentes sunt, quales a clar. auct. cit. describuntur, sed pubescenti-villosae et inter se subparallelae. Specimen hortense in horto Schwetzingensi e seminibus enatum, quae am. Zeyher a Fischero tulit, calcaria habet hamata et germina pubescentia.

9. *A. parviflora* (Ledeb. *in Mém. de l'Acad. de St. Petersbourg V*, p. 544) calcaribus subincurvis brevibus lamina oblonga obtusa cucullata subbrevioribus, stylis stamina aequantibus laminam superantibus sepalis brevioribus, germinibus pubescentibus.

A. parviflora. Dec. *Prodr. I*, p. 51. — Schlecht. *in Linnaea VI*, p. 581. — Ledeb. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 408.

A. thalictroides. Schlecht. *pat. in herb.* Willd. ex Schlecht. l. c.

A. sylvarum humilis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 186. Nro. 17. t. 74.

---

*) A. canadensis diagnosis haec erit:
A. calcaribus rectis lamina truncata duplo longioribus genitalia subaequantibus, sepalis ovatis suberectis calcaribus genitalibusque brevioribus, stylis demum exsertis.

Hab. ad Lenam! (J. G. GMEL., BILLINGS ex PALL. in herb. WILLD., TURCZ.), in Davuria inter fl. Schilka et Argun et ulterius versus eorum confluvium (TURCZ. *in litt.*) ♃.

23. Delphinium. L.

DEC. *Prodr. I*, p. 51. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 288. — KOCH. *Syn.* p. 22. — MEISN. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 4. — ENDLICHER *gen.* p. 849.

Calyx petaloideus, irregularis, pentasepalus, deciduus: sepalum superius calcaratum. Petala nectariformia, 4 (nonnunquam in unum connata); superiora 2 appendicem filiformem calcari immittentia. Capsulae 1, 3, 5, polyspermae.

Sect. I. *Consolida.* DEC. Petala in unum coalita. Ovarium 1. Radix annua.

1. *D. camptocarpum* (FISCH. et MEYER) floribus racemosis, pedicellis bracteas longe superantibus, calcare sepalis duplo longiore, foliis varie divisis: laciniis obovato-cuneatis, capsula subcurvata.

Hab. ad Araxem. fl. (KOCH. *in litt.*), ad latus orientale maris caspii! (Karelin) ⊙.

Planta plus vel minus pubescens aut subvilloso-incana, caeterum variabilis. Caulis nunc simplicissimus, nunc ab ipsa basi ramosissimus: ramis quaquaversus divaricatis. Folia radicalia et caulina infima petiolata, plerumque 3-secta: segmentis 3-partitis, aut tripartita vel subtrifida, subinde tantum apice 3—5-dentata; superiora sessilia caeterum eodem modo variant. Omnium laciniae latitudine variae, obovato-cuneatae, apice plerumque mucronatae, in basin plus vel minus elongatam attenuatae. Bracteae inferiores foliis supremis similes; superiores tripartitae: laciniis lineari-subulatis. Capsula 1, basi una cum pedicello incurvata, apice rursus recurvata, stylo persistente recto coronata.

Duae praesertim formae notandae sunt:

α. *dasycarpum*: caule erecto subramoso, foliis magis dissectis, fructu villoso.
β. *leiocarpum*: caule a basi ramosissimo, foliis minus dissectis, fructu glabro.

2. *D. Ajacis* (L. SP. 748) floribus racemosis, pedicellis bracteas subaequantibus aut parum superantibus, calcare sepala aequante, ramis suberectis, foliis multipartitis: laciniis linearibus, capsula pubescenti.

D. Ajacis. DEC. *Prodr. I*, p. 51. — GÜLD. *It. I*, p. 193. 422. — CLARK. *Trav. I*, p. 213. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 12; *III*, p. 368. — BESS. *Enum.* p. 22. Nro. 645. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 199. — EICHW. *Skizze* p. 184. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 237. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 147.

Hab. in Rossia media [Gub. Woronesch (CLARK), Volhynia (EICHW.)] et australi [Podolia! (ANDRZ. ex BESS., EICHW.), ad Tanain (HENNING), Tauria (M. a. BIEB.), ad Terek (GÜLDENST.), Caucasus (M. a BIEB.). territor. Elisabethpol et prov. Karabagh (HOHENACK.), Imeretia (GÜLD.), Talüsch! alt. 6—700 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.), Armenia (KOCH. *in litt.*)] inque Sibiria baikal.! (KRUHSE *miss.* — an forsan ex horto quodam aufug.?) ⊙.

3. *D. Consolida* (L. SP. 748) racemis paucifloris, pedicellis bracteas longe superantibus, calcare sepalis longiore, ramis divaricatis, foliis multipartitis: laciniis linearibus, capsula glabra.

D. Consolida. DEC. *Prodr. I*, p. 51. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 84. — FISCH. *Livl.* p. 248. — S. G. GMEL. *It. I*, p. 159; *II*, p. 197. — GÜLD. *It. I*, p. 110. 193: *II*, p. 69. 179. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nro. 355. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 11; *III*, p. 368. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 162. — FALK, *Beitr. II*,

p. 199. — MART. *Fl. mosq.* p. 93. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 31. — BESS. *Enum.* p. 22. Nro. 644. — LUCÉ *Fl. osil.* p. 188. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 36. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 199. — EICHW. *Skisse* p. 184. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 249. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 55. — FLEISCH. et LIND. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 189. — WIRZÉN *Fenn.* p. 47. — Ej. *Casan.* Nro. 18.

D. monophyllum. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 287. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 387.

Delphinium vel Calcatrippa Consolida regalis. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 37.

Consolida regalis. GÜLD. *It. I*, p. 224; *II*, 32. 39. 44. 56. 65. 75. 193. 235. 273. 278. 308. 321.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ, WIRZÉN)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCH. et LIND.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LIND.), Curonia (FLEISCH. et LIND.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESS., EICHW.), Mosqua (STEPHAN., MART.), Kursk (HÖFFT), Pensa! (JACQUET *pl. exsicc.*), Kasan (WIRZÉN)] et australi [Podolia (BESS.), Ucrania, Gub. Cherson! (GÜLD., CLARK.) Jekaterinoslaw (GÜLD.), ad Tanaïn (S. G. GMEL., GÜLD., HENNING), des. casp. (CLAUS), pr. Astrach. (S. G. GMEL.), Tauria (M. a. BIEB.), des. cuman. ad fl. Terek (GÜLD.), Caucasus! (M. a BIEB., C. A. MEYER)] inque Sibiria ural. pr. Jekaterinburg (USPENSKI), provincia isett. (FALK.) ⊙.

4. *D. divaricatum* (LEDEB. in EICHW. *casp. cauc.* p. 16. t. 16) **parce adpresse pubescens, racemis paucifloris, pedicellis bractea multoties longioribus, calcare sepalis duplo longiore, ramis divaricatis, foliis multipartitis: laciniis linearibus; infimorum oblongo-linearibus, capsula pubescenti.**

D. divaricatum. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 199. — EICHW. *l. c.* p. 2. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 237. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 147. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 248.

D. pubescens. HENNING *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 73. 89. (non DEC.).

D. ramosissimum. STEV. *in herb. am. Zeyher.*

transversim multilocularis, articulis vix sponte secedentibus, monospermis. Semina subovata, lenticulari-compressa, superficie tenuissime striata.

1. *H. caucasicum* (G. D. J. Koch. *in litt.*) **capsulis teretibus pendulis, stylis cum stigmatibus persistentibus in fructu divergentibus.**

H. pendulum *). Pall. *It. III*, p. 553. — Güldenst. *It. I*, p. 194. 419. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 116; *III*, p. 114. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 176. — Eichw. *casp. cauc.* p. 2. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 217. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 135. — Claus *Ind. des.* in Göbel *It. II*, p. 251.

H. procumbens. S. G. Gmelin *It. II*, p. 197.

H. (siliquis arcuatis compressis articulatis.) Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 69. Nro. 91. (excl. syn. Linn.)

Hab. in deserti caspii parte australiori inque insulis ad Wolgae ostium! (Eichw., Claus), pr. Astrachan! (Lerche ex J. G. Gmel., Pall., S. G. Gmel., Blum), in Tauria meridion. (M. a Bieb.), ad fl. Terek (Güldenst.), Iberia (M. a Bieb.), Somchetia (Koch. *in litt.*), Kachetia (Güldenst.), Elisabethpol (Hohenacker). Baku! (C. A. Meyer), tract. Suwant (Hohenack.) ☉.

---

*) H. *pendulum.* L. differre videtur: stylis in fructu erecto-conniventibus, stigmatibus subdeciduis.

Papaveracearum distributio in Imperio rossico.

Genera.	In Rossia arctica.	In Rossia septentrionali.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.	In Davuria.	In Sibiria orientali.	In Terra Tschuktschorum.	In Sibiria arctica.	In Kamtschatka.	In insulis oceani orientalis.	In America rossica.
Papaver . . .	1	—	3	4	4	11	1	1	1	1	1	1	—	1	1	•1
Chelidonium .	—	1	1	1	1	1	1	1	1	1	—	—	—	—	—	—
Roemeria . .	—	—	—	—	1	2	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Glaucium . .	—	—	—	2	2	3	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Chiazospermum	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	—	—	—	—	—	—
Hypecoum . .	—	—	—	1	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
	1	1	4	8	8	18	2	3	3	3	1	1	—	1	1	1

Tabula comparativa Papaveracearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum				
	In Imperio rossico provenient.	In Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae commun.	In Imperio rossico, nec in Germania provenient.	In Germania, nec in Imperio rossico provenient.
Papaver . .	12	6	5	7	1
Chelidonium .	1	1	1	—	—
Roemeria . .	2	—	—	2	—
Glaucium .	3	2	2	1	—
Chiazospermum.	1	—	—	1	—
Hypecoum .	1	2	—	1	2
	20	11	8	12	3

Papaveracearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	Numerus specierum *).		
	☉.	⚇.	♃.
Rossia arctica . . .	—	—	1
Rossia septentrionalis .	—	—	1
Rossia media	3	—	1
Rossia australis . . .	6	1	1
Tauria	6	1	1
Provinciae caucasicae .	15	2	2
Sibiria uralensis . .	1	—	1
Sibiria altaica . . .	1	—	2
Sibiria baikalensis . .	1	—	2
Davuria	1	—	2
Sibiria orientalis . .	—	—	1
Terra Tschuktschorum	—	—	1
Sibiria arctica . .	—	—	—
Kamtschatka	—	—	1
Insulae oceani orientalis	—	—	1
America rossica . . .	—	—	1

*) Species, inter ☉ et ⚇ vel inter ⚇ et ♃ ambiguae, utroque loco allegatae, quarum vero duratio dubia vel ignota est, omissae sunt.

Tabula comparativa specierum e Papaveracearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum															Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia arctica.	Rossia septentrionali.	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinciis caucasicis.	Sibiria uralensi.	Sibiria altaica.	Sibiria baikalensi.	Davuria.	Sibiria orientali.	Terra Tschuktschorum.	Kamtschatka.	Insulis oceani orientalis.	America rossica.	
Germania	1	1	4	6	7	7	2	2	2	2	1	1	1	1	1	11
Rossia arctica	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	1	1	1	1	1	1
Rossia septentrionalis . .	—	—	1	1	1	1	1	1	1	1	—	—	—	—	—	1
Rossia media	—	—	—	4	4	4	2	1	1	1	—	—	—	—	—	4
Rossia australis	—	—	—	—	6	8	2	1	1	1	—	—	—	—	—	8
Tauria	—	—	—	—	—	8	2	1	1	1	—	—	—	—	—	8
Provinciae caucasicae . . .	—	—	—	—	—	—	2	1	1	1	—	—	—	—	—	18
Sibiria uralensis	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	—	—	—	—	—	2
Sibiria altaica	—	—	—	—	—	—	—	—	3	3	1	1	1	1	1	3
Sibiria baikalensis	—	—	—	—	—	—	—	—	—	3	1	1	1	1	1	3
Davuria	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	1	1	3
Sibiria orientalis	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	1	1
Terra Tschuktschorum . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	1
Kamtschatka	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1
Insulae oceani orientalis .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1
America rossica	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1

Ordo. VII. Fumariaceae. Dec.

Calyx 2-sepalus. Corolla irregularis: petalis 4, liberis vel coalitis. Stamina 6, in phalanges duas, oppositas, ante petala exteriora sitas, connata, rarius libera: antheris cujusvis phalangis lateralibus unilocularibus. Ovarium uniloculare, uni- vel pluriovulatum: placentis parietalibus. Embryo ad basin albuminis: radicula hilum spectante.

43. Dicentra. Endlicher.

Gen. p. 859. — (Dielytra) Dec. *Prodr. I*, p. 125. — (Dicentra et Eucapnos.) Meisn. *gen.* p. 8. — *Comment.* p. 10.

Petala 4, libera; 2 exteriora basi gibba vel in calcar producta. Capsula siliquaeformis, compressa. Semina strophiolata.

1. *D. tenuifolia:* calcaribus 2 brevissimis obtusissimis, scapo nudo 1—3-floro, pedicellis calyce brevioribus, foliis bipinnatisectis: segmentis multipartitis: laciniis linearibus obtusiusculis.

Dielytra tenuifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 126. — Deless. *Ic. select. II*, t. 9.
Fumaria Cucullaria. Steller in Pall. *n. nord. Beitr. II*, p. 300? — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 294?
Hab. in Kamtschatka (Steller ex Pall.) ♃.

Species dubia, quam tamen non omittere volui, fide cl. Dec., qui specimina 3 (1 e Kamtschatka ortum, 2 alia ex Asia boreali) vidit. Pallasius forte hanc a sequente non separavit et diversas plantas sub eodem nomine cum amicis communicavit. In herbario Willdenowiano Nro. 12,911 unum specimen invenitur, quod foliis carere dolendum est, quodque floribus parum majoribus, pedicellis brevioribus a reliquis differre et cum icone Delessertiana convenire videtur.

2. *D. lachenaliaeflora:* calcaribus 2 brevissimis obtusissimis, scapo nudo 3—4-floro, pedicellis calyce longioribus, foliis bipinnatisectis: segmentis multipartitis: laciniis linearibus acutissimis.

Dielytra lachenaliaeflora. Dec. *Prodr. I*, p. 126. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 556.
Corydalis lachenaliaeflora. Fisch. ex Dec.
Fumaria peregrina. Rudolph. *Mém. de l'Acad. de St. Petersbourg I*, p. 379. t. 19.
Fumaria tenuifolia. Ledeb. *Mém. de l'Acad. de St. Petersbourg V*, p. 550.
Hab. in Sibiria a Lena orientem versus (Pall.), in montosis Jablonnoi-Chrebet! (Redowski), in Davuria ad Selengam (Merk), in terra Tschuktschorum et in insulis versus Americam (Pall.) ♃.

44. Corydalis. Dec.

Dec. *Prodr. I*, p. 126. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 240. — Koch. *Syn.* p. 31. — Bulbocapnos, Corydalis et Capnoides. Meisn. *gen.* p. 8. — *Comment.* p. 10. — Endlicher *gen.* p. 860.

Petala 4; superius basi calcaratum. Stamina diadelpha; singula phalange antheras 3 gerente. Capsula siliquaeformis, bivalvis, polysperma. Semina strophiolata.

Sect. I. *Capnites.* Dec. Radix tuberosa. Stylus persistens. Strophiolum digitiforme. (Bulbocapnos. Bernh.)

1. *C. pauciflora* (Pers. *Syn. II*, p. 69) caule simplicissimo 2- vel 3-phyllo basi bisquamato folia excedente, foliis 3sectis: segmentis

sessilibus profunde 3-partitis: laciniis obovatis mucronulatis, bracteis ovatis acutis pedicellos aequantibus aut superantibus, racemo conferto, calcare incurvo obtusissimo.

C. pauciflora. Dec. *Prodr. I*, p. 127. — Cham. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 560. — Deless. *Ic. select. II*, t. 9. f. A. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 240. — Ej. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 450. — Hooker et Arnott in Beechey's *Voyage* p. 121. — Turcz *Cat. Baikal.* Nro. 97.

Fumaria pauciflora. Stephan in Willd. *Spec. III*, p. 861. — *Herb. Willd.* Nro. 12,920.

Fumaria altaica. Ledeb. *in Mém. de l'Acad. de St. Petersbourg V*, p. 551.

Fumaria aquilegifolia. Pall. *in herb. Willd.* Nro. 12,931. fol. 1.

Hab. in mont. altaicis! (Fl. alt., Schang.), baikalensibus (Turcz), inter Jakutzk et Ochotzk (Turcz *in litt.*), ad sin. St. Laurentii (Chamiss.), Kamtschatka (Pall.), in insula St. Laurentii! (Chamiss., Eschsch.) et ad sinum Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn.) ♃.

Specimina in insula St. Laurentii lecta, praeter parvitatem omnium partium, etiam calcare recto differunt. — An species distincta?

2. *C. Emanueli* (C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 176) caule simplicissimo basi squamigero infra medium foliato folia excedente, foliis 3—4biternatim sectis: segmentis sessilibus 2—3fidis: laciniis oblongis, bracteis subellipticis integerrimis pedicello longioribus, floribus nutantibus, calcare recto obtusiusculo.

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis, alt. 1300 hexap. (C. A. Meyer) ♃.

3. *C. alpestris.* (C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 176) caule simplicissimo a basi squamigera ultra medium foliato foliis breviore, foliis 4—5 alternis biternatim sectis: segmentis 3—5-multifidis: laciniis oblongis, bracteis subellipticis integerrimis pedicello longioribus, floribus suberectis, calcare apice incurvo obtuso.

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis, alt. 1400—1600 hexap.! (C. A. Meyer) ♃.

4. *C. longiflora* (Pers. *Syn. II*, p. 269) caule subsimplici basi subunisquamato subdiphyllo, foliis 3sectis: segmentis stipitatis 3- vel pinnatisectis: segmentulis 2—4partitis: laciniis obovatis oblongisve, bracteis oblongis pedicellos subaequantibus aut superantibus, racemo elongato laxo, calcare recto subulato pedicello duplo vel triplo longiore.

C. longiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 127. — Cham. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 564 (obss. Pall. in herb. Willd.). — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 242.

Fumaria Schangini. Pall. *Act. petropol. VI* (p. a. 1779. *II.*), p. 267. tab. 14. fig. 1—3.

Fumaria caudata. Lam. *Encycl. meth. III*, p. 569.

Hab. in planitiebus ad litt. orient. m. caspii! (Karelin) et ad radicem montium altaicorum! (Pall., Schangin, Fl. alt.) ♃.

5. *C. Marschalliana* (Pers. *Syn. II*, p. 269) caule simplicissimo exsquamato supra medium diphyllo, foliis biternatim sectis: segmentis ovalibus integris incisisve, bracteis ellipticis integerrimis pedicellum superantibus, calcare apice incurvo obtusissimo.

C. Marschalliana. Dec. *Prodr. I*, p. 127. — Besser *Enum.* p. 73. Nro. 1565. — Henning *in Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. VI*, p. 76. 91. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 565. (obss. Pall. in herb. Willd.) — Deless. *Ic. sel. II.* p. 10. — Eichw. *Skizze* p. 181.

Fumaria Marschalliana. Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 145.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi (Besser, Eichw.), Ucrania (M. a Bieb.), ad Tanain (Henning), in Tauria! et promontorio caucasico (Pall., M. a Bieb.) Iberia! (Wilhelms *miss.*) et Somchetia (Koch. *in litt.*)] ♃.

6. *C. cava* (Schweigg. et Koert. *Fl. erlang. II*, p. 44) radice cava, caule simplici exsquamato medio diphyllo, foliis biternatim sectis: segmentis cuneatis inciso-multifidis, bracteis integris pedicellum capsulis triplo breviorem superantibus, calcare cylindrico apice incurvo obtusissimo.

C. cava. Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 247.
C. bulbosa. Jundz. *Fl. lithuan.* p. 211. — Mart. *Fl. mosq.* p. 122. — Besser *Enum.* p. 28. Nro. 882. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 251. (excl. synon. M. a Bieb.)
C. tuberosa. Dec. *Prodr. I*, p. 127. — Eichw. *Skizze* p. 181.
Fumaria bulbosa. α. L. Sp. 983.
Fumaria bulbosa. Pall. *It. III*, p. 651. — Güldenst. *It. I*, p. 112; *II*, p. 133 — Stephan. *Fl. mosq.* p. 472.
Fumaria bulbosa major. var. radice cava. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 115. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 271.
Pseudo-Fumaria. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 44. 96.

Hab. in Rossia media [Curonia (Fleisch. et Lind.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst.), ad Tanain (Güldenst., Henning), Gub. Saratow (Pall.), ad Wolgam (Claus)] ♃.

Variat floribus purpurescentibus et albis (Besser, Eichw., Mart., Güldenst.).

7. *C. fabacea* (Pers. *Syn. II*, p. 269) radice solida, caule subsimplici sub infimo folio squamigero 2—4phyllo, foliis biternatim sectis: segmentis oblongis obtusis, bracteis integris pedicellum capsulis triplo breviorem superantibus, calcare attenuato recto.

C. fabacea. Dec. *Prodr. I*, p. 127. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 76. — Eichw. *Skizze* p. 181. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 247.
C. bulbosa. β. minor. Wirzén *Casan.* Nro. 25.
Fumaria bulbosa minor. var. radice bulbosa. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 116. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 272.

Hab. in Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Eichw.), ad Tanain (Henning) ♃.

In regione altaica nondum observata; hinc in Flora altaica delenda est.

8. *C. caucasica* (Dec. *Syst. II*, p. 119. — *Prodr. I*, p. 127) radice solida, caule simplici sub infimo folio squamigero diphyllo, foliis biternatim sectis: segmentis in lobos lineares incisis, bracteis oblongis integris pedicellum vix superantibus, calcare vix subcurvo.

Fumaria fabacea. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 145; *III*, p. 458.
Fumaria bulbosa. Güldenst. *It. I*, p. 148? 149? 195? 419?; *II*, p. 2?
Fumaria intermedia. Güldenst. *It. I*, p. 195. (ex M. a Bieb.)

Hab. in montibus sylvaticis Caucasi (M. a Bieb.), ad fl. Terek et pr. Tiflis? (Güldenst.), pr. Elisabethpol! (Eichw.) ♃.

9. *C. conorhiza*: radice solida, caule simplici sub infimo folio subsquamigero 3phyllo, foliis 3sectis: segmentis 3partitis: laciniis integris vel 2—4fidisve: lacinulis oblongis obtusis submucronatis, bracteis ellipticis subintegris pedicello parum brevioribus, calcare medio subincurvo obtusissimo.

Hab. in Caucaso! (Nordmann) ♃.

Radix conica, saepius 2, 3 vel 4 caules emittit simplices, 5—7-pollicares, erectos. Squama infrafolioris ovato-lanceolata, erecto-patens, plerumque a radice remota, subinde autem illi ita est approximata, ut deesse videtur. Folia tria, 3secta: segmento terminali plerumque lateralibus majori et profundius tripartito, fere trisecto, ita ut folia pinnatisecta diceres. Bracteae plerumque integrae, planae, rarius apicem versus dente uno alterove auctae aut undulatae, pedicello breviores, excepta infima, quae saepius pedicellum superat. Corolla 7—8-pollicaris. Calcar crassum, non attenuatum, medio parum incurvatum, obtusissimum.

10. *C. solida* (Gaudin *Fl. helv. I*, p. 436) radice solida, caule subsimplici sub infimo folio squamigero, foliis biternatim sectis: segmentis varie incisis: laciniis cuneatis oblongisve, bracteis cuneatis digitato-incisis pedicellum capsulae longitudine subaequantem, calcare subincurvato obtuso.

C. solida. Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostprov.* p. 247.
C. bulbosa. Dec. *Prodr. I*, p. 127. — Prytz *Fl. fenn. breviar.* p. 60. — Eichw. *Skizze* p. 181. — Wirzén *Fenn.* p. 62. — Turcz *Cat. Baikal.* Nro. 98.
C. bulbosa. *α.* major. Wirzén *Casan.* Nro. 25.
C. digitata. Jundz. *Fl. lithuan.* p. 211.
C. Halleri. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 146. — Mart. *Fl. mosq.* p. 122. — Besser *Enum.* p. 28. Nro. 883. — Höfft *Cat. Kursk* p. 46.
Fumaria bulbosa. Gorter *Fl. ingr. app.* p. 201. — Pall. *It. III*, p. 322? (an potius ad C. ambiguam?) 491? — Georgi *It. I*, p. 225; *II*, p. 807. — Fisch. *Lirl.* p. 269. — Falk. *Beitr. II*, p. 222. — Pall. *Ind. Taur.* — Weinmann *Fl. petropol.* p. 70.
Fumaria bulbosa major. Gilib. *Fl. lith. IV*, p. 116. — *Exerc. phytol. I*, p. 271.
Fumaria solida. Lucé *Fl. osil.* p. 239.
Fumaria minor. Böb. ex Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1158?

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz, Wirzén)], media [a Newa ad Wolgam usque (Falk.), Petropoli (Gorter, Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia! (Fleisch. et Lindem.), Lithuania! (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Bess., Eichw.), Mosqua (Mart.), Kursk (Höfft), Pensa! (Jacquet *pl. exsicc.*), Kasan (Georgi, C. A. Meyer *in litt.*, Wirzén), Gub. Wiätka pr. Sarapul (Pall.), Gub. Orenburg pr. Guberlinsk (Lessing in herb. reg. berol.) et Slatoust (Nesterofski)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.), Gub. Cherson pr. Odessa!, ad Tanain (Henning), Tauria (Pall., Böber ex Georgi, M. a Bieb.), Caucasus (M. a Bieb.)] inque Sibiria [ad Jeniseam pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*) et Mangesea? (Sujew ex Pall.), Baikal (Georgi), Davuria orient.! (Turcz.)] ♃.

Variat floribus coeruleis, purpureis, carneis et lacteis (Gilib.); foliis profundius incisis: laciniis angustioribus (Besser). — Fumaria caule simplici, bracteis longitudine florum. Gmelin *Fl. sib. IV*, p. 65. Nro. 86. partim ad hanc, partim ad alias affines species pertinere videtur.

11. *C. angustifolia* (Dec. *Syst. II*, p. 120. — *Prodr. I*, p. 127) radice solida, caule simplici sub infimo folio squamigero, foliis biternatim sectis: segmentis in lacinias lineares partitis, bracteis subincisis pedicellos capsula sublineari breviores superantibus, calcare adscendente apice subincurvato obtuso.

C. angustifolia. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 135. —? Henning *in Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. VI*, p. 76.
Fumaria angustifolia. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 146; *III*, p. 458.
Fumaria caucasica. Adami. Hoffm. *h. mosq.* (a. 1808). Nro. 1394.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain? (Henning), in Iberia! (M. a Bieb.,

WILHELMS *miss.*, KOCH. *in litt.*), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), Somchetia (KOCH. *in litt*), in jugo nivali Caucasi (ADAMS *in herb.* WILLD. Nro. 12,918)] ♃.

12. *C. ambigua* (CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 558) radice solida, caule subsimplici sub ramo vel infimo folio squamigero, foliis 2—3 biternatim sectis: segmentis ellipticis obtusis subcuneatis; primariis longe petiolatis, racemo laxo, bracteis ovato-oblongis subintegris petiolo capsulam oblongo-linearem subaequante demum brevioribus, calcare recto vel apice subincurvo obtusissimo.

C. ambigua. HOOK. et ARN. in BEECHEY's *Voyage* p. 112.
Fumaria ambigua. PALL. *in herb.* WILLD. Nro. 12,931. fol. 2, 3.
Hab. in ulteriori Sibiria, praesertim frequens ad Jeniseam (PALL. in herb. WILLD.), ad m. glaciale prope Kamtschatka (STEPHAN in herb. WILLD.) et in Kamtschatka! (CHAMISS., ESCHSCHOLTZ., BEECHEY ex HOOK. et ARN.) ♃.

Foliorum segmenta et bracteae inferiores subinde sunt incisa.

13. *C. tenella* (LEDEB. in *Bullet. de l'Acad. de St. Petersb. II*, p. 313) radice solida, caule subsimplici sub ramo vel infimo folio squamigero, foliis 2—3biternatim sectis: segmentis dentatis vel bi- trifidisve: laciniis oblongis, bracteis lato-ellipticis integerrimis vel serratis incisisve pedicellum capsula oblongo-lineari breviorem subaequantibus, calcare adscendente recto obtusissimo pedicello et limbo corollae duplo longiore.

Hab. pr. Georgiefsk! (WILHELMS *miss.*), in montibus altissimis Guriae! (NORDM.) ♃.

Radix tuberosa, subglobosa, solida. Herba glaberrima. Caulis supra basin squama ovata vel oblonga, recurvata aut horizontali instructus, simplex aut ramo unico e squamae axilla proveniente, ipso caule parum breviore patentissimo praeditus, erectus, 2—3phyllus. Folia biternatim secta (si tria adsunt, infimo aut supremo reliquis multo minore): segmentis oblongis: terminalibus plerumque plus minus profunde trifidis, lateralibus saepius bipartitis: lacinia inferiore bifida; superiore integra. Petiolus longitudine folii. Racemus pauciflorus: floribus distantibus, pedicello gracili insidentibus, nutantibus. Bracteae ellipticae aut obovatae, integerrimae aut rarius serratae vel incisae; inferiores longitudine pedicelli; superiores illum superantes. Corolla pollicaris vel longior. Petalum superius amoene roseum: limbo reniformi, apice profunde emarginato: calcare adscendente, caeterum recto, obtusissimo, limbo plus duplo longiore, in colorem luteum vergente; inferius unguiculatum: limbo lato-obcordato, in emarginatura mucronato, colore limbi petali superioris; ungue limbo vix breviore, lutescente, ipsa basi gibbo parvo instructo; petala lateralia saturate lutea Capsula oblongo-linearis, adscendens, apice incurva; maturam non vidi.

14. *C. gracilis*: radice solida, caule simplicissimo basi squamigero supra medium diphyllo, foliis ternatim sectis: segmentis petiolatis; terminali 3-, lateralibus bipartitis: laciniis integris vel 2—3fidis partitisve oblongis mucronatis, bracteis ellipticis obtusis pedicello longioribus, calcare adscendente recto obtuso bracteis longiore.

Hab. ad Jeniseam! (herb. STEPHAN) ♃.

Radix tuberosa, subglobosa, solida, magnitudine Pisi majoris. Caulis solitarius, erectus, simplicissimus, gracilis, flexuosus, mox supra radicem squama instructus lanceolata, recurvata. Folia 2, supra medium

caulis inserta, petiolata, trisecta: segmentis petiolatis; terminali 3partito: laciniis integris; lateralibus folii inferioris bipartitis vel fere bisectis: lacinia exteriori 2partita: lacinulis integris; interiori bipartita: lacinula altera integra, altera bifida. Folium superius minus dissectum: segmentis lateralibus bipartitis: lacinia altera integra, altera apice subincisa. Racemus pauci- (in nostro specimine 2-) florus. Corolla ultrapollicaris. Calcar adscendens, sensim attenuatum non vero acutum.

15. *C. bracteata* (Pers. *Syn. II*, p. 269) radice solida, caule simplici basi squamigero subdiphyllo, foliis biternatim sectis: segmentis 2—3partitis: laciniis oblongis brevissime mucronatis subintegris, bracteis cuneatis flabellatim incisis pedicellos superantibus, calcare adscendente recto obtusissimo pedicellum capsula oblonga breviorem superante.

C. bracteata. Dec. *Prodr. I*, p. 128. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 243.
Fumaria bracteata. Stephan in Willd. *Spec. pl. III*, p. 858.
Fumaria radicibus palmatis (n. sp.) Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 47.
Hab. in montibus altaicis! (Stephan, Schangin, Fl. alt.), pr. Tomsk et Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*) ♃.

16. *C. nobilis* (Pers. *Syn. II*, p. 269) radice subtuberosa, caule simplici plurifolio exsquamato, foliis bipinnatisectis: segmentis cuneatis varie incisis, bracteis cuneatis integris incisisve pedicellos longe superantibus, calcare incurvato obtusissimo pedicellum sub anthesi subaequante, capsula oblonga.

C. nobilis Dec. *Prodr. I*, p. 128. — Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1157. (excl. syn. Gmel. et patria.) — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 566. (obss. Pall. in herbar. Willd.) — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 244.
Hab. in montibus altaicis! (Pall., Fl. alt.) ♃.

Variat bracteis integris et incisis habituque robustiore et graciliore (β. odontophylla. Dec. l. c.)

Sect. II. *Capnoides.* Dec. (excl. sp. Nro. 26). Radix fibrosa. Stylus persistens. Strophiolum concavum. (Corydalis. Bernh.)

17. *C. paeoniaefolia* (Pers. *Syn. II*, p. 269) radice ramosa, caule erecto ramoso, foliis bipinnatim sectis: segmentis integris vel 2—4fidis: laciniis ovatis subtus glaucis, bracteis inferioribus ovatis acuminatis pedicellum sub anthesi superantibus, calcare obtuso, capsula ovata.

C. paeoniaefolia. Dec. *Prodr. I*, p. 128. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 562. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 99.
Fumaria paeoniaefolia. Stephan. in Willd. *Spec. pl. III*, p. 859.
Fumaria caule ramoso, foliis pinnatis, foliolis extremis lobatis, capsulis ovatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 66. Nro. 89. t. 34.

Hab. ad Lenam!, Janam, Judomam (J. G. Gmel.), in Davuria ad fl. Argun! et inter Jakutzk et Ochotzk! (Turcz.), a regione Lenae fl. ad Kamtschatkam usque et Americae vicinas insulas (Pall.), Sibiria orient.! (Redowski ex Chamisso et Eschscholtz.) ♃.

Nec haec species, nec antecedens cum sectionibus, quibus adscriptae sunt, bene conveniunt et forsan conjunctim propriam sectionem constituere deberent.

18. *C. stricta* (Stephan in Dec. *Syst. II*, p. 123. — *Prodr. I*, p. 128) glauca, caulibus erectis subramosis, foliis pinnatisectis: segmentis pinnatisectis vel acute incisis: laciniis serratis incisisve, bracteis

oblongis pedicellos superantibus, calcare brevissimo recto obtuso, capsulis oblongo-linearibus.

C. stricta. LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 244. — Ej. *Icon. pl. Fl. alt.* t. 56.
Hab. in jugi altaici regione orientali! (FL. ALT.) ♃.

19. *C. sibirica* (PERS. *Syn. II*, p. 270) caule suberecto ramoso, foliis glaucis bipinnatisectis: segmentis in lacinias oblongo-lineares partitis, bracteis pedicellum aequantibus vel superantibus; inferioribus pinnatifidis vel serratis trifidisve; superioribus integris linearibus, capsulis oblongo-ellipticis pedicello longioribus.

C. sibirica. DEC. *Prodr. I*, p. 128. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 101.
Fumaria siliculis ovatis compressis, caule quinquangulo. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 65. Nro. 87. t. 33.
Fumaria tenuifolia, floribus luteis. AMMAN. *ruth.* p. 130. Nro. 173. t. 20.
Hab. ad Lenam et Angaram (J. G. GMELIN), inter Wiluisk et Olekminsk! (KRUHSE *miss.*), pr. Irkutzk! et in subalpinis ad Baikal! (TURCZ., SCHTSCHUKIN), in transbaikalens. (J. G. GMEL.) ♃.

20. *C. impatiens* (FISCHER in DEC. *Syst. II*, p. 124. — *Prodr. I*, p. 128) caule subdiffuso ramosissimo, foliis glaucis bipinnatisectis: segmentis in lacinias oblongo-lineares partitis, bracteis pedicellum aequantibus aut superantibus; inferioribus pinnatifidis vel serratis trifidisve; superioribus integris linearibus, capsulis linearibus pedicello duplo longioribus.

C. impatiens. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 102.
Fumaria impatiens. PALL. *It. III*, p. 286.
Hab. in regione baikalensi! (PALL., TURCZ., SCHTSCHUK.), Davuria, Sibiria orientali et Kamtschatka (PALL.) ♃.

Antecedenti quam maxime affinis, nec diversa videtur, nisi caule diffuso capsulisque angustioribus pedicello subbreviori incidentibus. Clar. viri de CHAMISSO et de SCHLECHTEND. (*Linnaea I*, p. 563) utramque conjungunt; clar. Turczaninow e contra, qui vivas observavit, diversas dicit.

21. *C. capnoides* (KOCH. — non DEC. *Prodr. I*, p. 129), caule diffuso ramosissimo, foliis glaucescentibus 3sectis: segmentis 3partitis: laciniis cuneiformibus incisis; bracteis inferioribus foliiformibus pedicellos longe superantibus, calcare subincurvo obtuso laminam subaequante, capsulis prismatico-tetraëdris pedicello longioribus, seminibus laevibus nitidissimis.

C. Gebleri. LEDEB. *Ind. h. dorp.* p. a. 1823. p. 3. — Ej. *Fl. alt. III*, p. 246. — BUNGE *Enum. alt.* p. 62. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 100.
Fumaria capnoides. L. sp. 984. — GEORGI *It. I*, p. 225. — Ej. *Beschr. d. Russ. Reichs III.* 4. p. 1158.
Fumaria caule ramoso diffuso, siliquis linearibus. GMELIN *Fl. sib. IV*, p. 66. Nro. 88.

Hab. a Jaik ad Irtysch (J. G. GMEL.), ad Ob (STELL. ex GMEL.), Altai! (GEBLER, FL. ALT.), Irkutzk! (TURCZ., SCHTSCHUKIN), Baikal in Davuria et ad Lenam (GEORGI) ☉.

22. *C. ochotensis* (TURCZ. *in litt.*) caule erecto debili ramoso, foliis subglaucescentibus biternatim sectis: segmentis bi- vel tripartitis: laciniis subellipticis cuneatis integris incisisve, bracteis lato-ellipticis acutis integerrimis pedicellum superantibus, calcare incurvo obtuso laminam

pedicellumque aequante, capsulis obovato-oblongis cum pedicello bracteam subaequantibus, seminibus laevibus nitidis.

Hab. in arenosis circa Ochotzk! (Turcz. ⊙? vel ⊙?

Bractea infima subinde tripartita. Foliorum segmentorum forma, bracteis et capsulis a tribus proxime antecedentibus et praeterea calcaris longitudine a C. sibirica et impatiente dignoscenda.

23. *C. uralensis* (Fisch. in Dec. *Syst. II*, p. 127. — *Prodr. I*, p. 129) caule erecto subramoso vix foliis radicalibus longiore, foliis petiolatis trisectis: segmentis 3partitis: laciniis subincisis, racemo paucifloro, bracteis apice incisis pedicello longioribus, calcare recto laminam subaequante, capsulis linearibus.

Hab. in mont. uralensibus ad Awsan Petrowski Sawod! (Helm. ex Fisch. in herb. reg. berol.) ♃?

24. *C. inconspicua* (Bunge *Suppl. all. Fl. alt. ined.*) caule adscendente simplici unifolio, foliis radicalibus exterioribus ad squamas reductis; inferioribus longe petiolatis 3sectis: segmentis 3partitis: laciniis integris vel 2—4fidis ellipticis obovatisve apice rotundatis, racemo paucifloro: floribus erectis, bracteis foliiformibus incisis pedicellum superantibus, calcare recto vel subincurvo obtuso laminam subaequante vel breviore, capsula obovato-oblonga pendula pedicellum subaequante.

Hab. in alpibus altaicis contra ostium fl. Tschegan ad Tschujam! (Bunge *in litt.*) ♃.

Radix ramoso-fibrosa. Caulis basi obliquus, adscendens, bipollicaris vel parum altior, inferne aphyllus, supra medium monophyllus. Folia radicalia exteriora ad squamas dilatatas margine membranaceas in apicem acutum subinde rudimento foliaceo auctum abeuntes mutata; interiora petiolo caule parum breviore suffulta; caulinum unicum radicalibus simile, sed brevius petiolatum et minus dissectum. Racemus abbreviatus, pauciflorus. Bracteae cuneatae, tripartitae: laciniis inferioris bipartitae; reliquorum subintegrae: laciniis lacinulisque subellipticis, apice rotundatis. Corolla 5—6linearis: calcare dimidium laminae subaequante. Capsula stylo coronata, basi attenuata, pedicellum subaequante; maturam non vidi.

25. *C. breviflora* (Dec. *Syst. II*, p. 127. — *Prodr. I*, p. 127) caule ramoso diffuso, petiolis subcirrhosis, foliis biternatim sectis: segmentis paucis in lobos oblongo-lineares tripartitis, bracteis oblongis pedicellum subaequantibus, calcare lato recto subacuto laminam subaequante, capsulis sublinearibus.

Hab. in Kamtschatka (Fischer ex Dec.) ⊙.

45. Fumaria. Tournef.

Dec. *Prodr. I*, p. 130 (Sect. II. Sphaerocapnos). — Ledeb. *Fl. alt. III*. p. 239. Koch. *Syn.* p. 32. — Meisn. *gen.* p. 8. — *Comment.* p. 10. — Endlicher *gen.* p. 861.

Petala 4; superius basi obtuse breviterque calcaratum. Stamina diadelpha: singula phalange antheras 3 gerente. Fructus carnoso-drupaceus, demum siccus, subglobosus, monospermus. Semen estrophiolatum.

1. *F. media* (LOISEL. *Notic.* p. 101) sepalis corolla triplo brevioribus dentatis, fructibus suborbiculatis apice rotundatis, racemis fructiferis laxis: pedicellis patentibus, foliorum laciniis oblongis, petiolis subcirrhosis, caulibus suberectis.

F. media. DEC. *Prodr. I*, p. 130. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 177?

Hab. ad fl. Terek alt. 800—1000 hexap. (C. A. MEYER) ⊙.

Non nisi floribus duplo minoribus a planta gallica differt. C. A. MEYER l. c.

2. *F. officinalis* (L. SP. 984) sepalis corolla triplo brevioribus dentatis, fructibus suborbiculatis transverse latioribus antice truncatis subemarginatis, racemis fructiferis laxis: pedicellis erecto-patentibus, foliorum laciniis oblongo-linearibus, caule erecto.

F. officinalis. DEC. *Prodr. I*, p. 130. — ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 44. — GORT. *Fl. ingr.* p. 111. — PALL. *It. II*, p. 14; *III*, p. 653. — S. G. GMEL. *It. IV*, p. 108. — FISCH. *Livl.* p. 270. — GÜLDENST. *It. I*, p. 112. 195. 422; *II*, p. 160. 163. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nro. 473. — M. a BIEB. *Fl t. c. II*, p. p. 147. (excl. synon. GMEL.) 463; *III*, p. 458. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 212. — MART. *Fl. mosq.* p. 122. — PRYTZ *Fl. fenn. breviar.* p. 61. — BESSER *Enum.* p. 28. Nro. 880. — LUCÉ *Fl. osil.* p. 239. — EICHW. *Skizze* p. 181. — Ej. *casp. cauc.* p. 29. 31. — WIRZÉN *Fenn.* p. 62. — WEINM. *Tambow.* Nro. 151. — Ej. *Fl. petropol.* p. 70. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 135. — FLEISCH. et LIND. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 246. — WIRZÉN *Casan.* Nro. 26.

F. officinalis. *β.* saxatilis. PALL. *Ind. Taur.* (var. minor.)

F. angustifolia. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 114. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 271.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ, WIRZÉN)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia! (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LIND.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESS., EICHW.), Mosq. (STEPHAN, MART.), Tambow (WEINM.), Kasan (WIRZÉN), Orenburg (PALL., NESTEROFSKI)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.), Jekaterinoslaw (GÜLDENST.), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING), Tauria! (PALL., M. a BIEB.), ad fl. Terek (GÜLD.), Caucasus (M. a BIEB.), Kachetia (GÜLD.), Somchetia (EICHW.), Derbent (S. G. GMELIN), prov. Talüsch in arenosis ad m. casp. (HOHENACK.)] inque m. Ural pr. Jekaterinburg (USPENSKI) ⊙.

3. *F. Vaillantii* (LOISEL. *Notic.* p. 102) sepalis corolla multoties brevioribus fugacissimis, fructibus orbiculatis apice rotundatis, racemis fructiferis laxis: pedicellis erecto-patentibus, foliorum laciniis sublinearibus planis, caule erectiusculo.

F. Vaillantii. DEC. *Prodr. I*, p. 130. — LED. *Fl. alt. III*, p. 239. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 177. — EICHW. *Skizze* p. 181. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. — CLAUS *Ind. des. in* GÖB. *It. II*, p. 251. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 135.

F. spicata. BESSER *Enum.* p. 28. Nro. 881 (teste cl. auct.) — EICHW. *Skizze* p. 181.

F. officinalis? HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. (teste cl. auct.)

F. pericarpiis monospermis racemosis, caule diffuso. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 65. Nro. 85 (excl. synon. Linn.)

Hab. in Rossia media [Livonia!, Volhynia (BESSER, EICHW.)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.), pr. Astrachan! (EICHW.) in deserto caspio usque ad fl. Jaik (J. G. GMEL., CLAUS), Somchetia (KOCH. *in litt.*) territor. Elisabethpol et prov. Karabagh (HOHENACK.), prov. Talüsch (C. A. MEYER, HOHENACK.), Armenia (KOCH. *in litt.*)] inque Sibiria altaica! (FL. ALT.) ⊙.

4. *F. parviflora* (LAM. *Encycl. II*, p. 567) sepalis corolla sexies brevioribus latitudine eandem aequantibus, fructibus ovato-suborbiculatis acutiusculis, racemis fructiferis laxis: pedicellis erecto-patentibus, foliorum laciniis linearibus.

F. parviflora. Dec. *Prodr. I*, p. 130. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 61. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 177.

Hab. in hortis Fenniae australis rarius (Prytz.), in reg. transcauc. pr. Baku et Sallian (C. A. Meyer) ⊙.

5. *F. densiflora* (Dec. *Cat. h. monspel.* 113) sepalis corolla triplo vel quadruplo brevioribus subdentatis, fructibus globosis (ex Dec.), racemis densis, pedicellis fructiferis erectis (ex Dec.), foliorum laciniis oblongo-linearibus crassiusculis.

F. densiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 130. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 177.

Hab. in arvis pr. Baku! (C. A. Meyer) ⊙. — Vidi specimen floriferum.

Fumariacearum distributio in Imperio rossico.

Genera.	In Rossia septentrionali.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.	In Davuria.	In Sibiria orientali.	In terra Tschuktschorum.	In Kamtschatka.	In insulis oceani orientalis.	In America rossica.
Dicentra	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	1	1	—
Corydalis	1	3	5	2	8	2	10	5	4	7	1	5	2	1
Fumaria	1	2	2	1	5	1	1	—	—	—	—	—	—	—
	2	5	7	3	13	3	11	5	5	8	2	6	3	1

Fumariacearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	Numerus specierum.		
	⊙.	⚇.	♃.
Rossia septentrionalis	1	—	1
Rossia media . . .	2	—	3
Rossia australis . .	2	—	5
Tauria	2	—	1
Provinciae caucasicae	5	—	8
Sibiria uralensis . .	1	1	1
Sibiria altaica . . .	1	1	9
Sibiria baikalensis . .	—	1	4
Davuria	1	—	4
Sibiria orientalis . .	1	1	6
Terra Tschuktschorum	—	—	2
Kamtschatka	1	—	5
Insulae oceani orientalis	—	—	3
America rossica . .	—	—	1

Tabula comparativa Fumariacearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum				
	In Imperio rossico provenientium.	In Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae communium.	In Imperio rossico, nec in Germania provenient.	In Germania, nec in Imperio rossico provenient.
Dicentra . .	2	—	—	2	—
Corydalis . .	25	6	3	22	3
Fumaria . .	5	4	3	2	1
	32	10	6	26	4

Tabula comparativa
specierum e Fumariacearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species Communes cum														Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia septentrionali.	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinciis caucasicis.	Sibiria uralensi.	Sibiria altaica.	Sibiria baikalensi.	Davuria.	Sibiria orientali.	Terra Tschuktschorum.	Kamtschatka.	Insulae oceani orientalis.	America rossica.	
Germania	2	6	5	2	4	1	2	1	1	—	—	—	—	—	10
Rossia septentrionalis	—	2	2	2	2	1	1	1	1	—	—	—	—	—	2
Rossia media	—	—	5	2	3	1	2	1	1	—	—	—	—	—	5
Rossia australis . .	—	—	—	3	5	1	2	1	1	—	—	—	—	—	7
Tauria	—	—	—	—	3	1	1	1	1	—	—	—	—	—	3
Provinciae caucasicae .	—	—	—	—	—	1	2	1	1	—	—	—	—	—	13
Sibiria uralensis . .	—	—	—	—	—	—	1	1	1	—	—	—	—	—	3
Sibiria altaica . . .	—	—	—	—	—	—	—	3	2	1	1	1	1	1	11
Sibiria baikalensis . .	—	—	—	—	—	—	—	—	3	4	1	2	1	1	5
Davuria	—	—	—	—	—	—	—	—	—	4	1	2	2	—	5
Sibiria orientalis . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	3	3	1	8
Terra Tschuktschorum	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	2	1	2
Kamtschatka	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	1	6
Insulae oceani orientalis	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	3
America rossica . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1

Ordo. VIII. Cruciferae. Juss.

Calyx 4-sepalus. Corolla 4-petala. Stamina 6, tetradynama; 4 longiora (rarissime abortu deficientia) sepalis placentariis; 2 breviora (interdum abortu nulla) sepalis valvaribus opposita. Ovarium liberum, 1—2-loculare, bi-pluriovulatum: placentis angustis, intervalvularibus. Semina exalbuminosa. Embryo curvatus: radicula ad cotyledones reflexa.

Subordo. I. Pleurorhizeae. Dec.

Cotyledones planae, radiculae adscendenti rimali accumbentes.

Tribus I. Arabideae.

Siliqua elongata, rarius abbreviata, teres vel compressa, bilocularis, bivalvis: valvis planis vel subconvexis aut carinatis. Semina plurima, 1—2-seriata. Cotyledones septo parallelae, marginibus placentas spectantes.

46. Matthiola. R. Br.

Dec. *Prodr. I*, p. 132. — Koch. *Syn.* p. 33. — Meisn. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — Endlicher *gen.* p. 862.

Calyx basi bisaccatus. Siliqua linearis, teres vel compressa. Stigma incrassato-bilobum: lobis erectis, accumbentibus, demum subpatulis, dorso gibbis vel cornigeris. Semina compressa, uniserialia, saepius marginata.

Sect. I. *Luperia.* Dec. Stigmatis dorsa crassa non cornigera. Petala oblonga sordide e flavo purpurascentia.

1. *M. tatarica* (Dec. *Syst. II*, p. 170. — *Prodr. I*, p. 133) caule erecto subsimplici glabrato, foliis pilis ramosis densissime cano-tomentosis sinuato-pinnatifidis vel runcinatis dentatisve, siliquis erectis longissimis glabris planiusculis: valvis uninerviis.

M. tatarica. Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 251.
Hesperis tatarica Pall. *It. II*, p. 406. 413. 497. app. Nro. 117. t. L. f. 1, 2; *III*, 311. 326.
Cheiranthus persicus. Willd. *herb.* Nro. 12,114. fol. 1 et 2. (Non Matthiola persica Dec. *Syst. II*, p. 168, cujus descriptio cum nostra planta minime convenit).

Hab. in collibus gypsaceis prope lacum Inderiensem! (Pall., Claus), in montibus Arsargar! (Claus), ad Tanain inferiorem (Fisch. ex Dec.) ♃.

In herb. reg. berol. asservatur specimen a cl. Eversmann in itinere Bucharianı versus lectum, siliquis (immaturis) cano-tomentosis, caeterum nullo modo distinguendum.

2. *M. odoratissima* (R. Br. Hort. *Kew. ed.* 2. *IV*, p. 120) caule erecto subsimplici foliisque lyrato-pinnatifidis dentatisve pilis ramosis simplicibusque tomentosis, siliquis erectis longissimis pubescenti-tomentosis planiusculis: valvarum nervo medio magis prominente.

M. odoratissima. Dec. *Prodr. I*, p. 134. (excl. var. β). — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p 177. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244.
Cheiranthus odoratissimus. Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 122.
Cheiranthus tauricus. Lepech. *in nov. act. petropol. XIII*, p. 68 et 336. t. 9?

Hab. in Tauria! (Pall., M. a Bieb.), Iberia! et Caucaso orient. (M. a Bieb.), pr. Elisabethpol (Hohenack.) et Baku! (C. A. Meyer) ♄.

Variat tomento plus vel minus denso, foliis tenuiter dissectis et subintegerrimis, pedicellis longioribus, fere semipollicaribus (tam in cultis, quam in spontaneis) et brevissimis. — An „specimen M. incanae caule vere suffruticoso, foliis ovalibus in petiolum longe attenuatis, pedicellis brevioribus donatum e Tauria.“ (Dec. *Syst. II*, p. 165) huc pertinet?

3. *M. fragrans* (Bunge. *h. Dorpat.* p. a. 1839. in nota ad M. deflexam.) caule obliquo subramoso foliisque sinnato-pinnatifidis integerrimisve subadpresse cano-pubescentibus, siliquis erectis elongatis pubescentibus planiusculis: valvarum nervo medio magis prominente.

M. odoratissima. *β*. tanaicensis. Dec. *Prodr. I*, p. 134.
M. odoratissima. Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 255.
Cheirantus fragrans. Fisch. *h. gor.* p. a. 1812. p. 51.

Hab. in collibus cretaceis ad Tanain! (Hermann ex Dec., Steven *in herb. Zeyher.*), circa Chvalynsk! (Claus) ♃. ♄?

Affinis antecedenti, sed indumento tenuiore, foliis minus dissectis, pedicellis vulgo longioribus et siliquis fere duplo brevioribus distinguenda.

4. *M. chenopodiifolia* (Fisch. et Meyer, *Ind. I. h. petrop.*, 1835. p. 33) caule erecto ramoso foliisque petiolatis ovatis ellipticisve repando-dentatis pilis substellatis parce pubescentibus, siliquis erecto-patulis (teretiusculis?) pubescentibus et glanduloso-tuberculatis.

M. hesperoides. Lessing *in herb. reg. berol.*

Hab. in littore orientali m. caspii! (Karelin, Lessing) ⊙.

5. *M. deflexa* (Bunge *h. dorpat.* p. a. 1839) caule erecto ramoso foliisque oblongis sinuato-pinnatifidis pilis ramosis glandulisque hirsutiusculis, siliquis deflexis planis stylo longiusculo apiculatis latitudine ipsarum quadruplo longioribus incano-pubescentibus glandulosisque.

Hab. in rupestribus ad Tschujam in jugo altaico orientaliori! (Bunge) ♃?

6. *M. Fischeri* (Bernh. *h. erfurt.* p. a. 1835). — *Linnaea XI*, *Litt. Ber.* p. 85) caule erecto subramoso foliisque sublinearibus dentatis pilosis, siliquis erecto-patulis planissimis glabris vel parce pilosis uninerviis stylo longiusculo apiculatis.

Chorispora stricta. Dec. *Prodr. I*, p. 186. — Fisch. et Meyer. *Ind. I. h. petropol.* (p. a. 1835) p. 24. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 252.
Raphanus strictus. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 452. in nota.

Hab. ad lacum inderiensem! (Claus), in littore orientali m. caspii! (Karelin) et in campis salsis Armeniae (Fisch. et Meyer) ⊙.

Huc retuli, praeeunte clar. Bernhardi, cum siliquae inferiores lomentaceae, quae neutiquam in omnibus speciminibus obviae sunt, monstrosae videntur. — Caeterum monendum, hanc et antecedentem speciem stigmatis formatione a sectione recedere.

Sect. II. *Pinaria*. Dec. Stigmatis dorsa in cornua exserta. Petala oblonga sordide e flavo purpurascentia.

7. *M. longipetala* (Dec. *Syst. II*, p. 174. — *Prodr. I*, p. 134) caule subdiffuso ramoso foliisque oblongis sinuatis dentatisve incano-

pubescentibus, ovariis teretibus dense tomentosis eglandulosis tricuspidatis, petalorum laminis calyce sublongioribus.

Hab. in provincis transcaucasicis versus fines turcicas! (NORDMANN) ⊙.

47. Cheiranthus. R. BR.

DEC. *Prodr. I*, p. 135. — KOCH. *Syn.* p. 34. — MEISN. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — ENDLICHER *gen.* p. 863.

Calyx basi bisaccatus. Siliqua linearis, nervo longitudinali, in valvulae dorso prominente, quadrangula vel compresso-quadrangula. Stigma profunde bilobum: lobis recurvatis. Semina in quoquo loculo uniserialia.

1. *Ch. alpinus* (L. MANT. 93. *excl. syn.*) foliis lanceolatis subdentatis stellato-pubescentibus, caule simplici stricto, siliquis patulis pedicello sexies longioribus, seminibus appendiculatis.

DEC. *Syst. II*, p. 181. (*excl. syn.* FALK.). — Ej. *Prodr. I*, p. 135. — WAHLENB. *Fl. lapp.* p. 181. — FELLM. *Ind. Kola.* p. 270. — Ej. *Ind. Lappon.* p. 258.

Hab. in Lappon. (WAHLENB., FELLM.), territor. Kola (FELLM.) ♃.

2. *Ch. aurantiacus* (BUNGE. *Enum. pl. Chinae borealis.* p. 5) foliis anguste oblongis subdentatis apice recurvatis cauleque simplici stricto pilis bifidis arcte adpressis dense obtectis, siliquis erecto-patulis pedicello decies longioribus adpresse pilosis, seminibus . . . . .

Ch. aurantiacus. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 103.

Hab. in lapidosis Davuriae inter Schilkam et Argun! (TURCZ.) ⊙.

3. *Ch. taraxacifolius* (STEPHAN. in WILLD. *Spec. pl. III*, p. 525. *excl. synon.* PALL. et LAM.) foliis pilosis: pilis simplicibus vel bipartitis substellatisve adpressis; inferioribus runcinato-pinnatifidis; superioribus oblongis argute dentatis, caule simplicissimo strigoso, siliquis . . . . .

Hab. ad Wolgam et Kuban! (STEPHAN *in herb.* WILLD. Nro. 12,118) ♃.

Species distinctissima a b. WILLDENOWIO bene descripta, dein neglecta. Synonyma vero allata minime huc pertinent. — Flores (violacei ex WILLD.) mihi in sicco aurei videntur, breviter pedicellati: pedicello calycibus adpresse pilosis triplo breviore. Petalorum ungues extus ad carinam parce pilosi calycem parum superant. Laminae obovatae. Siliquae desunt.

Spec. mihi ignota: *Ch. annus.* GEORGI, *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1135. — Ad mare nigrum. (MEYER ex GEORGI).

48. Nasturtium. R. BR.

DEC. *Prodr. I*, p. 137. (excl. Nro. 16. 17). — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 5. — KOCH. *Syn.* p. 34. (excl. Nro. 4). — MEISN. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 16. — ENDLICHER *gen.* p. 863.

Siliqua linearis vel oblonga, saepe abbreviata: valvulis convexis vel planiusculis, enerviis vel basi rudimento nervi intermedii obsoleto notatis. Semina immarginata, in quoquo loculo irregulariter biserialia.

Sect. I. *Cardaminum.* DEC. Petala alba.

1. *N. officinale* (R. BR. *Hort. kew. ed.* 2. *IV*, p. 110) siliquis linearibus pedicellum subaequantibus, foliis pinnatisectis; superioribus 3—7-

jugis; inferioribus 3-sectis: segmentis repandis; lateralibus ellipticis; terminali ovato basi subcordato.

N. officinale. Dec. *Prodr. I*, p. 137. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 15. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 177. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Wirzén. *Fenn.* p. 59. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 136. — Wirzén. *Casan.* Nro. 27.

N. aquaticum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 82.

Sisymbrium Nasturtium. — Steller in Pall. *n. nord. Beitr. II*, p. 801. — Falk. *Beitr. II*, p. 216. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 445. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 438. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 202. — Mart. *Fl. mosq.* p. 115. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 58. — Luce *Fl. osil.* p. 226.

Sisymbrium Nasturtium aquaticum. Gorter. *Fl. ingr.* p. 105. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 116. — Fischer *Livl.* p. 264.

Sisymbrium cardamines folio. Gilib. *Fl. lith. IV*, p. 70. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 241.

Sisymbrium flore albo, vulgo Nasturtium aquaticum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 114.

Sisymbrium foliis pinnatis angulosis, floribus super folia vix elatis. Gmel. *Fl. sib III*, p. 268. Nro. 34.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media [omni Rossia (Falk.), Petropoli (Gorter), ins. Osilia (Luce), Livonia! (Fischer), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Mosqua (Stephan, Mart.), Woronesch (S. G. Gmelin), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén)] et australi [Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms), territor. Elisabethpol (Hohenacker), pr. Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenacker), Armenia (Koch. *in litt.*)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [ural. pr. Jekaterinburg (Uspenski)] insulisque Beringii (Steller) et St. Pauli (Chamisso et Schlechtend.) ♃.

Sect. II. *Brachylobus.* Dec. Petala flava.

2. *N. sylvestre* (R. Br. *Hort. kew: ed. 2. IV*, p. 110) siliquis linearibus longitudine pedicelli, foliis omnibus profunde pinnatifidis vel pinnatisectis: segmentis oblongo-lanceolatis dentatis; superiorum sublinearibus, petalis calyce duplo longioribus.

N. sylvestre. Dec. *Prodr. I*, p. 137. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 44. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 66. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 233. — Wirzén. *Casan.* Nro. 28.

Sisymbrium sylvestre. Gorter *Fl. ingr.* p. 105. — Falk. *Beitr. II*, p. 216. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 446. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 110. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 202. — Mart. *Fl. mosq.* p. 115. — Prytz. *Fl. fenn breviar.* p. 58.

Sisymbrium Nasturtii folio. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 71. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 241.

Sisymbrium palustre repens. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 114.

Sisymbrium siliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 268. Nro. 32.

Roripa sylvestris. Besser *Enum.* p. 27. Nro. 826.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [a Newa ad Okam (Falk.), Petropoli (Gorter, Weinm.), Livonia et Curonia (Fleisch. et Lindemann), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Kasan (Wirzén)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser), pr. Astrachan! (Blum *pl. exsicc.*)] inque omni Sibiria (J. G. Gmelin), pr. Jekaterinburg (Uspenski) ♃.

3. *N. palustre* (Dec. *Syst. II*, p. 191. — *Prodr. I*, p. 137) siliquis oblongis turgidis pedicellum subaequantibus; foliis inferioribus lyratis; superioribus profunde pinnatifidis: laciniis oblongis dentatis, petalis calycem aequantibus.

N. palustre. Höfft. *Cat. Kursk.* p. 44. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 15. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 8. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 177. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Hooker. *Fl. bor. amer. I*, p. 39. — Erman. *Vers.* Nro. 109. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 251. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 66. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 104. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 136. — Fleisch. et Lindemann. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 234. — Wirzén. *Casan.* Nro. 29.

Sisymbrium palustre. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 111; *III*, p. 439. — Mart. *Fl. mosq.* p. 115. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 58. — Lucé. *Fl. osil.* p. 415.

Sisymbrium capillaceum. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 72. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 242.

Roripa palustris. Besser. *Enum.* p. 27. Nro. 824.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia (Schrenk *in litt.*)], septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petropoli (Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.), Kursk (Höfft), Kasan (Wirzén), pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [Kiew (Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser), des. casp. (Claus), ad fl. Terek (M. a Bieb.), in Caucaso ubique non ultra 400 hexap. (C. A. Meyer), provinc. Karabagh, pr. Lenkoran et in provinc. Talüsch (Hohenack.), Armenia (Koch. *in litt.*)] inque Sibiria altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), in reg. baikal. (Turcz.), inter Olekminsk et Jakutk! (Kruhse *pl. exsicc.*), Kamtschatka austral. (Erman), plaga arctica Amer. bor. ad sinum Eschscholtzii! (Chamiss., Eschsch., Hooker) ♃.

β. *hispidum:* pilis rigidulis patentibus vel reversis hispidum. Fisch. et Meyer. *Ind. III. h. petropol.* p. 41.

Hab. in Sibiria transbaikalensi (F. et M.), ins. Unalaschka (Chamiss. et Schlechtend.) ♃.

4. *N. brachycarpum* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 8) siliquis ellipticis turgidis pedicello subduplo brevioribus, foliis caulinis infimis lyratis; superioribus pinnatipartitis: laciniis oblongis linearibusve dentatis; terminalibus confluentibus; petalis calyce duplo longioribus.

N. brachycarpum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 291.

Hab. in Rossia australi [gubern. Saratow! (Blum *pl. exsicc.*), desert. nogac. pr. Ascania nova (Trautvetter *in litt.*), Armenia (Koch. *in litt.*)] et in Sibiria altaica! (Fl. alt.). ⊙. ⊙.

5. *N. bursifolium* (Dec. *Syst. II*, p. 194. — *Prodr. I*, p. 138) siliquis linearibus? . . . ., foliis villosis; radicalibus inciso-pinnatifidis; caulinis sagittatis integris acuminatis, caule pedicellisque hispidis erectis.

Hab. in Kamtschatka (Fisch. ex Dec.) ⊙?

6. *N. sagittatum* (R. Br. *Hort. kew. ed. 2. IV*, p. 111) pubescens, siliquis linearibus deflexis pedicello duplo longioribus, foliis radicalibus runcinato-dentatis; caulinis oblongis obtusis dentatis sagittatis, caulibus erectis ramosissimis.

N. sagittatum. Dec. *Prodr. I*, p. 138. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 177. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 136.

Sisymbrium sagittatum. Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 287.

Hab. in provinc. Talüsch tract. Suwant! alt. 1100 hexap. (C. A. Meyer, Hohenacker) ♃.

Species mihi ignota: *N. densiflorum.* Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 105. — Hab. in glareosis ad fl. Oka rarum (Turcz.).

49. Barbarea. R. Br.

Dec. *Prodr.* *I*, p. 140. — Ledeb. *Fl. alt.* *III*, p. 9. — Koch. *Syn.* p. 36. — Meisn. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — Endlicher *gen.* p. 864.

Siliqua linearis, compresso-tetragona; valvulis nervo longitudinali prominulo. Semina in quovis loculamento uniserialia, immarginata.

1. *B. vulgaris* (R. Br. *Hort. kew. ed.* 2. *IV*, p. 109) foliis inferioribus lyratis: lobo terminali maximo elliptico; lateralibus 3—4-jugis; foliis superioribus obovato-ellipticis obtuse serratis incisisve, racemis sub anthesi condensatis, siliquis pedicellisque erectis.

B. vulgaris. Dec. *Prodr.* *I*, p. 140. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 44. — Chamisso et Schlechtend. *in Linnaea.* *I*, p. 15. — Besser. *Enum.* p. 27 et 72. Nro. 833? — Ledeb. *Fl. alt.* *III*, p. 10. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 178. — Fellm. *Ind. Kola.* p. 275. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 112. — Hook. *Fl. bor. amer.* *I*, p. 39. — Wirzén. *Fenn.* p. 60. — Weinm. *Fl. petrop.* p. 67. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 107. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 234. — Wirz. *Casan.* Nro. 32.

Barbarea. Pall. *It.* *III*, p. 507. — S. G. Gmel. *It.* *IV*, p. 108.

Erysimum Barbarea. Gorter. *Fl. ingr.* p. 106. — Pall. *It.* *I*, p. 160. — Georgi. *It.* *I*, p. 225. (verosimiliter cum aliis speciebus consus.). — Fischer *Livl.* p. 265. — Falk. *Beitr.* *II*, p. 216. — Güld. *It.* *I*, p. 112. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 451. — Clark. *It.* *I*, p. 213. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 198. — Wahlenb. *Fl. lapp.* p. 180. — Mart. *Fl. mosq.* p. 116. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 56. — Fellm. *Ind. Lappon.* p. 256.

Erysimum lyratum. Gilib. *Fl. lithuan.* *IV*, p. 59. — Ej. *Exerc. phytol.* *I*, p. 234.

Sisymbrium Erucae folio glabro, flore luteo. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 114.

Sisymbrium foliis pinnatis, pinna extrema amplissima, subrotunda. Gmel. *Fl. sib.* *III*, p. 268. Nro. 33.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia (Wahlenb., Fellm.), territor. Kola (Fellmann)], septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media [a Newa ad Tobol (Falk.), Petropoli (Gorter, Weinm.), Livonia! (Fischer), Curonia! (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Woronesch (Clark.), Kasan (Wirzén), Sibiria (Pall.)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (Güld.), pr. Derbent (S. G. Gmelin), in prov. Talüsch pr. Lenkoran (C. A. Meyer)] inque omni Sibiria (S. G. Gmelin), reg. altaica! (Fl. alt.), baikalensi (Georgi, Turcz.), Kamtschatka (Hook. et Arn.), et ins. Unalaschka (Chamiss.) ⊙.

β. gracilis: caule gracili parce ramoso, foliis superioribus subincisis. Dec. *Prodr.* *I*, p. 140.

Hab. in Sibiria (Dec.) et Kamtschatka! (Chamiss., Eschscholtz).

Videtur propria species. Foliorum radicalium lobo terminali forma varia, obovato, basi cuneato, rhomboideo, suborbiculato, integerrimo, subinciso, crenato. Siliquae, quas immaturas tantum vidi, etiam ratione totius plantae graciliores longioresque videntur et pedicello longiori insident. Tota planta a basi ad apicem pilis sparsis obtecta.

2. *B. orthoceras* (Ledeb. *Hort. dorpat.* a. 1824) foliis radicalibus caulinisque inferioribus lyratis: lobo terminali radicalium maximo ovato-elliptico basi cordato; caulinorum inferiorum foliisque summis ovatis inaequaliter serratis, racemis sub anthesi condensatis, siliquis pedicellisque erectis.

B. orthoceras. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 108.

Hab. in glareosis ad lacum Baikal inter ostia fl. Bargusin et Angara super.! (Turcz.) ⊙.

3. ***B. praecox*** (R. Br. *Hort. kew. ed.* 2. *IV*, p. 109) **foliis inferioribus pinnatipartito-lyratis; jugis 5—8 sursum accrescentibus; lobo terminali maximo suborbiculato subcordato; foliorum superiorum lobis lateralibus oblongis linearibusve integerrimis; terminali oblongo, racemo sub anthesi laxo, pedicellis patulis, siliquis erecto-patulis.**

B. praecox. Dec. *Prodr. I*, p. 140. — Bess. *Enum.* p. 72. Nro. 1557. — Cham. et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 15. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Hook. *Fl. bor. amer. I*, p. 39. — Wirzén. *Casan.* Nro. 33.

Hab. pr. Kasan (Wirzén), in Podolia australi! (Besser, Eichw.), in Sibiria orientali? (Redowski ex Cham. et Schlechtend.) ♃?

Siliquae longiores, quam in praecedentibus. Pedicelli in hac crassitie fere siliquarum; in antecedentibus tenuiores.

4. ***B. arcuata*** (Reichenb. *bot. Zeitung.* 1820) **foliis inferioribus et mediis pinnatipartito-lyratis: jugis 3—4 sursum accrescentibus; lobo terminali maximo ovato-elliptico basi subcordato; superioribus subellipticis dentatis incisisve, racemo sub anthesi laxo, siliquis e pedicello subhorizontali adscendentibus.**

B. arcuata. Besser. *Enum.* p. 83. Nro. 1621. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 11. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 177. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 136. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 251. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 109. — Bongard *de Veget. ins. Sitcha.* p. 124.
B. taurica. Dec. *Prodr. I*, p. 141. — Eichw. *Skizze.* p. 177.
B. iberica. Dec. *Prodr. I*, p. 141. (excl. syn. B. strictae Besser).
B. vulgaris *β.* arcuata. Weinm. *Fl. petropol.* p. 67.
B. altaica. Andrz *in hortis.*
Erysimum Barbarea. Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 116 (excl. syn. praeter Pallasii) 462. — Henning *in Act. mosq. VI*, p. 76?
Cheiranthus ibericus. Willd. *Enum. h. berol. II*, p. 681. — Willd. *herb.* Nro. 12,087.

Hab. in Rossia media [Petropoli (Weinm.), Lithuania (Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), gubern. Pensa (Jacquet *pl. exs.*), pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [Kiew (Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning), in desert. caspio (Claus), Tauria (Pall., M. a Bieb.), ad fl. Terek alt. 500 hexap. et in m. Kaischaur alt. 1000—1100 hexap. (C. A. Meyer), Caucasus! (M. a Bieb.), Somchetia (Koch. *in litt.*), territ. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), pr. Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenacker), mont. Talüsch alt. 800—900 hexap. (C. A. Meyer), Armenia (Koch. *in litt.*)] in Sibiria altaica! (Fl. alt.) et baikalensi! (Turcz.), inter Aldan et Ochotzk! (Turcz. *in litt.*), inque ins. Sitcha (Bongard) ♃.

Pedicelli siliquis tenuiores.

5. ***B. stricta*** (Andrz. in Besser *Enum.* p. 72. Nro. 1558) **foliis inferioribus lyratis: lobo terminali maximo elliptico basi vix excisa; lateralibus 2—3-jugis minimis; foliis intermediis lyrato-pinnatipartitis; supremis obovatis ellipticisve inaequaliter obtuse serratis, racemo sub anthesi denso, pedicellis siliquisque erecto-patulis.**

B. stricta. Eichw. *Skizze.* p. 177. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 67. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 235.

Hab. in Rossia media [Petropoli (Weinm.), Livonia!, Curonia (Fleischer et Lindem.)] et australi [Kiew (Trautvett. *in litt.*), Podolia austr.! (Andrz. ex Besser, Eichw.)] ⊙?

6. ***B. plantaginea*** (Dec. *Syst. II*, p. 208. — *Prodr. I*, p. 141) **foliis inferioribus subdentato-lyratis: lobis lateralibus abbreviatis vel nullis; terminali maximo elliptico basi rotundato aut attenuato; foliis**

superioribus ellipticis vel obovato-oblongis serratis, racemo sub anthesi laxiusculo, pedicellis siliquisque patulis.

B. plantaginea. DELESS. *Ic. select. II*, t. 19. — HOHENACKER *Enum. Talüsch.* p. 136.

Hab. ad rivulos in tractu Suwant alt. 700 hexap. (HOHENACK.) ♃. Vidi cult.

50. Turritis. Dillen.

DEC. *Prodr. I*, p. 141. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 13. — KOCH. *Syn.* p. 37. — MEISN. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — ENDLICHER *gen.* p. 864.

Siliqua linearis: valvulis convexiusculis, nervo longitudinali valido percursis. Stigma capitatum, integrum vel leviter emarginatum. Semina in quovis loculo biserialia.

1. *T. glabra* (L. SP. 930) foliis radicalibus runcinato-dentatis pilis 2—3-furcatis ramosisve hispidis; caulinis glabris basi cordato-sagittata amplexicaulibus, siliquis strictissimis pedicello sextuplo longioribus.

T. glabra. DEC. *Prodr. I*, p. 142. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 107. — GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 64. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 237. — FERBER in FISCHER. *Livl. Zus.* p. 156. — FALK. *Beitr. II*, p. 217. — GÜLD. *It. I*, p. 111. 194. 424; *II*, p. 157. 179. — STEPHAN *Fl. mosq.* Nro. 454. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 126. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 200. — MART. *Fl. mosq.* p. 116. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 59. — BESSER *Enum.* p. 27. Nro. 846. — LUCÉ *Fl. osil.* p. 415. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 44. — LEDEB *Fl. alt. III*, p. 15. — EICHW. *Skizze.* p. 177. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. — HOHENACK. *En. Elisabethpol.* p. 244. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 251. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 67. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 111. — HOHENACKER *Enum. Talüsch.* p. 136. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 234. — WIRZÉN. *Casan.* Nro. 34.

Turritis. S. G. GMELIN. *It. IV*, p. 108.

Turritis vel Turrita vulgatior. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 125.

T. foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 263. Nro. 23.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ)], media [a Newa ad Wolgam inferiorem et Kamam (FALK.), Petropoli (GORTER, WEINM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FLEISCH. et LIND.), Curonia (FERBER, FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Pensa! (JACQUET *pl. exsicc.*), Kasan (WIRZÉN), pr. Slatoust (NESTEROFSKI)] et australi [Podolia (BESSER), Ucrania et Jekaterinoslaw (GÜLD.), ad Tanain (GÜLD., HENNING), in desert. caspio (CLAUS), ad fl. Terek (GÜLD., M. a BIEB.), in Iberia et Mingrelia (EICHW.), Imeretia (GÜLD.), pr. Derbent (S. G. GMEL.), pr. Helenendorf (HOHENACK.), in Armenia (KOCH. *in litt.*)] inque omni Sibiria (J. G. GMELIN), Altai! (FL. ALT.), ad fl. Angara et ad Baikal (TURCZ.) ☉.

51. Arabis. L.

DEC. *Prodr. I*, p. 142. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 15. — KOCH. *Syn.* p. 37. — MEISN. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — ENDLICHER *gen.* p. 864.

Siliqua linearis: valvulis planis vel subconvexis, nervo longitudinali evidente vel obsoletiore, vel, nervo evanido, venulis plurimis longitudinalibus notatis. Stigma obtusum, integrum vel leviter emarginatum. Semina in quovis loculo uniserialia.

Sect. I. *Alomatium*. DEC. Semina aptera vel ala membranacea angustiore, versus apicem quandoque dilatata, cincta.

§. 1. *Folia caulina basi cordata amplexicaulia.*

1. *A. albida* (Steven *in Hort. gorenk.*, p. a. 1812, p. 51) foliis pilis ramosis cano-villosis subtomentosis grosse dentatis; radicalibus obovato-oblongis; caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus, siliquis erectis glabris subtorulosis margine incrassatis: valvulis nervo prominulo notatis, seminibus apteris, caulibus sterilibus elongatis procumbentibus.

A. albida. Dec. *Prodr. I*, p. 142. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 446. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 178. — Eichw. *casp. cauc.* p. 26. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 136.

A. caucasica. Willd. *Enum. h. berol. suppl.* p. 45.

A. alpina β. grandiflora. Pall. *Ind. Taur.*

A. alpina. Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1137. (quoad plantam tauricam). — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 125. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 270.

Cheiranthus mollis. Hornem. *h. hafn.* p. 615.

Hab. in Tauria! (Pall., M. a Bieb.), Caucaso iberico (M. a Bieb.) et orientali, alt. 1500 hexap. (C. A. Meyer), circa Sudur (Stev.), in Somchetia et Kachetia (Eichw.), in mont. Talüsch, alt. 700—1000 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.) ♃.

β. foliis vix canescentibus vel omnino viridibus.

A. viscosa. Dec. *Prodr. I*, p. 142. (ex C. A. Meyer *l. c.*).

Hab. in Caucaso! (Steven *in herb. Zeyheri*), in umbrosis subhumidis mont Talüsch (C. A. Meyer), in Persia boreali (Dec.).

2. *A. alpina* (L. Sp. 298) foliis pilis ramosis hispidis subcanescentibus; radicalibus obovato-oblongis; caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus, siliquis patulis glabris subtorulosis margine incrassatis: valvulis subenerviis, seminibus ala membranacea angusta cinctis, caulibus sterilibus elongatis procumbentibus.

A. alpina. Dec. *Prodr. I*, p. 142. — Pall. *It. III*, p. 34. — Georgi. *It. I*, p. 225? — Lepech. *It. III*, p. 72. — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1137. (quoad plantam septentrionalem). — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 57. — Fellm. *Ind. Kola.* p. 273. — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 112. — Fellm. *Ind. Lappon.* p. 259.

Hab. in Rossia arctica et septentrionali [Kola (Fellm.), Lapponia! (Fellmann, Schrenk *in litt.*), Fennia (Prytz), terrae Samojedarum regione arctica et subarctica (Schrenk *in litt.*)] inque Sibiria uralensi boreali (Lepech.), arctica ad sinum Karicum m. glacial. (Sujef ex Pall.), baikalensi? (Georgi) et Kamtschatka (Beechey ex Hook. et Arn.) ♃.

Herba minus canescens, folia dentibus pluribus instructa, flores minores, siliquarum valvulae nervo obsoleto aut subnullo nec evidenter prominulo notatae, semina ala membranacea (angusta) cincta hanc speciem ab antecedente distinguunt.

3. *A. mollis* (Stev. *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 270) foliis pilis substellatis minutis pubescentibus; radicalibus longe petiolatis cordato-ellipticis vel subrotundis crenato-dentatis; caulinis cordato-ovatis amplexicaulibus dentato-serratis, siliquis arcuato deflexis glabris subtomentosis inter semina angustatis: valvulis enerviis, seminibus apteris.

A. mollis. Dec. *Prodr. I*, p. 143. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 448. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 178.

Cardamine asarifolia. S. G. Gmelin. *It. IV*, p. 108?

Hab. pr. Derbent? (S. G. Gmelin), in promontorio Caucasi orientalis. alt.

450 hexap. (C. A. Meyer), in ditionis Kubensis Caucasi orientalis alpinis, versus fontes torrentis Jncharibasch (Steven), in Caucaso occidentali! (Nordmann) ♃.

4. *A. auriculata* (Lam. *Encycl. I*, p. 219) foliis pilis ramosis pubescentibus; radicalibus oblongis in petiolum attenuatis; caulinis ovato-oblongis dentatis, basi profunde cordata-sagittata sessilibus, racemis demum elongatis flexuosis, siliquis remotiusculis patentibus compressis subtrinerviis pedicello vix latioribus, seminibus apteris.

A. auriculata. Dec. *Prodr. I*, p. 143. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 178. — Eichw. *Skisse.* p. 177. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244.

A. recta. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 126. — Besser. *Enum.* p. 72. Nro. 1559.

Hab. in Lithuania (Eichw.), Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning), in Tauria (M. a Bieb.), pr. Tiflis (Koch. *in litt.*), Elisabethpol (Hohenack.), Baku! et in mont. Talüsch alt. 900—1000 hexap. (C. A. Meyer) ⊙.

β. *dasycarpa* (Andrz. in Besser *Enum.* p. 72. Nro. 1560) siliquis pubescentibus.

A. auriculata. δ. dasycarpa. Dec. *l. c.*

A. dasycarpa. Dec. *Prodr. I*, p. 149.

Hab. in Podolia australi! (Andrz. ex Besser, Eichw.) ⊙.

5. *A. Gerardi* (Besser ex Koch. *Syn.* p. 38) caule foliisque oblongis dentato-serratis pilis ramosis adpressis pubescentibus; radicalibus in petiolum angustatis, caulinis a basi ad medium cauli adpressis basi profunde cordato-sagittata sessilibus: auriculis deorsum cauli accumbentibus, siliquis erectis anguste linearibus compressis torulosis subenerviis, seminibus anguste alatis reticulato-punctulatis.

A. Gerardi. Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 235.

A. sagittata. Besser. *Enum.* p. 82. Nro. 1620. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 136?

A. nemorensis. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 179.

A. alpina. Lucé. *Fl. osil.* p. 228?

Hab. in Rossia media [ins. Osilia? (Lucé), Curonia (Fleisch. et Lindemann), Volhynia! (Besser)] et australi [Podolia (Besser), inter Sallian et Lenkoran inque mont. Talüsch alt. 500 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)] ⊙.

6. *A. hirsuta* (Scop. *Fl. carn. II*, p. 30) caule inferne pilis patentibus hirsuto, foliis oblongis denticulatis pilis ramosis adspersis; radicalibus in petiolum angustatis, caulinis erecto-patulis basi truncato-auriculata vel cordata sessilibus: auriculis patulis, siliquis erectis anguste linearibus compressis longitudinaliter venulosis nervo prominulo, seminibus impunctatis submarginatis.

A. hirsuta. Dec. *Prodr. I*, p. 144. — Cham. et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 15. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 44. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 23. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 179. — Eichw. *Skisse.* p. 177. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 42. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 67. — Bongard *de Veget. ins. Sitcha.* p. 125. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 113. — Fleischer et Lindemann *Fl. d. Ostseeprov.* p. 236. — Wirzén. *Casan.* Nro. 36.

A. sagittata. Dec. *Prodr. I*, p. 143. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 67.

A. sagittata α Gerardiana. Eichw. *Skisse.* p. 177.

A. borealis. Andrz. *in litt.* — Fisch. et Meyer. *Ind. V. h. petropol.* p. 33.

A. Eschscholtziana. Andrz. *in litt.*

Turritis hirsuta. Georgi. *It. I*, p. 225. — Ferber in Fisch. *Liel. Zus.* p. 156. Falk. *Beitr. II*, p. 217. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 64. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 237. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 127; *III*. p. 449. — Jundz.

Fl. lithuan. p. 200. — Mart. *Fl. mosq.* p. 117. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 58. — Besser. *Enum.* p. 27. Nro. 847. — Luce. *Fl. osil.* p. 228.
Turritis foliis omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 263. Nro. 22.
Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz)]. media [Petropoli (Weinmann), ins. Osilia! (Lucé), Livonia! (Fleisch. et Lindem.), Curonia (Ferber, Fleischer et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Besser, Eichw.), Volhynia (Besser, Eichwald), Mosqua (Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exsicc.*), Kasan (Wirzén), pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [Podolia! (Besser, Eichw.), Ucrania (M. a Bieb.), desert. Calmuccorum (Falk.), Tauria et Caucasus (M. a Bieb.), Iberia! et Mingrelia! (Eichw.), Elisabethpol (Hohenack.), Talüsch alt. 300—500 hexap. (C. A. Meyer)], inque omni Sibiria (J. G. Gmelin), Altai! (Fl. alt.), Baikal (Georgi, Turcz.), ad Lenam inter Wiluisk!, Olekminsk! et Jrkutzk! (Kruhse *miss.*), Kamtschatka! (J. G. Gmelin, Chamisso et Schlechtend.), insula Unalaschka! (Chamiss. et Schlechtend.) et Sitcha (Bongard) ⊙ et ♃.

Variat foliis caulinis basi truncatis et profunde cordato-auriculatis, caule foliisque plus vel minus hirsutis, immo glaberrimis, pedicellis brevioribus et longioribus, floribus minoribus et majoribus, feminibus orbiculatis et ellipticis, apice vel circumcirca membranula angusta subalatis. Specimina in regione altaica et ad Lenam lecta pedicellis longioribus cum kamtschaticis parvifloris (*A. boreali.* Andrz.) — teste Gmelino in Kamtschatka floribus vulgo majoribus occurrit —, floribus majoribus autem cum unalaschkensibus (*A. Eschscholtziana.* Andrz.) convenit, quam ob rem utramque ab *A. hirsuta* non separavi.

§. 2. *Folia caulina sessilia, quandoque subamplexicaulia, sed basi non cordata.*

7. *A. incarnata* (Pall. *in herb.* Lambert. ex Dec. *Syst. II*, p. 210) pube stellata incana, foliis sessilibus lineari-oblongis integerrimis versus basin attenuatis, siliquis patulis linearibus planis torulosis puberulis enerviis pedicello patulo triplo longioribus.

A. incarnata. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 22. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 114.
Stevenia cheiranthoides. Dec. *Prodr. I*, p. 141. — Deless. *Ic. select. II*, t. 21.
Cheiranthus fruticulosus. J. Meyer *in Abhandlung der böhm. Ges.* 1786. p. 237. t. 7. f. 2.
Cheiranthus salinus. herbar. Willden. (ex Steven observ. ined.). — Linn. *Mant.* p. 93? — Dec. *Prodr. I.* p. 136? — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1135; *Nachtr.* p. 288?
Cheiranthus paniculatus. Steph. *herb.* (ex Dec.).
Hesperis salina. Lam. *Encycl. III*, p. 324?
Hesperis incana. Patr. *in herb.* Deless. (ex Dec.).
Sisymbrium paniculatum. Steph. *herb.!*
Sisymbrium tomentosum. Stev. *in litt.* (ex Dec.).
Hab. „ad Sibiriae et Tartariae salinas"? (Lerche ex Linn.), in Sibiriae altaicae reg. orientali in apricis siccis subsalsis montium ad fl. Tschuja et Baschkaus! (Fl. alt.), in lapidosis ad fl. Angara et in Davuria! (Turcz., Schtschukin) ♃.

8. *A. fruticulosa* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 19) frutescens pube stellata subcanescens, foliis ramorum sterilium oblongo-spathulatis attenuatis in petiolum basi dilatata subemplexicaulem; floriferorum ovato-oblongis basi rotundatis sessilibus, siliquis erectis linearibus planis subtorulosis puberulis nervo valido percursis pedicellum patulum pluries superantibus.

A. fruticulosa. LEDEB. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 336. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 112.

Hab. in rupestribus Sibiriae altaicae! (FL. ALT.) et ad fl. Angara! (TURCZ.) ♄.

9. *A. umbrosa* (TURCZ. *in litt.*) glaberrima, foliis radicalibus oblongis in petiolum attenuatis subdenticulatis; caulinis oblongo-linearibus basin versus subattenuatis obtusiusculis, siliquis patentibus glabris enerviis (?), pedicello longiusculo patente, stolonibus nullis.

Hab. in sabulosis ad fl. Irkut! (TURCZ.) ♃.

Habitu ad A. procurrentem accedit, sed notis indicatis diversa. Siliquae maturae mihi ignotae.

10. *A. petraea* (LAM. *Encycl. I*, p. 221) caule glabro, foliis radicalibus petiolatis oblongo-obovatis integerrimis vel postice dentibus lobulisve subtribus dentatis lyratisve glabris vel pilis 2—3-furcatis hirsutis; caulinis oblongo-linearibus basin versus attenuatis integerrimis sessilibus glabris, siliquis patentibus anguste linearibus planiusculis nervo longitudinali tenuissimo.

A. petraea. DEC. *Prodr. I*, p. 145. — M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 447. — CHAMISSO et SCHLECHT. *in Linnaea I*, p. 15. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 178?

A. ambigua. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 115.

Cardamine petraea. GEORGI. *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1128. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 56.

Hab. in alpibus caucasicis (M. a BIEB.), in reg. alp. m. Kasbek alt. 1200—1450 hexap. (C. A. MEYER), in Sibiria orientali ad fl. Wilui! (M. a BIEB., REDOWSKI ex CHAM. et SCHLECHTEND.) ♃.

β. floribus majoribus.

A. uralensis. herb. WILLD. Nro. 12,171.

Sisymbrium Tilesii. LEDEB. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V*, p. 548.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ)] inque Sibiria baikalensi [in arenosis ad fl. Irkut et in insulis fl. Angara], var. prolifera in Davuria orientali inter fl. Schilka et Argun!, var. fol. pinnatisectis inter Jakutzk et Ochotzk (TURCZ.), in Kamtschatka! (TILESIUS, J. MERK. ex PALL. *in herb. Willd.*) ♃.

11. *A. ambigua* (DEC. *Syst. II*, p. 231. — *Prodr. I*, p. 145) caule glabro vel hirsuto, foliis radicalibus petiolatis lyrato-pinnatifidis glabris vel hirsutis ciliatisve; caulinis inferioribus ovalibus in petiolum attenuatis subdentatis; superioribus sublinearibus integerrimis, siliquis erectis linearibus nervo medio prominulo; duobus lateralibus obsoletis.

A. ambigua. CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea. I*, p. 16. — HOOK. et ARN. in BEECHEY's *Voyage.* p. 112. — BONGARD *de Veget. ins. Sitcha.* p. 125.

Hab. in Kamtschatka (BEECHEY ex HOOKER et ARN.) inque ins. Unalaschka! (CHAMISS., ESCHSCHOLTZ.) et Sitcha (BONG.) ⚇.

Vix ab antecedente diversa, nisi foliis radicalibus latioribus, evidentius lyratis et floribus nonnihil majoribus.

12. *A. arenosa* (SCOP. *Fl. carniol. II*, p. 32) caule pilis simplicibus hirsuto, foliis pube ramosa adspersis; radicalibus petiolatis lyrato-runcinatis: lobulis utrinque 6—9; caulinis basin versus attenuatis breviter petiolatis; superioribus integerrimis, siliquis patentibus anguste linearibus planiusculis, nervo longitudinali tenuissimo.

A. arenosa. DEC. *Prodr. I*, p. 146. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 199. — BESSER. *Enum.* p. 27. Nro. 845. — EICHW. *Skizze.* p. 177. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 67. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 236.

A. Halleri. LUCÉ. *Fl. osil.* p. 228.

Sisymbrium arenosum. Georgi. *Beschr. d. R. Reichs. III.* 4. p. 1130. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 58.
Sisymbrium caeruleum. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 73. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 242.
Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petropoli (Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Livonia!, Curonia (Fleisch. et Lindem.), Witebsk! (C. A. Meyer), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Bess.)] inque Podolia (Besser) ⊙.

13. *A. kamtschatica* (Fisch. ex Dec. *Syst. II*, p. 231; non Willd. herb.) caulibus numerosis glabris vel pilis simplicibus hirsutis, foliis radicalibus lyratis petiolatis caulinisque inferioribus basin versus attenuatis pinnatifidis dentatisve glabris vel pilis simplicibus vel 2—3-furcatis hirsutis; superioribus linearibus oblongisve integerrimis glabris, siliquis erectis anguste linearibus (immaturis nervo longitudinali tenuissimo).

A. lyrata. *β.* kamtschatica. Dec. *Prodr. I*, p. 146.
A. arenosa. Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea. I*, p. 17.
Hab. in Kamtschatka! (Chamiss., Eschscholtz.) ⊙. ♃?

In uno eodemque specimine caules et folia glabra et hirsuta occurrunt.

14. *A. Halleri* (L. Sp. 929) foliis integerrimis vel subdentatis petiolatis; radicalibus subcordato-subrotundis ovatisve: petiolo nudo vel appendiculato; caulinis inferioribus ovatis; superioribus lanceolatis.

A. Halleri. Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 17.
Hab. in Sibiria orientali inter Aldan et Ochotzk?! (Turcz. *miss.*), in Kamtschatka! (Chamiss. *in herb. reg. berolin.*) ♃.

15. *A. sinuata* (Turcz. *in litt.*) caulibus caespitosis adscendentibus simplicissimis tomento tenui arachnoideo obductis, foliis radicalibus pilis simplicibus vel 2—3-furcatis hirsutiusculis; exterioribus sinuatis lyratisve; interioribus subspathulatis; caulinis 1 vel 2 oblongis arachnoideis subhirsutisque, siliquis erectis pedicello patulo subduplo longioribus.

Hab. in Sibiria orientali pr. Tschernoliesk! (Turcz.) ♃.

Radix perennis, multiceps. Folia radicalia in rosulam 8—9 lineas in diametro tenentem congesta, terrae adpressa, subpurpurascentia, ambitu ovato-oblonga vel spathulata, in petiolum attenuata. In speciminibus majoribus folia exteriora sinuata aut lyrata; interiora subinde integra, spathulata. In speciminibus minoribus folia radicalia omnia spathulata, dente uno alterove instructa vel omnino integerrima. Caules e singula foliorum rosula solitarii, adscendentes, sub anthesi 2-, post anthesin demum 3—4-pollicares, tomento tenui arachnoideo, cui versus basin caulis pili nonnulli solitarii interpositi sunt, obducti, canescentes, plerumque 1- vel 2-, rarius plurifolii vel aphylli. Folia caulina oblonga. Flores in racemum ante anthesin densum, demum elongatum dispositi. Rachis, pedicelli et calyces superficie caulis. Sepala elliptica, pedicello breviora, extus purpurascentia. Petalorum laminae obovatae, albae; unguibus rubicundis. Siliquarum tantum rudimenta anni praeteriti adsunt, valvulis delapsis, dissepimento cum stigmate emarginato superstite.

Sect. II. *Lomaspora*. Dec. Semina ala membranacea lata cincta.

16. *A. Turrita* (L. Sp. 930) foliis pube ramosa adspersis dentatis; radicalibus ellipticis in petiolum attenuatis; caulinis oblongis basi profunde cordata amplexicaulibus, pedicellis calycem subaequantibus, siliquis in pedicello erecto decurvatis planis medio torulosis margine incrassatis, petalis oblongo-cuneatis.

A. Turrita. Dec. *Prodr. I*, p. 146.

β. longisiliqua.

A. umbrosa. Steven ex Dec. *l. c.*

Hab. in sepibus circa Petropolin rarissime (Weinm. *in litt.*); *β.* in Tauria (Stev. ex Dec.) ⊙.

17. *A. pendula* (L. Sp. 930) pilis ramosis setisque simplicibus hispida, foliis oblongis; radicalibus in petiolum ipsis longiorem attenuatis; caulinis basi cordato-sagittata amplexicaulibus, pedicellis calyce triplo longioribus, siliquis in pedicello patente pendulis planis, nervo medio prominulo, petalis oblongo-linearibus.

A. pendula. Dec. *Prodr. I*, p. 147. — Pall. *It. III*, p. 318. — Falk. *Beitr. II*, p. 217. — Güld. *It. II*, p. 235. 327. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 25. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 256. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 153. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 116. — Wirzén. *Casan.* Nro. 38.

A. Patriniana. Dec. *Prodr. I*, p. 147. — Deless. *Ic. sel. II*, t. 27.

A. oxyota. Dec. *Prodr. I*, p. 147.

A. foliis amplexicaulibus dentatis, caule erecto simplicissimo, siliquis pendulis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 264. Nro. 26. t. 60.

Hesperis pendula. Murray *in nov. Comment. Götting. VI*, p. 38. t. 6.

Turritis latifolia hirsuta, siliquis pendulis. Amman. *ruth.* p. 58. Nro. 79.

Hab. in Rossia media [pr. Kasan (Wirzén) et Slatoust (Nesterofski)] et australi [in Ucrania (Güld.), ad Wolgam inferiorem (Falk, Claus)] inque mont. Ural.! (Lessing *in herb. reg. berol.*), Altai! (Fl. alt.), a Jenisei fl. in ulter. Sibiria (Pall.), in reg. baikalensi! (Turcz.), ad Selengam (Sievers). in Davuria! (Turcz., Frisch. *miss.*), ad Lenam (J. G. Gmel.) inter Olekminsk et Jakutzk! (Kruhse *miss.*) ⊙.

Ab antecedente foliis dignoscitur floribus minoribus, longius pedicellatis, siliquis medio non torulosis, ut alias notas taceam.

18. *A. Stelleri* (Dec. *Syst. II*, p. 242. — *Prodr. I*, p. 148) pilis simplicibus bifurcatisque hispida, foliis inferioribus oblongo-spathulatis; superioribus oblongis semiamplexicaulibus subserrato-dentatis, racemo sub anthesi denso, pedicellis calyce triplo longioribus, siliquis . . . . . glabris, petalis oblongo-cuneatis.

A. kamtschatica. herb. Willd. Nro. 12,156.

Hab. in Kamtschatka ad rivum Gawriarowa! (Pall. *in herb.* Willd.) ♃.

In specimine unico, quod vidi, caules 6 ex eadem radice proveniunt longitudine varii, 2—6 pollicares, adscendentes, pluribus foliis ornati et racemo terminati sub anthesi denso, multifloro, floribus ultra 20. Caeterum cum descriptione Decandolleana convenit.

19. *A crassifolia* (Ledeb. *in Denkschr. d. bot. Ges. zu Regensb. III*, p. 107) foliis glaucis glabris vel albo-pilosis crassis; radicalibus sinuato-dentatis; caulinis sessilibus oblongo-linearibus integris, siliquis longissimis compressis erecto-patentibus, petalorum lamina suborbiculata.

Turritis foliis radicalibus sinuato-dentatis hispidis, superioribus linearibus integerrimis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 264. Nro. 24. t. 59. (*excl. syn.* Tournef.)

Hab. pr. Olkeminsk et alibi ad Lenam (J. G. Gmel.).

20. *A. Turczaninowii*: foliis radicalibus oblongo-spathulatis in petiolum attenuatis supra medium remote serratis pilis ramosis canopubescentibus, caule foliisque caulinis paucis basi truncata subauriculatis glabris subglaucis, pedicello calyce longiore, siliquis in pedicello patulo decurvatis glabris, petalis oblongo-cuneatis.

Turritis? falcata. Turcz. *in litt.*

Hab. in Sibiria orientali inter Tschernoliesk et Alach! (Turcz.) ♃.

Species distinctissima. Fructus maturi mihi ingnoti sunt; ex habitu huic sectioni associavi. In siliquis immaturis semina uniserialia videntur.

52. Stevenia. Adams et Fischer.

Dec. *Prodr. I*, p. 141. (*excl. spec.* Nro. 2). — Meisn. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — Endlicher. *gen.* p. 863.

Siliqua oblonga, inter semina sinuato-angustata, oligosperma: valvulis planis, ad semina subtorulosis. Stigma simplex. Semina 2—4, in quovis loculo uniserialia, ovato-compressa, immarginata. Calyx basi bisaccatus.

1. *St. alyssoides.* Adams et Fisch. *in Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. V*, p. 84. — Dec. *Prodr. I*, p. 141. — Deless. *Ic. sel. II*, t. 20. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 110.

Hab. in lapidosis et subalpinis ad lacum Baikal! et in rupestribus ad fl. Dschida! (Turcz.) inque Sibiriae orientalis montibus prope Warchojansk et in lapidosis ripae fl. Lena infra Shigansk (Adams) ⊙.

53. Cardamine. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 149. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 32. — Koch. *Syn.* p. 42. — Meisn. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — Endlicher. *gen.* p. 865.

Siliqua linearis vel lanceolato-linearis: valvulis planis, enerviis aut rudimento nervi obsoleto ad basin notatis, saepe elastice dissilientibus. Funiculi umbilicales filiformes, nec dilatato-alati. Semina in quoque loculo uniserialia. Calyx basi aequalis.

§. 1. *Foliis fere omnibus indivisis.*

1. *C. bellidifolia* (L. Sp. 913) foliis radicalibus lato-ovatis subcordatis integerrimis submucronulatis longissime petiolatis caulem floriferum submonophyllum subaequantibus, petalis oblongo-cuneatis, siliquis utrinque attenuatis, stylo longitudine siliquae latitudinem aequante.

C. bellidifolia. Willd. *Spec. pl. III*, p. 481. — Dec. *Prodr. I*, p. 150. (excl. var. *β.* et *γ*). — Pall. *It. III*, p. 34? 316? — Wahlenb. *Fl. lapp.* p. 179 — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 56. — Fellm. *Ind. Kola.* p. 271. — Ej. *Ind. Lappon.* p. 253

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia! (Wahlenb., Fellm., Schrenk *in litt.*)] et septentrionali [Fennia (Prytz.)] inque Sibir. ural. ad sinum Karicum m. glacialis? (Sujef ex Pall.) ♃.

2. *C. lenensis* (Andrz. *in litt.*) foliis radicalibus ellipticis basi rotundatis aut cuneatis integerrimis obtusis longissime petiolatis, caule

florifero foliis cum petiolis duplo longiore, petalorum lamina obovata subretusa, siliquis utrinque attenuatis, stylo latitudine siliquae breviore.

C. lenensis. LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 33. — Ej. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 268. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 118.

C. bellidifolia. CHAM. et SCHLECHTEND. *in Linnaea. I*, p. 19. (excl. synon.). — BUNGE. *Enum. alt.* p. 51.

Hab. in alpibus altaicis! (FL. ALT.) et baikalensibus! (TURCZ.), ad sin. St. Laurentii! inque insulis St. Laurentii!, Unalaschka! (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ.) et Sitcha! (ESCHSCHOLTZ.) ♃.

§. 2. *Foliis plerisque 3- vel pinnatipartitis sectisve.*

3. ***C. microphylla*** (ADAMS *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. V*, p. 111) foliis 3-sectis aut quinato-pinnati-sectis glabris; caulino subunico simplici tridentato aut trisecto: segmentis ellipticis acutiusculis integerrimis subaequalibus, petiolis basi inauriculatis, racemo paucifloro.

C. microphylla. DEC. *Prodr. I*, p. 150.

C. minuta. WILLD. *herb.* Nro. 11,965.

Hab. in Sibiria oriental. promontorio Bykowskoi Mys (ADAMS), et in Kamtschatka! (PALL. *in herb.* WILLD.) ♃.

Folium caulinum unicum in descriptione cl. Adams dicitur simplex 3-dentatum; in specimine herb. Willd. 3-sectum est.

4. ***C. amara*** (L. SP. 915) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis foliorum inferiorum suborbiculato-ovatis; superiorum oblongis; omnibus angulato-dentatis; terminali majore, petalis calyce triplo longioribus obovatis stylo filiformi elongato, stigmate punctiformi, caule angulato-sulcato.

C. amara. DEC. *Prodr. I*, p. 151. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 104. — GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 69. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 240. — FISCHER. *Livl. Zus.* p. 126. — FALK. *Beitr. II*, p. 215. — LONDES *Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. I*, p. 113. — JUNDZ. *Fl. lith.* p. 201. — MART. *Fl. mosq.* p. 115. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 57. — BESS. *Enum.* p. 27. Nro. 823. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 415. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 44. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 35. — EICHW. *Skizze.* p. 177. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 256. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 66. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 233. — WIRZÉN. *Casan.* Nro. 39.

C. foliis pinnatis, axillis stoloniferis. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 271. Nro. 40.

β. hirsuta: caule foliisque hirsutis, pedicellis glabris.

C. amara. *γ.* umbrosa. DEC. *l. c.*

γ. trisecta: foliis 3-sectis: segmento intermedio petiolulato.

C. triphylla. PALL. *It. II*, p. 35; *III*, p. 33.

C. trifolia. PALL. *It. III*, p. 316. — GEORGI. *It. I*, p. 224. — Ej. *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1128.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ)], media [a Petropoli ad Syssran (FALK.), Petropoli (GORTER, WEINM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia (BESS., EICHW.), Mosqua (LONDES, MART.), Kursk (HÖFFT.), Pensa! (JACQUET *pl. exsicc.*), Kasan (WIRZÉN), Simbirsk (CLAUS), pr. Slatoust (NESTEROFSKI)] et australi [Kiew (TRAUTVETT. *in litt.*), Podolia (BESSER), ad Tanain (HENNING)] inque omni Sibiria (J. G. GMEL.), Ural! (STEVEN *in herb. Zegheri*), provinc. Isetensis (FALK.), Altai (FL. ALT.) ♃.

γ. in mont. uralensibus (PALL.) et ad sinum karicum m. glacialis (SUJEF ex PALL.).

5. ***C. tenera*** (S. G. GMEL.) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis radicalium ovato-suborbiculatis; caulinorum oblongis, lateralibus

sessilibus subintegerrimis; terminali majore subpetiolato repando, petalis calyce 3—4-plove longioribus: lamina obovata, siliquis pedicellum subaequantibus, stylo subulato brevi, stigmate capitato, caule angulato-sulcato.

C. tenera. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 179. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 136.

Hab. in sylvis montium Talüsch alt. 1—500 hexap.! (C. A. MEYER), pr. Lenkoran! (HOHENACK.), Letschgum! (KOCH. *in litt.*) ♃.

6. *C. uliginosa* (M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 438) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis angulata-dentatis; radicalium suborbiculatis; caulinorum oblongis, petalis calyce 2—3-plove longioribus: lamina obovata, siliquis pedicello longioribus, stylo brevissimo incrassato, stigmate capitato.

C. uliginosa. DEC. *Prodr. I*, p. 151. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 136.

C. amara. M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 109.

C. hastata. WILLD. *herb.* Nro. 11,987.

Hab. in Rossia australi [Ucrania pr. Charkow (M. a BIEB.), Tauria (M. a BIEB.), promont. caucas. septentr. circa Tatartup (M. a BIEB.), Somchetia (KOCH. *in litt.*), Elisabethpol et tract. Suwant alt. 500—700 hexap. (HOHENACKER)] inque Sibir. altaica pr. Loktewsk! (BUNGE *miss.*), Kamtschatka! (PALL. *in herb.* WILLD.) ♃.

7. *C. prorepens* (FISCH. ex DEC. *Syst. II*, p. 256. — *Prodr. I*, p. 151) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis ovatis ellipticisve; lateralibus integerrimis; terminali foliorum inferiorum suborbiculato-elliptico obsolete subtrilobo aut repando, petalis calyce triplo longioribus, siliquis pilosis, stylo incrassato, stigmate capitato.

C. prorepens. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 121.

Hab. pr. Irkutzk rarissime et ad rivulos in Davuria subalpina! (TURCZ.) ♃.

8. *C. lyrata* (BUNGE *Enum. pl. Chinae bor.* p. 5) foliis caulinis lyrato-sub5sectis; stolonum integris segmentoque caulinorum terminali suborbiculato- vel elliptico-cordatis repandis; segmentis lateralibus superioribus suborbiculato-ellipticis ovatisve repando-subangulatis multo minoribus; infimis oblongis minutis cauli approximatis stipulaeformibus, petalis calyce duplo longioribus: lamina retusa, siliquis . . . . ., stylo incrassato, stigmate capitato.

C. lyrata. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 122.

Hab. ad lacum Baikal! (KRUHSE *pl. exsicc.*), in Davuria orientali! (BUNGE ex TURCZ. *miss.*) et in China boreali! (BUNGE) ♃.

Caulis basi stolones emittens, erectus, 9—15pollicaris, simplex, glaberrimus. Folia stolonibus insidentia integra, petiolata, suborbiculato-cordata aut subreniformia, obtuse angulata: caulina a basi ad apicem sensim decrescentia, lyrata, plerumque 5secta, subinde inferiora 7-, suprema 3secta: segmento terminali reliquis multo majore, forma foliis stolonum simillimo aut ovato-elliptico, basi magis vel minus excisa, apice rotundato, irregulariter repando; lateralibus versus petioli insertionem sensim decrescentibus; infimis (ubi adsunt) minutis, cauli approximatis, deflexis. Racemus terminalis, simplex. Pedicelli flore longiores. Sepala membranacea, albida. Petala alba vel pallidissime ochroleuca: lamina retusa. Siliquae maturae mihi desunt.

9. *C. pratensis* (L. Sp. 915) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis

radicalium subrotundo-ovatis repandis dentatisve petiololatis; terminali majore subreniformi; caulinorum linearibus vel lineari-oblongis integerrimis, petalis calyce subtriplo longioribus obovatis, siliquis glabris erectis pedicello longioribus, stylo brevissimo incrassato, stigmate capitato.

C. pratensis. Dec. *Prodr. I*, p. 151. — Gort. *Fl. ingr.* p. 104. — S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108. — Georgi *It. I*, p. 224. — Fisch. *Livl.* p. 264. — Falk. *Beitr. II*, p. 215. — Güldenst. *It. I*, p. 112. 421. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 444. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 438. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 201. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 178. — Mart. *Fl. mosq.* p. 114. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 57. — Besser *Enum.* p. 27. Nro. 822. — Lucé *Fl. osil.* p. 225. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 44. — Cham. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 19. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 37. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 179. — Fellm. *Ind. Kola.* p. 272. — Eichw. *Skisse* p. 178. — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage* p. 121. Hooker *Fl. bor. amer.* p. 45. — Fellm. *Ind. Lappon.* p. 252. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 256. — Wirzén *Fenn.* p. 59. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 66. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 123. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 136. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 232. — Wirzén *Casan.* Nro. 40.

C. integrifolia. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 68. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 239.

Cardamine. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 27.

C. foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis. Gmelin *Fl. sib. III*, p. 271. Nro. 39.

Nasturtium pratense. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 82.

Hab. per omnem Imperium rossicum a territorio Kola usque in provinciam Talüsch et ab ins. Osilia et Warsawia in oram occidentalem Americae septentrionalis usque ♃.

Varietatem stylo graciliore longioreque per omnem Caucasi regionem alpinam et subalpinam alt. 600—1500 hexap. obviam memorat cl. C. A. Meyer l. c. Similem in Sibiria maxime orientali ad sinum St. Laurentii a viris clar. Cham. et Eschscholtz. lectam possideo, quae est C. Laurentina. Andrz. *in litt.*, specie autem a vulgari non differe videtur.

β. dentata: segmentis foliorum inferiorum angulato-dentatis petiolulatis. Koch. *Syn.* p. 44.

C. dentata. Dec. *Prodr. I*, p. 151. — Besser *Enum.* p. 72. Nro. 1463. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 36. (excl. synon. C. uliginosae et amarae.) — Eichw. *Skisse* p. 178.

C. sylvatica. Besser *Primit. Fl. gal. II*, p. 76.

C. buchtormensis. Willd. *herb. ex* Steven, Dec.

Hab. in Rossia media [Livonia!, Lithuania (Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Pensa! (Jacquet *pl. exsicc.*)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.)] inque ins. Unalaschka! (Mart.) et Sitcha?! (Eschscholtz.) ♃.

10. *C. caucasica* (Willd. *herb.* Nro. 11,980) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis radicalium orbiculatis integerrimis sessilibus; terminali subcordato vix majore; caulinorum oblongo-ellipticis integerrimis decurrentibus apice rotundatis, petalis calyce triplo longioribus, siliquis glabris erectis pedicello subduplo longioribus, stylo incrassato cylindrico, stigmate capitato.

C. hirsuta maxima taurica. Fisch. *h. gorenk.* 1808. p. 81?

Hab. in Caucaso! (Pall. *in herb.* Willd.) ♃.

Toto coelo a C. pratensi diversa, omnibus in partibus multo major. Foliorum caulinorum segmenta illis foliorum radicalium parum angustiora, sed longiora, decurrentia; tria terminalia subconfluentia. Caulis fere ad racemum usque foliatus. Flores nonnihil majores. Siliquae longiores, stricte erectae, cauli fere adpressae.

11. *C. hirsuta* (L. Sp. 915) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis inferiorum suborbiculato-ovatis repandis dentatisve petiolulatis; terminali majore; superiorum oblongis linearibusve, petalis calyce duplo longioribus oblongo-obovatis in unguem sensim attenuatis, siliquis pedicellisque erectis, stylo siliquae latitudine breviore, staminibus 4.

C. hirsuta. Dec. *Prodr. I*, p. 152. — S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 68. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 239. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 109; *III*, p. 437. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 200. — Mart. *Fl. mosq.* p. 114. — Prytz *Fl. fenn. breviar.* p. 57. — Bess. *Enum.* p. 27 et 72. Nro. 821? — Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 20. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 179. — Eichw. *Skisse* p. 178. — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage* p. 112. — Hook. *Fl. bor. amer. I*, p. 45. — Bongard *de Veget. ins. Sitcha* p. 125.

C. praecox. Pall. *Ind. Taur.*

C. unalaschcensis. Andrz. *ined.*

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz)], media [Lithuania (Gilib., Jundz.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (Henning), Tauria (Pall., M. a Bieb.), Caucasus (M. a Bieb.), Derbent (S. G. Gmelin), ins. Sara m. casp. (C. A. Meyer), Talüsch! (C. A. Meyer, Hansen)] inque Kamtschatka (Beechey ex Hook. et Arn.) insulisque St. Pauli (Cham. et Schlecht.), Unalaschka! (Cham., Eschscholtz.) et Sitcha (Bongard.) ⊙.

12. *C. sylvatica* (Link in Hoffm. *phyt. Blätt. I*, p. 50, nec Schult., nec Besser *Primit. Fl. gal. II*, p. 76) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis inferiorum suborbiculato-ovatis repandis dentatisve petiolulatis; terminali majore; superiorum oblongis linearibusve, petalis calyce duplo longioribus oblongo-obovatis in unguem sensim angustatis, siliquis in pedicello patulo erectiusculis, stylo siliquae latitudinem aequante, staminibus 6.

C. sylvatica. Dec. *Prodr. I*, p. 152. — Mart. *Fl. mosq.* p. 114. — Besser *Enum.* p. 72. Nro. 1561. — Eichw. *Skisse* p. 178.

Hab. in Rossia media [Curonia pr. Illuxt (Eichw.), Volhynia! (Bess., Eichw.), Mosqua (Mart.)] ⊙.

13. *C. umbrosa* (Andrz. *ined. in* Dec. *Syst. II*, p. 260. — *Prodr. I*, p. 152) foliis omnibus pinnatisectis: segmentis inferiorum suborbiculatis angulato-denticulatis petiolulatis; superiorum oblongo-linearibus subdentatis integrisve; terminali latiore, petalis calyce duplo longioribus oblongo-obovatis in unguem sensim angustatis, siliquis pedicellisque patulis, stylo crasso siliquae latitudine duplo breviore, caulibus adscendentibus.

Besser *Enum.* p. 72. Nro. 1562. — Eichw. *Skisse* p. 178.

Hab. in Volhynia! (Besser), Podolia (Eichw.) ⊙.

Tota planta fere glabra. Segmenta foliorum omnium evidentius longiusque petiolulata; inferiorum magis orbiculata; superiorum latiora integerrima aut subinde dente unico obtusissimo instructa. Caules adscendentes, minus foliati.

14. *C. purpurea* (Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 20) parce hirsuta, foliis subpinnatisectis: segmentis subquinis (rarius ternis); terminali maximo suborbiculato subtrilobo subcordato aut cuneato; lateralibus subellipticis integerrimis suboppositis decurrentibus, petalis calyce duplo vel triplo longioribus late obovatis (siliquis junioribus glabris subverrucosis).

C. purpurea. Hook. et Arnot. in Beechey's *Voyage* p. 121. — Hook. *Fl. bor. amer. I*, p. 44.
C. Eschscholtziana. Andrz. *ined.*
Hab. in ins. St. Laurentii! (Chamiss., Eschscholtz.) et ad sinum Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn.) ♃.

15. *C. digitata* (Richards. *in* Frankl. *I. Journ. ed. 2 App.* p. 26) **caule basi repente adscendente, foliis pinnatisectis: segmentis inferiorum septenis approximatis; superiorum quinis aut ternis remotioribus; omnibus linearibus integerrimis sessilibus, petalis obovatis calyce duplo longioribus, stylo brevi vix siliqua tenuiore, stigmate capitato.**

C. digitata. Dec. *Prodr. I*, p. 153. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 19. — Hook. *Fl. bor. amer. I*, p. 45.
C. oxyphylla. Andrz. *ined.*
Hab. ad sinum St. Laurentii! (Chamiss., Eschscholtz.) ♃.

16. *C. parviflora* (L. Sp. 919) **foliis omnibus pinnatisectis subconformibus multijugis: segmentis integerrimis versus basin attenuatis sessilibus; foliorum inferiorum oblongis; superiorum linearibus; terminali subaequali, petiolis exauriculatis, racemis fructiferis elongatis, siliquis in pedicello patentissimo erectis.**

C. parviflora. Dec. *Prodr. I*, p. 152. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 39. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 179. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 136.
Sisymbrium pinnis foliorum pinnatis, pinnulis linearibus, glaberrimis. Gmelin *Fl. sib. III*, p. 270. Nro. 37. t. 64.
Hab. in Rossia australi [pr. Kiew (Trautvetter *in litt.*), ad Tanain (Henning), pr. Astrachan! (Blum.), inter Sallian et Lenkoran! (C. A. Meyer, Hohenack.)], in Sibiria inter fl. Ural et Ob (J. G. Gmel.), Altai! (Fl. alt.), in Davuria (Turcz. *in litt.*) ⊙.

17. *C. impatiens* (L. Sp. 914) **foliis omnibus pinnatisectis multijugis: segmentis inferiorum ovatis 3—5fidis petiolulatis; superiorum oblongo-lanceolatis margine posteriore dentatis sessilibus; terminali majore, petiolis foliorum caulinorum sagittato-auriculatis.**

C. impatiens. Dec. *Prodr. I*, p. 152. — Londes *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. I*, p. 282. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 436. — Jundz. *Fl. lith.* p. 200. — Mart. *Fl. mosq.* p. 114. — Prytz *Fl. fenn. breviar.* p. 57. — Besser *Enum.* p. 27. Nro. 820. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 40. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 179. — Eichw. *Skizze* p. 178. — Ej. *casp. cauc.* p. 22. 26. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 67. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 136. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 232.
C. chelidonia. S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108?
C. apetala. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 67. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 239.
Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz)], media [Petropoli (Weinm.), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lind.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.). Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Londes, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exsicc.*)] et australi [pr. Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser), Caucasus pr. Wladikawkas (M. a Bieb.), Ossetia (Koch. *in litt.*), promontor. caucas. occident. alt. 500 hexap. (C. A. Meyer), Mingrelia! Somchetia et Kachetia! (Eichw.), pr. Derbent? (S. G. Gmel.), m. Kaischaur. alt. 1100 hex. (C. A. Meyer), pr. Elisabethpol. et Lenkoran (Hohenack.), mont. Talüsch. alt. 500—800 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)] inque Sibiria altaica! (Fl. alt.) ⊙.

β. eriocarpa: siliquis pilosiusculis. Dec. *l. c.*
C. dasycarpa. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 437.
Hab. in Iberia occidentali ⊙.

18. *C. macrophylla* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 484) **foliis omnibus**

pinnatisectis: segmentis grosso serratis: serraturis mucronatis; foliorum inferiorum ovatis; superiorum oblongis acuminatis, petalis calyce triplo longioribus, siliquis glabris vel subhispidis erectis pedicello longioribus, stylo elongato subulato, stigmate capitato.

C. macrophylla. Dec. *Prodr. I*, p. 152. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 38. — Ej. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 146. — Fisch. et Meyer *Ind. II. h. petropol.* (1835) p. 32. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 124.
C. chelidonia. Pall. *It. III*, p. 34. 316. — Lepech. *It. I*, p. 243? — Georgi *It. I*, p. 224. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1128; *Zus.* p. 286.
Sisymbrium foliis pinnatis, pinnis ovatis serratis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 269. Nro. 35. t. 62.

Hab. pr. Saratow? (Lepech.), in Sibiria uralensi arctica infra Obdorsk (Sujef ex Pall.), Altai! (Fl. alt.), ad Jeniseam pr. Mangusea (J. G. Gmel.) et Baikal! (Georgi, Turcz., Schtschukin) ♃.

19. *C. petiolaris* (Dec. *Syst. II*, p. 264. — *Prodr. I*, p. 152) foliis longe petiolatis glabris pinnatisectis: segmentis 9—10petiolulatis ovatis vel suborbiculatis dentatis sublobatis, petalis calyce duplo longioribus, siliquis erectis, stylo brevissimo crasso, stigmate subsimplici (ex Dec.; capitato ex icone Deless.).

C. petiolaris. Deless. *Ic. sel. II*, t. 30. f. B.
C. chelidonia. S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108?
Hab. in Caucaso septentr. pr. Mosdok (Goldbach ex Dec.)

54. Dentaria. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 154. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 41. — Koch. *Syn.* p. 45. — Meisn. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 10. — Endlicher *gen.* p. 866.

Siliqua lanceolato-linearis: valvulis planis, enerviis aut rudimento nervi obsoleto ad basin notatis, saepe elastice dissilientibus. Funiculi umbilicales alato-dilatati. Semina in quoque loculo uniserialia. Calyx basi aequalis.

§. 1. *Foliis palmatisectis.*

1. *D. glandulosa* (Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hung. III*, p. 302. t. 272) foliis ternis petiolatis trisectis inter segmenta acuminata inaequaliter serrata glanduliferis, staminibus corolla dimidio brevioribus.

D. glandulosa. Dec. *Prodr. I*, p. 155. — Besser *Enum.* p. 27. Nro. 816. — Eichw. *Skizze* p. 178.
Hab. in Podolia australi! (Andrz. ex Besser, Eichw.) ♃.

2. *D.? digitata* (Lam. *Encycl. II*, p. 278) foliis 3—4 alternis petiolatis 5sectis; superioribus sub3sectis: segmentis acuminatis inaequaliter serratis.

D. digitata. Dec. *Prodr. I*, p. 155. — Höfft. *Cat. Kursk.* p 44.
Hab. pr. Kursk? (Höfft) ♃.

§. 2. *Foliis pinnatisectis.*

3. *D. quinquefolia* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 109; *III*, p. 436) foliis subtribus alternis verticillatisve pinnatisectis: segmentis 5—7 oblongo-linearibus serratis; terminalibus ad basin usque sectis vel confluentibus.

D. quinquefolia. Dec. *Prodr. I*, p. 155. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 180. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 136.

D. pentaphyllos. Güld. *It. I*, p. 194. 420. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1127.
D. caucasica. Willd. *herb.* Nro. 11,952.
D. pinnata. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *l. c.* — Bess. *Enum.* p. 27. et 71. Nro. 819. (teste cl. auct.)
D. hypanica. Dec. *Prodr. I*, p. 155. — Besser *Enum.* p. 27. Nro. 817. — Eichw. *Skizze* p. 178.

Hab. in Podolia ad Hypanin! (Andrz. ex Bess., Eichw.), in Tauria! (Pall., M. a Bieb.), ad fl. Terek (Güldenst.). in Caucaso (M. a Bieb., Güldenst.), Iberia! (Wilhelms *miss.*), Somchetia (Koch. *in litt.*), pr. Elisabethpol (Hohenacker), prov. Talüsch alt. 1—1300 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.) ♃.

4. *D. bulbifera* (L. Sp. 912) foliis pluribus alternis; inferioribus pinnatisectis; supremis indivisis, plerisque in axillis bulbilliferis.

D. bulbifera. Dec. *Prodr. I*, p. 155. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 65. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 237. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 108. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 59. — Besser *Enum.* p. 27. Nro. 818. — Luce *Fl. osil.* p. 415. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 44. — Eichw. *Skizze* p. 178.

Hab. in Rossia media [Fennia australis (Prytz), Livonia!, ins. Osilia! (Luce), Lithuania (Gilib., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft.)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.), Caucasus! (M. a Bieb., Nordm.) ♃.

5. *D. bipinnata* (C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 179) foliis 2—3 alternis bipinnatisectis: segmentis oblongis integerrimis.

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis alt. 1400 hexap.! (C. A. Meyer) ♃.

6. *D. microphylla* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 479) foliis 2—3 alternis pinnatisectis: segmentis 7—11 lineari-oblongis integerrimis aut 1—2-dentatis.

D. microphylla. Dec. *Prodr. I*, p. 156. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 108; *III*, p. 436. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22.
D. enneaphylla. Güldenst. *It. I*, p. 421. — Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs III*, 4. p. 1127; *Zus.* p. 286.

Hab. in Caucaso iberico! (Güldenst., M. a Bieb., Eichw., Steven in herbar. Zeyheri) ♃.

7. *D. tenuifolia* (Ledeb. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V*, p. 547) radice filipendulina, foliis radicalibus 3sectis: segmentis laciniatis; caulinis alternis pinnatisectis: segmentis 3—5 sublinearibus integerrimis vel obtuse serratis incisisve.

D. tenuifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 156. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 43. — Hook. *Fl. bor. amer. I*, p. 46.
D. trifida. Lam. *Illustr.* t. 562. f. 2. — Poiret. *Encycl. Suppl. II*, p. 465.
D. microphylla. Georgi *Beschr. d. Russ. R. Zus.* p. 286. (excl. synon. Willd.)
Cardamine tenuifolia. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 120.
Cardamine foliis trifidis acutis, laciniis integris vel incisis, caule erecto. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 272. Nro. 41. t. 65. (excl. syn. Tournef.)

β. floribus majoribus.

Cardamine grandiflora. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 119. (teste cl. auct.)

Hab. in Sibiria uralensi (Fisch. ex Dec.), altaica! (Fl. alt.), baikalensi! (J. G. Gmel., Demidow et Patrin ex Dec., Turcz., Schtschuk.), Davuria! (Turcz.), Sibiria orientali ad Lenam! (J. G. Gmel.) ♃.

55. Parrya. R. Br.

In Parry's *Voyage. App.* p. 268. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 46. — C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 27. — Meisn. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 11. — Endlicher *gen.* p. 865.

Siliqua supra torum sessilis, elongata, lineari-oblonga: valvulis

planis, nervoso-venosis; placentis filiformibus inclusis. Funiculi umbilicales subalati, dissepimento adnati vel liberi. Stigma bifidum vel indivisum. Semina biserialia. Calyx basi subaequalis.

Sect. I. *Neuroloma.* Andrz. (Dec. *Prodr. I*, p. 156). Stigma bifidum: lobis conniventibus. Semina late marginata, testa corrugata, funiculis basi septo adnatis. — Scapi racemo terminati.

1. *P. Linnaeana:* foliis ellipticis in petiolum brevem attenuatis supra medium obtuse inaequaliter serratis, scapo foliis sublongiore, pedicellis vix calycis longitudine, petalorum lamina emarginata, antheris ovatis.

Hesperis arabidiflora. Dec. *Syst. II*, p. 454.
Neuroloma arabiflorum. Dec. *Prodr. I*, p. 156.
Cardamine nudicaulis. Pall. *in herb.* Willd.
Arabis grandiflora. Willd. *Spec. pl. III*, p. 534. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1137.
Arabis latifolia. Willd. *herb.* Nro. 12,161.
Arabis caule nudo. Linn. *Amoen. acad. II*, p. 358. f. 20. — Gmel. *Fl. sib. III*, p. 264. Nro. 25.

Hab. in Kamtschatka! (Steller ex Gmel., Linn.; Pall. in herb. Willd.) ♃.

2. *P. macrocarpa* (R. Br. in Parry's *1. Voyage. App.* p. 270. — *Vermischte Schrift. I*, p. 379) foliis spathulato- vel lineari-oblongis in petiolum ipsorum longitudine attenuatis inaequaliter serratis vel incisis integerrimisve, scapo foliis duplo triplove longiore, pedicellis calycem superantibus, petalorum lamina obovata subretusa, antheris linearibus.

P. macrocarpa. Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 18. — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage* p. 121. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 47. f. 15. (excl. synon. Neurol. arabidifl. Dec. cum synon.)
Cardamine nudicaulis. L. Spec. p. 913. — Pall. *It. III*, p. 33. 316. — Georgi *It. I*, p. 224. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1128.
A. tatarica (An A. nudicaulis. L.?). Pall. *It. II*, p. 676.
Arabis siliculosa. Lam. *Encycl. meth. I*, p. 221? — Dec. *Syst. II*, p. 244? — *Prodr. I*, p. 149?
Arabis Gmelini davurica. Willd. *herbar.* Nro. 12,160.
Arabis nudicaulis. Dec. *Syst. II*, p. 240.
Hesperis scapigera. Dec. *Syst. II*, p. 454.
Cheiranthus scapiger. Adams *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. V*, p. 112. Nro. 18.
Neuroloma nudicaule et scapigerum. Dec. *Prodr. I*, p. 156.
Neuroloma Adamsiana et Haleniana. Andrz. *ined.*
Cardamine foliis ex lineari lanceolatis, sinuato-dentatis, caulibus nudis, siliquis compressis, inter semina strictis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 273. Nro. 43.

Hab. in terrae Samojedarum reg. arctica (Schrenk *in litt.*), ad sinum caricum m. glacialis (Sujef ex Pall.), ad Jeniseam (Pall.), ad lacum Baikal in alpe Kawokta inter fl. Bargusin et Angaram superiorem! (Georgi, Turcz. *in litt.*), in alpibus Davuriae et plaga arctica Sibiriae! (Pall. in Willd. *herb.*), inter Irkutzk et Ochotzk! (J. G. Gmel., Turcz. *in litt.*), ad sinum! et in ins. St. Laurentii! (Chamiss., Eschscholtz.), Korjäginsk! (Mertens), ad sinum Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn.) ♃.

Folia angustiora longius petiolata, scapus magis elongatus, pedicelli longiores, flores majores magis distantes, petalorum laminae angustiores subretusae nec emarginatae et antherae lineares hanc speciem ab antecedente distinguunt.

Sect. II. *Leiospora.* C. A. Meyer. Stigma bifidum: lobis conniventibus. Semina immarginata, laevia, funiculis liberis. — Pedunculi radicales uniflori.

3. *P. exscapa* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 28) foliis spathulatis obtusis obtuse serratis integerrimisve, pedunculis radicalibus glaberrimis, antheris linearibus, siliquis apice acutis.

P. exscapa. Ledeb. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 86.

Hab. in summis alpibus altaicis ad fl. Kurai et Tschegan in fl. Tschuja influentes! (Fl. alt.) ♃.

Sect. III. *Haplostigma.* Stigma indivisum. Semina immarginata, laevia, funiculis liberis. — Caules paucifolii, racemo terminati.

4. *P. Ermani*: foliis utrinque dense tomentosis: radicalibus cuneatis subtrilobis; caulinis paucis; supremis oblongis integris . . . . . .

Draba? parryoides. Chamisso *in Linnaea VI*, p. 533. — Erman *Verz.* Nro. 110. tab. 17.

Hab. in Kamtschatkae rupestribus montis ignivomi Schiwelutsch 4000 ped. supra mare! (Erman in herb. reg. berolin.) ♃.

5. *P. microcarpa*: caulibus foliisque oblongis integerrimis setis bipartitis adpressis strigosis, pedicellis calycem superantibus, petalorum lamina rotundata subretusa, antheris suborbiculato-ellipticis.

Draba grandiflora. C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 74. — Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 267. — Bunge *Enum. alt.* p. 54.
Eutrema piliferum. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 171. (teste cl. auct. in litt.)
Pachyneurum grandiflorum. Bunge *Ind. sem. h. dorpat.* p. a. 1839.

Hab. in summis alpibus ad fl. Tschuja Sibiriae altaicae! (Fl. alt.) et in alpe Nuchu-Daban reg. baikalensis (Turcz.) ♃.

Hujus sectionis species nonnisi stigmate indiviso a reliquis Parryae speciebus differunt.

56. Macropodium. R. Br.

Dec. *Prodr. I*, p. 149. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 30. — Meisn. *gen.* p. 10. — *Comment.* p. 11. — Endlicher *gen.* p. 865.

Siliqua supra torum manifeste stipitata, oblongo-linearis; valvis planis, uninerviis; placentis dorso obtusis. Funiculi umbilicales subulati, liberi. Semina uniserialia, submarginata. Calyx laxus, basi aequalis.

1. *M. nivale* (R. Br. *in Hort. Kew. ed. 2. IV*, p. 108) perenne, foliis radicalibus oblongis longe petiolatis inaequaliter serratis, caulinis superioribus subsessilibus subintegerrimis, floribus brevissime pedicellatis, petalis linearibus apicem versus latioribus.

M. nivale. Dec. *Prodr. I*, p. 149. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 32. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 117.
Cardamine nivalis. Pall. *It. II*, p. 568. *app.* 746. Nro. 113. t. U.
Arabis nivalis. Spreng. *Syst. II*, p. 893.
Hab. in alpinis et subalpinis altaicis! (Pall., Fl. alt.) et baikalensibus! (Turcz.) ♃.

Tribus II. Alyssineae.

Silicula bivalvis, rarius indehiscens: septo lato; valvis septo parallelis, planis vel convexis. Cotyledones planae, septo parallelae, rarissime contrariae.

57. Lunaria. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 156. — Koch. *Syn.* p. 61. — Meisn. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher *gen.* p. 866.

Silicula elliptica vel oblonga, supra torum longe stipitata, a dorso plano-compressa. Funiculi umbilicales elongati, dissepimento aduati. Semina alato-marginata. Filamenta edentula.

1. *L. rediviva* (L. Sp. 911) siliculis elliptico-oblongis utrinque acutis, seminibus reniformibus longioribus sua latiquam.

L. rediviva. Dec. *Prodr. I*, p. 156. — Gorter *Fl. ingr.* p. 103. — Falk. *Beitr. II*, p. 215. — Stephan *Fl. mosq.* Nro. 443. — Mart. *Fl. mosq.* p. 114. — Besser *Enum.* p. 26. Nro. 815. — Eichw. *Skizze* p. 178. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov* p. 229.
L. flagrans. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 48. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 226.
L. annua. Jundz. *Fl. lith.* p. 194.

Hab. in Rossia media [Petropoli (Gorter), Livonia et Curonia! (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Twer (Falk.), Mosqua (Stephan, Mart.)] et australi [Podolia (Eichw.)] inque Sibiria uralensi [Jekaterinburg (Uspenski), provinc. Iset (Falk.) ♃.

58. Brachypus. m.

Silicula obovata vel elliptica, supra torum manifeste stipitata, a dorso plano-compressa. Funiculi umbilicales liberi. Semina alato-marginata. Filamenta breviora intus infra medium dente aucta. Calyx basi bisaccatus.

A Lunaria differt funiculis umbilicalibus liberis et filamentis brevioribus intus dente auctis; a Selenia Nutt. hac ultima nota, calyce basi bisaccato, siliculae valvis minime reticulatis nec subinflatis et seminibus margine membranaceo lato cinctis; a reliquis Alyssineis silicula supra torum manifeste stipitata.

1. *B. asper.*

Hab. in Armenia! (Szovits ex Steven, qui mecum benevole communicavit nom. „Farsetia e Szovitsianis ex Armenia") ♃ ?

Caulis fere bipedalis, simplex, pilis stellatis adpressis subincanus, asper, inferne densius, superne rarius foliatus. Folia sparsa, latolinearia, versus basin attenuata, canaliculata, subtus costa media valde prominente, superficie caulis, inferiora 4—5 pollices longa, 1½—3 lineas lata, superiora breviora, integerrima, subinde mox supra basin uno latere lacinia elongata (pollice longiore) lineari aucta. Racemus terminalis, 9pollicaris vel longior. Flores pedicellati. Pedicelli sub anthesi calyce parum breviores, demum longiores, una cum rachi superficie caulis. Calyx tetrasepalus, clausus: sepalis superficie caulis; lateralibus basi saccatis. Corollae petala unguiculata: ungue flavo vel albido; lamina obovata, purpurascente; duo exteriora videntur majora. Silicula bivalvis,

supra torum stipitata, obovata vel subelliptica, squamulis adspersa: valvis planis vel parum convexis; dissepimento tenui, enervi, persistente, stylo coronato filiformi, ipsius fere longitudine, stigmate capitato subbilobo terminato. Ovula in quovis loculo subquatuor, quorum unum (vel alterum?) ad maturitatem pervenit, reliquis abortientibus. Semina ala lata membranacea cincta. Funiculi umbilicales liberi.

59. Farsetia. Turra.

Dec. *Prodr. I*, p. 157. — Meisn. *gen* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher *gen.* p. 867.

Silicula sessilis, ovalis seu orbiculata: valvis planis. Funiculi umbilicales liberi. Semina marginata. Filamenta edentula vel minora intus dentata. Calyx basi subbisaccatus. Petala integra.

1. *F. clypeata* (R. Br. *in Hort. kew. ed. 2. IV*, p. 96) caulibus herbaceis erectis, foliis oblongis repandis, siliculis pube brevi velutinis, stigmate capitato.

F. clypeata. Dec. *Prodr. I*, p. 158. — Eichw. *casp. cauc.* p. 27.
Alyssum clypeatum. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1126. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 107.
Hab in Tauria meridionali! (Pall., M. a Bieb.), Somchetia et Kachetia! (Eichw.) ⊙.

60. Meniocus. Desv.

Dec. *Prodr. I*, p. 165. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 44. — Meisn. *gen.* p. 11. — Endlicher *gen.* p. 867.

Silicula sessilis, elliptica, planissima, polysperma. Funiculi umbilicales liberi. Semina immarginata. Filamenta omnia intus squamula aucta. Calyx basi aequalis. Petala integra.

1. *M. linifolius* (Dec. *Syst. II*, p. 325. — *Prodr. I*, p. 165).

M. linifolius. Deless. *Ic. sel. II*, t. 42. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 45. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 180. — Eichw. *Skizze* p. 178. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. 27. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 251. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 137.
Alyssum linifolium. Stephan in Willd. *Spec. pl. III*, p. 467. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 107: *III*, p. 435. — Besser *Enum.* p. 26. Nro. 801.
Farsetia linifolia. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 241.
Alyssum an minimum? Pall. *It. II*, p. 451; *App.* p. 741. Nro. 116.
Hab. in Rossia australi [Podolia austr. (Andrz. ex Bess., Eichw.), ad Tanain (Henning), in deserto casp.! ubique (Claus), ad ostia Wolgae! (Eichw.), in Tauria! et Caucaso! (M. a Bieb.), Somchetia! (Eichw., Koch. *in litt.*), Kachetia (Eichw.), pr. Elisabethpol (Hohenack.) et Baku (C. A. Meyer), prov. Talüsch (Hohenack.), Armenia (Koch. *in litt.*)], inque Sibiria altaica! (Pall., Fl. alt.) ⊙.

61. Berteroa. Dec.

Dec. *Prodr. I*, p. 158. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 46. — Meisn. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher *gen.* p. 867.

Silicula sessilis, elliptica vel suborbiculata, compressa, polysperma: valvulis planis vel convexiusculis. Funiculi umbilicales liberi. Semina marginata. Filamenta omnia basi intus callo instructa. Calyx basi aequalis. Petala limbo bifido.

1. *B. incana* (Dec. *Syst. II*, p. 291. — *Prodr. I*, p. 158) caule ramoso, siliculis ellipticis pubescentibus, valvulis convexis, seminibus anguste marginatis.

B. incana. Höfft. *Cat. Kursk.* p. 43. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 47. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 180. — Eichw. *Skizze* p. 178. — Ej. *casp. cauc.* p. 1. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 256. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 65. — Wirzén *Casan.* Nro. 41.

Alyssum incanum. Gorter *Fl. ingr.* p. 103. — S. G. Gmel. *It. II*, p. 196. — Georgi *It. II*, p. 713. 807. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 51. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 228. — Ferber in Fisch. *Livl. Zus.* p. 156. — Falk. *Beitr. II*, p 215. — Güldenst. *It. I*, p 60. 111. 194; *II*, p. 20. 39. 56. 65. 69. 85. 141. 147. 163. 166. 173. 177. 187. 192. 202, 203. 205. 208. 210. 235. 269. 273. 278. 291. 297. 303. 307, 308. 312. 319. 327. 329. 339. 341. 344. 375. 404. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 441. — Clark. *It. I*, p. 216. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 104. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 195. — Mart. *Fl. mosq.* p. 113.

Moenchia incana. Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 809.

Farsetia incana. Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 229.

Thlaspi fruticosum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 120.

Alyssum caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 251. Nro. 5.

Hab. in Rossia media [in omni Rossia (Falk.), Petropoli (Gorter, Weinm.), Livonia! (Fleisch. et Lindem.), Curonia (Ferber, Fisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Bess.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exsicc.*), Woronesch (Clark.), Kasan (Georgi, Wirzén), Ufa (Georgi)] et australi [pr. Kiew! (Güldenst., Trautv. *in litt.*), Podolia! (Besser), Ucrania et Jekaterinoslaw (Güld.), ad Tanain (Güld., Henning) et Wolgam (Claus), pr. Astrachan (S. G. Gmelin, Eichw.), in Tauria (M. a Bieb.), ad fl. Terek (Güld.), in Caucaso (M. a Bieb.), in Beschtau alt. 210 hexap., ad acidulam Narzana alt. 400 hexap. et pr. Grosnaja (C. A. Meyer), Tiflis (Koch *in litt.*)] inque Sibiria usque ad fl. Irtysch (Falk), uralensi pr. Jekaterinburg (Uspenski), altaica! (Fl. alt.) et baikalensi (J. G. Gmelin). ⊙. ♃.

Var. 1) pubescentia sparsa et hinc planta magis viridis (B. viridis. Tausch. — Reichenb. *Fl. excurs.* Nro. 4285). Prope Kiew (Trautv. *in litt.*).

2) flore pleno. Prope Wilna (Eichw. *l. c.*).

2. *B. spathulata* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 48) caudiculo basi fruticuloso: caulibus omnis simplicissimis, siliculis ovato-suborbiculatis glaberrimis, valvulis planiusculis, seminibus late marginatis.

Alyssum spathulatum. Dec. *Prodr. I*, p. 160 (excl. syn. Adams). — Deless. *Ic. sel. II*, t. 37. — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. Zus.* p. 286.

. Clypeola Schangini. Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 274.

Clypeola spec. elegans cinerea. Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 76.

Clypeola altaica. Schangin *Msc.*

Hab. in montosis deserti soongoro-kirghisici! (Schangin, Sievers, Fl. alt.). ♃.

3. spec. nov. procumbenti Portenschlag aff. in Letschkum leg. cl. Koch (*in litt.*).

62. Vesicaria. Lam.

Dec. *Prodr. I*, p. 159. — Koch. *Syn.* p. 58. — Meisn. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher. *gen.* p. 867.

Silicula sessilis, inflata, globosa vel ellipsoideo-globosa polysperma: valvulis hemisphaericis vel convexis. Funiculi umbilicales basi dissepimento adnati. Semina marginata vel immarginata. Stamina, praecipue breviora, basi intus dente obtuso incrassata. Calyx basi aequalis. Petala integra vel subemarginata.

1. *V. digitata* (C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 180) annua, glaberrima, glauca, foliis radicalibus obovatis subintegerrimis; caulinis sessilibus cuneiformibus apice incisis: lobis 3—5 linearibus integerrimis, siliculis obovatis.

Hab. in alpibus Caucasi orientalis Tufandagh alt. 1500 hexap. (C. A. Meyer). ☉.

63. Schivereckia. Andrz.

Dec. *Prodr. I*, p. 160. — Meisn. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher. *gen.* p. 868.

Silicula sessilis, elliptica, polysperma: valvulis convexis, medio longitudinaliter subdepressis. Funiculi umbilicales liberi. Semina compressa, immarginata. Stamina breviora filiformia; longiora membranaceo-dilatata, dente aucta. Calyx laxus, aequalis. Petala integra.

1 *S. podolica* (Andrz. in Dec. *Syst. II*, p. 300. — *Prodr. I*, p. 160. — Deless. *Ic. sel. II*, t. 36. — Eichw. *Skizze.* p. 178.

Alyssum podolicum. Besser. *Cat. h. cremen.* p. a. 1816. p. 8. — *Suppl. III*, p. 2.
Moenchia podolica. Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 810.
Draba uralensis. Willd. *herb.* Nro. 11,796.

Hab. in Volhynia (Stev., Eichw.), Podolia (Besser, Eichw.), inque mont. uralensibus et in provincia Iset! (Pall. *in herb.* Willd.) ♃.

Cl. Besser *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 211. in nota adjecit: „Moneo plantam, quam Andrzejowscius l. c. ex insulis inter Asiam ex Americam a cl. Eschscholtzio communicatam, eandem cum nostra esse, putavit, me demum pro distincta specie agnosse." Inter plantas vero cruciferas, quas am. Eschscholtz. cl. Andrz. ad determinandum communicavit, unam invenio in Kamtschatka lectam, cui vir cl. propria manu „Schivereckia contorta. mihi" adscripsit, quaeque, staminibus gaudens edentulis, a Draba boreali non differre videtur. Dubius ergo sum de planta, cujus mentionem facit cl. Besser.

64. Aurinia. Desv.

Journ. bot. III, p. 162. — Endlicher. *gen.* p. 868.

Silicula sessilis, suborbicularis: loculis 2—4- (rarius abortu 1-) spermis; valvulis planis. Funiculi umbilicales liberi. Semina marginata. Stamina omnia basi intus dente culloso aucta. Calyx patulus, basi aequalis. Petala apice emarginata.

1. *A. saxatilis* (Desv. l. c.) caudiculis basi fruticulosis, caulibus annuis apice racemoso-ramosis, racemis paniculatis fructiferis abbreviatis, petalis lato-emarginatis, siliculis glabris, loculis biovulatis, foliis caudiculorum oblongis in petiolum attenuatis mollissimis.

Alyssum saxatile. Dec. *Syst. II*, p. 302. — Ej. *Prodr. I*, p. 160.
β. petraea: petalis subintegris.
A. petraeum. Andrz. ap. Dec. l. c.
A. saxatile. Besser. *Cat. h. cremen.* p. a. 1816. — Ej. *Enum.* p. 26. et 71. Nro. 808. — Eichw. *Skizze.* p. 178. — Wirzén. *Casan.* Nro. 42?

Hab. *α* ad cataractas Borysthenis (Pall. *in herb.* Willd. ex Stev. ap. Dec.); *β.* in Podolia (Besser, Eichw.), pr. Kasan? (Wirzén). ♃. ♄.

65. Psilonema. C. A. Meyer.

in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 50. — Meisn. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher. *gen.* p. 868.

Silicula sessilis, elliptica, compresso-subglobosa: loculis dispermis; valvulis convexis. Funiculi umbilicales liberi. Semina immarginata. Stamina simplicia. Calyx erectus, basi aequalis. Petala emarginata.

1. *P. calycinum* (C. A. Meyer *in Bullet. de l'Acad. des scienc. de St. Petersburg. VII*, p. 132) calycibus subpersistentibus, glandulis hypogynis elongatis, silicula pilis stellatis minutis adspersa suborbiculata emarginata disco convexa margine plana, stylo brevissimo.

α. calycibus persistentibus.

A. calycinum. L. Sp. 908 (excl. staminum descriptione. — Cfr. Koch. *Deutschl. Fl. IV*, p. 586. in nota ad A. campestre). — Dec. *Prodr. I*, p. 163. — Pall. *It. I*, p. 184; *III*, p. 515. 653. — Falk. *Beitr. II*, p. 215. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 442. — Mart. *Fl. mosq.* p. 113. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 181. — Eichw. *Skizze.* p. 178. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 251. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 137.

A. campestre. Besser. *Enum.* p. 26. et 71. Nro. 800 (Trautv. *in litt.*). — Eichw. *Skizze.* p. 178.

Hab. in Rossia media [Lithuania (Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Steph., Mart.), Tambow et Pensa (Falk), Simbirsk (Pall., Claus)] et australi [Kiew (Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser), ad Wolgam (Pall.), in promontorio caucasico alt. 450—600 hexap. (C. A. Meyer), pr. Helenendorf (Hohenack.), in mont. Talüsch! (C. A. Meyer). ⊙.

Variat caule diffuso ramosissimo, omnibus partibus duplo minoribus! (Legi in gub. Cherson inter Odessa et Nikalajew).

β. calycibus subdeciduis, fructibus majoribus.

A. campestre. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 105.

Hab. in Caucaso occidentali-septentrionali ad fl. Kuban et in Somchetia! (M. a Bieb., Steven, C. A. Meyer). ⊙.

2. *P. dasycarpum* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 51) calycibus deciduis, glandulis hypogynis minutis, silicula pilis stellatis dense pubescente orbiculato-elliptica disco convexissima margine angusto plano circumdata, stylo elongato.

P. dasycarpum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 202. — C. A. Meyer *in Bullet. de l'Acad. des scienc. de St. Petersburg. VII*, p. 133.

Alyssum dasycarpum. Stephan in Willd. *Spec. pl. III*, p. 469. — Dec. *Prodr. I*, p. 163. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 435. in nota. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 180. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 252. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 137.

Alyssum sibiricum. Trevir. *in berl. Mag. d. Ges. naturforsch. Fr. VII*, p. 151. t. 2. f. 14, 15 (non Willd.).

Hab. circa Orenburg! (Karelin), ad lacum Indersk! (Claus), pr. Astrachan! (Pall. *in herb.* Willd., M. a Bieb.), inter Wolgam et Kumam! (Stephan *in herb.* Willd.), in mont. Talüsch (C. A. Meyer, Hohenack.), litt. orient. m. caspii! (Karelin), inque deserto soongoro-hirghisico! (Fl. alt.). ⊙.

66. Alyssum. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 160 (Sect. I. Adyseton excl. spec. plur.). — C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 53. — Meisner. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher. *gen.* p. 868.

Silicula sessilis, suborbiculata, apice retusa, compressa: loculis dispermis; valvulis disco convexis, limbo planis. Funiculi umbilicales

basi membranaceo-dilatati, dissepimento adnati. Semina submarginata. Stamina omnia vel nonnulla membranula appendiculata. Calyx erectus, basi aequalis. Petala integerrima vel emarginata.

§. 1. Perennia aut fruticulosa.

1. ***A. atlanticum*** (Desf. *Fl. atl. II*, p. 71. t. 149) caulibus basi fruticulosis adscendentibus foliisque oblongis incano-argenteis, racemis terminalibus simplicibus, siliculis suborbiculatis ellipticisve pilis stellatis minutis adspersis, seminibus immarginatis.

A. atlanticum. Dec. *Prodr. I*, p. 161.

Hab. in Rossia! (Lessing *in herb. reg. berolin.* — Specimen fructiferum). ♄. ♃.

Exacte convenit cum icone citata.

2. ***A. Fischerianum*** (Dec. *Syst. II*, p. 311. — *Prodr. I*, p. 162) caulibus herbaceis basi demum suffruticosis adscendentibus, foliis subincanis hirsutiusculis subasperis oblongis vel oblongo-linearibus; inferioribus subspathulatis, racemis terminalibus simplicibus, siliculis suborbiculatis vel obovatis pilis stellatis minutis raris adspersis; adultis subglabris, seminibus angustissime marginatis.

A. lenense. Dec. *Prodr. I*, p. 161 (excl. synon. A. imbricati. Schlechtend.)? — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 127.

A. Fischerianum. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 125.

A. altaicum. C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 55. — Ledeb. *Icon. pl. Fl. alt.* t. 255. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 256.

A. montanum. Pall. *It. I*, p. 252; *II*, p. 14. 44. 457. 577; *III*, p. 194. 230. 315. 316. 653. — Georgi. *It. I*, p. 224; *II*, p. 715. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1126 (quoad pl. wolgens. et sibir.). — Falk. *Beitr. II*, p. 215. — Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 40.

A. davuricum. Willd. *in herb. reg. berol.*

Clypeola siliculis bilocularibus ovatis dispermis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 252. Nro. 6. (excl. synon.)?

α. dasycarpum: magis incanum, siliculis saepius suborbiculatis pube stellata obtectis.

β. leiocarpum: minus incanum, siliculis saepius obovato-orbiculatis; adultis subglabris vel glaberrimis, ovariis plerumque incanis.

Hab. in gubernio Orenburg (Pall., Georgi. Falk, Claus), ad Wolgam inferiorem (Pall., Falk.), in des. Calmuccorum (Falk.), pr. Omsk ad fl. Irtysch (Pall.), in regione altaica! (Pall., Schangin, Fl. alt.), pr. Krasnojarsk! (Turcz. *in litt.*), in regione baikalensi! (J. G. Gmelin, Turcz., Schtschukin) inque Davuria! (Pall., Turcz.). ♃. ♄.

3. ***A. montanum*** (L. Sp. 907) caulibus herbaceis prostratis vel adscendentibus demum basi suffruticosis, foliis incanis lanceolatis; inferioribus obovatis, racemis terminalibus simplicibus, siliculis ovalibus vel suborbiculatis pube stellata densa adpressa incanis, seminibus marginatis.

A. montanum. Dec. *Prodr. I*, p. 162. — Lepech. *It. I*, p. 197. — Güld. *It. I*, p. 111. — Clark. *It. I*, p. 216. 601. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 104. — Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 807. — Lucé *Fl. osil.* p. 414. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 181. — Eichw. *casp. cauc.* p. 29. — Ej. *Skizze.* p. 178. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 137. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 228.

Hab. in Rossia media [ins. Osilia! (Lucé), Livonia!, Curonia! (Fleischer et Lindem.), Lithuania (Eichw.), Volhynia (Besser), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Woronesch (Clark.), Kasan (Lepech.)] et australi [pr. Kiew! (Trautv. *in litt.*), Podolia (Besser. Eichw.), in gub. Cherson pr. Nikolajew (Clark.), ad Tanain (Güld., Henning), in Tauria! et Caucaso (M. a Bieb.), in

Caucaso occident. alt. 500—1000 hexap. (C. A. Meyer), pr. Alawersk (Eichw.), in provinc. Talüsch alt. 500—600 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.). ♃.

4. *A. hyperboreum* (L. Sp. 910) caulibus herbaceis caespitosis, foliis ellipticis grosse et acute dentatis subhirsutis, siliculis ellipticis.

A. hyperboreum. Dec. *Prodr. I*, p. 164.
Lunaria foliis ellipticis incondite dentatis. Kraschenınnikow *in n. Comment. Ac. petropol. I*, p. 380. t. 15. f. 1.

Hab. in ora occidentali Americae borealis (Steller ex Krasch.). ♃.

An potius Schivereckia species?

S. 2. Herbacea, annua aut biennia.

5. *A. umbellatum* (Desf. *Journ. bot. III*, p. 173. 184) caulibus herbaceis diffusis, foliis oblongo-linearibus vel subspathulatis pilis stellatis subincanis, floribus subumbellato-aggregatis, siliculis ellipticis pilis stellatis undique obtectis stylo duplo longioribus.

A. umbellatum. Dec. *Syst. II*, p. 312 (excl. syn. A. scabri Weinmann). — Ej. *Prodr. I*, p. 162.
A. brachystachyum. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 434.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb.). ⊙.

6. *A. rostratum* (Steven *in Mém. de l'Acad. de St. Petersb. III*, p. 295. t. 15) caule herbaceo erecto superne paniculato, foliis oblongis pilis stellatis subincanis subasperis, floribus in racemos demum longissimos dispositis, siliculis ellipticis pilis stellatis undique dense obtectis stylum subaequantibus.

A. rostratum. Dec. *Prodr. I*, p. 162. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 432. — Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 806. — Eichw. *Skizze.* p. 178. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 252.
A. cornutum. Stephan *herb.*

Hab. in Podolia australi! (Andrzej. ex Besser, Eichw.), Bessarabia (Steven, M. a Bieb.), pr. Odessam! (M. a Bieb.), in deserti caspii parte australiori (Claus), Tauria (M. a Bieb.), Caucaso! (Eichw.), Iberia! (Wilhelms), Imeretia! (Eichw.) ⊙.

7. *A. micropetalum* (Fisch. in Besser. *Cat. h. cremen.* p. a. 1816. p. 8) caule herbaceo erecto subramoso, foliis oblongis pilis, stellatis subincanis hirsutiusculis, floribus elongato-racemosis, siliculis orbiculatis pilis stellatis incano-pubescentibus stylo 2—3-plo longioribus.

A. micropetalum. Dec. *Prodr. I*, p. 163. — Deless. *Ic. select. II*, t. 39. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 181. — Eichw. *casp. cauc.* p. 25. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 243.
A. parviflorum. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 434.

Hab. in Tauria!, Somchetia! (M. a Bieb., Eichwald), Kachetia! (Eichwald), pr. Elisabethpol (Hohenacker) inque mont. Talüsch alt. 300—450 hexap. (C. A. Meyer) ⊙. ⊙.

β. procumbens: caulibus diffusis, siliculis latioribus quam longis, stylo brevissimo emarginatura vix longiore, sepalis tarde deciduis. M. a Bieb. l. c.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb.).

Var. *β.*, mihi tantum ex unico specimine, quod in summo Tauriae m. Tschatyrdagh legi, nota, species forsan est distincta.

8. *A. Szovitsianum* (Fisch. et Meyer. *Ind. IV. h. petropol.* [1837] p. 31) diffusum pube stellata subincanum, foliis anguste oblongis acutiusculis, racemis demum elongatis, siliculis maturis sursum imbricatis

ovato-ellipticis integerrimis stylo multo longioribus pilis stellatis adpressis canescentibus.

A. Szovitsianum. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 137.
A. strictum. C. A. MEYER. *Enum. cauc.* p. 181 (*excl. syn.*).
Hab. in mont. Talüsch! alt. 670 hexap. (C. a MEYER, HOHENACK) et in mont. Ararat (HOHENACK.) ⊙. ⊙.

A. confertum. Hort. berol. huic affine differt: racemo minus conferto; siliculis sursum non imbricatis, ratione longitudinis latioribus hinc suborbiculatis, pilis stellatis quidem adspersis, sed rarioribus minusque adpressis.

9. *A. minimum* (WILLD. *Spec. pl. III*, p. 464; non L.) pilis stellatis incanum setulisque subhirsutum, caulibus herbaceis subdiffusis, foliis oblongis sublinearibus; infimis obovatis, racemis demum elongatis, siliculis orbiculatis emarginatis glaberrimis stylo quadruplo longioribus pedicellum erecto-patulum superantibus.

A. minimum. DEC. *Prodr. I*, p. 163. — GEORGI. *It. I*, p. 224. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 105. 462 — BESSER. *Enum.* p. 26. Nro. 802. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 54. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 181. — EICHW. *Skizze.* p. 178. — Ej. *casp. cauc.* p. 1. 6. 22. 25. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 243. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 51. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 251. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 137. — C. A. MEYER *in Bullet. de l'Acad. de St. Petersb. VII*, p. 131.
Hab. in Rossia media [pr. Kasan et Orenburg (C. A. MEYER!)] et australi [pr. Kiew (TRAUTVETT. *in litt.*), Podolia! (BESSER *in herb. reg. berol.*, EICHW.), Ucrania (ANDRZ. ex BESS.), circa Odessam!, ad Tanain (HENNING), in deserto caspio (CLAUS), ad ostia Wolgae! (EICHW.), in Tauria (PALL., M. a BIEB.), Caucaso! (M. a BIEB.), Somchetia (EICHW., KOCH. *in litt.*), Kachetia et Mingrelia (EICHW.), pr. Elisabethpol (HOHENACK.) et Baku! (C. A. MEYER, EICHW.), ins. Sara m. casp.! (KIESERITZKY *miss.*), mont. Talüsch alt. 300—670 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.)] inque Sibiria altaica! (FL. ALT.) et baikalensi (GEORGI) ⊙.

10. *A. minutum* (SCHLECHTEND. *in herb.* WILLD. ex STEVEN in DEC. *Syst. II*, p. 316. — *Prodr. I*, p. 163) pilis stellatis setulisque basi ramosis incano-hirsutum, caulibus herbaceis subramosis, erectis vel adscendentibus, foliis oblongis; infimis obovatis, racemis demum elongatis, siliculis orbiculatis vel subellipticis subemarginatis glaberrimis stylo quadruplo longioribus pedicello patente brevioribus.

A. minutum. PALL. *It. III*, p. 653? — TRAUTVETT. *in Bullet. de l'Acad. de St. Petersb. VI*, p. 291. — C. A. MEYER. *ibid. VII*, p. 131.
Hab. pr. Zaritzyn? (PALL.), Kiew! (TRAUTVETT.), in Tauria et Somchetia (C. A. MEYER) ⊙.

11. *A. micranthum* (FISCH. et MEYER. *Ind. I. h. petropol.* [p. a. 1835] p. 22) pilis stellatis hirsutum subasperum, caulibus diffusis, foliis oblongis, racemis demum elongatis, filamentis longioribus anguste alatis edentulis; brevioribus a basi ultra medium late alatis bidentatis, siliculis orbiculatis vix emarginatis pilis stellatis subadpressis obsitis stylo 5—6-tuplo longioribus.

A. micranthum. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 137.
Hab. in Tauria (FISCH. et MEYER), Iberia! (WILHELMS *miss.*), in littore arenoso m. caspii pr. Lenkoran (HOHENACK.) ⊙.
β. siliculis minoribus. — Pr. Radscha (KOCH. *in litt*).
γ? scabrum. (WEINM. *Cat. h. dorpat.* p. a. 1810. p. 11) siliculis obovatis pilis stellatis densius obsitis pedicello brevioribus stylo quadruplo longioribus. — An spec. propria?

12. *A. campestre* (L. Sp. 909) pilis stellatis hirsutum subasperum, foliis incanis oblongis basin versus attenuatis; inferioribus obovatis, caulibus adscendentibus, racemis demum elongatis, filamentis longioribus anguste alatis edentulis; brevioribus basi alato-appendiculatis bidentatis, siliculis orbiculatis vix emarginatis pilis stellatis subpatentibus tuberculisque setiferis hirsutis stylo 3—4-plo longioribus.

A. campestre. Dec. *Prodr. I*, p. 163. — S. G. Gmelin. *It. II*, p. 196. — Falk. *Beitr. II*, p. 215. — Güldenst. *It. I*. p. 194. — Lucé. *Fl. osil.* p. 224? — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 252. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 137.

A. hirsutum? Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 243.

Hab. in ins. Osilia? (Lucé), pr. Odessam!, ad Tanain (Henning) et Wolgam inferiorem (Falk.), pr. Astrachan (S. G. Gmelin), ad fl. Terek (Güld.), pr. Elisabethpol (Hohenack.) inque prov. Talüsch (Hohenack.) ⊙.

13. *A. hirsutum* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 106; *III*, p. 433) pilis stellatis incanum hirsutum, caulibus adscendentibus apice ramosis, foliis oblongis; inferioribus obovatis, racemis demum elongatis, filamentis longioribus anguste alatis edentulis; brevioribus basi alato-appendiculatis bidentatis, siliculis orbiculatis vix emarginatis pilis stellatis raris setisque tuberculis insidentibus copiosis erectis elongatis hispidis stylo 2—3-plo longioribus.

A. hirsutum. Dec. *Prodr. I*, p. 163. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 21. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 181. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22. 25.

A. Draba. Willd. *Enum. h. berolin. II*, p. 672. — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. Zus.* p. 828.

Hab. ad Tanain (Henning), in Caucaso circa thermas constantinomontanas alt. 230 hexap. (C. A. Meyer), in Somchetia!, Kachetia et Mingrelia (Eichw., Wilhelms *miss.*), Armenia (Koch. *in litt.*), inque Sibiria orientali? (Redowski ex Cham. et Schlecht.) ⊙.

Species haec et duae proxime antecedentes maxime inter se sunt affines. Qui illas in unam speciem conjungeret, forsan non erraret.

Species mihi ignotae:

Alyssum clypeatum. Falk. *Beitr. II*, p. 215. — Pr. Tobolsk.

sinuatum. Georgi. *Beschr. des Russ. Reichs. III.* 4. p. 1126. — Ad Wolgam inferiorem.

67. Odontarrhena. C. A. Meyer.

in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 58. — Meisn. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — Endlicher. *gen.* p. 868.

Silicula sessiles, subelliptica: loculis monospermis; valvis planis. Funiculi umbilicales setacei, liberi. Semina immarginata vel marginata. Stamina omnia membranaceo-appendiculata. Calyx erectiusculus, basi aequalis. Petala subintegerrima.

1. *O. argentea*: caulibus herbaceis adscendentibus basi suffruticosis apice racemoso-ramosis, racemis corymbosis, petalis retusis, siliculis suborbiculatis ovalibusque pube stellata sparsa scabriusculis, staminibus orbiculatis ala lata cinctis, foliis obovatis lanceolatisve subtus incanis.

Alyssum argenteum. Dec. *Prodr. I*, p. 160.

Alyssum murale. Dec. *Prodr. I*, p. 160. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 103. — Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 805. — Eichw. *Skizze.* p. 178. — Ej. *casp. cauc.* p. 22. 25.

Alyssum sibiricum. Willd. *Spec. pl. III*, p. 465. — Dec. *Syst. II*, p. 505. (excl. syn. Adams. et patria Sibiria). — Ej. *Prodr. I*, p. 162 (excl. patria Sibiria).
Alyssum obtusifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 161. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 153.
Odontarrhena obtusifolia. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 181. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 138. — Fisch. et Meyer. *Ind. VI. h. petrop.* (1839) p. 19.

Hab. in Podolia australi! (Besser, Eichw.), pr. Taganrog! (Elsingk *pl. exs.*), ad Tanain (Henn.), in Tauria (M. a Bieb.), Somchetia! (M. a Bieb., Eichw., Koch. *in litt.*), Kachetia! et Mingrelia (Eichw.), pr. Schuscha (Hohenacker), in alpinis Caucasi orientalis alt. 1300—1400 hexap. (C. A. Meyer), Armenia (Koch *in litt.*) inque mont. uralensibus! (Lessing *in herb. reg. berol.*) ♃.

2. *O. alpestris:* caulibus herbaceis adscendentibus basi suffruticosis apice racemoso-ramosis, racemis corymbosis, petalis retusis, siliculis pube adpressa densissima canescentibus, seminibus ovalibus uno latere angustissime alatis, foliis incanis obovatis oblongisve basi attenuatis.

Alyssum alpestre. L. Mant. 92. — Dec. *Prodr. I*, p. 161.
Alyssum tortuosum W. et Kit. *Pl. rar. Hung. I*, p. 94. t 91. — Dec. *Prodr. I*, p. 160. — Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 804. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 243 — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 126.
Odontarrhena tortuosa. C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 60. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 182. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 256. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 138.
Alyssum subalpinum. Pall. *Ind. Taur.*
Alyssum serpyllifolium. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 103; *III*, p. 432. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Moscou VI*, p. 75. 91.
Alyssum argenteum. Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 803.
Alyssum sawranicum. Andrz. in Besser *Enum.* p. 82. Nro. 803.
Alyssum ramulis suffruticosis diffusis, foliis punctato-echinatis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 250. Nro. 4. (*excl. syn.*).

Hab. in Podolia australi! (Andrz. ex Besser, Eichw.), gub. Cherson!, ad Tanain (Henning), pr. Orenburg!, Saratow et Sareptam (Claus), ad Wolgam (Lerche ex J. G. Gmelin), in Tauria! (Pall., M. a Bieb.), pr. acidulam Narzana! (C. A. Meyer), in Somchetia! (M. a Bieb., Koch. *in litt.*), pr. Elisabethpol (Hohenack.), et Lenkoran (C. A. Meyer), in provinc. Talüsch alt. 500—670 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.), Armenia (Koch. *in litt.*) inque omni Sibiria (J. G. Gmelin), altaica! (Fl. alt.) et baikalensi! (Turcz., Schtschukin *miss.*) ♃.

3. *O. Marschalliana* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 182) caulibus suffruticosis erectis, racemis simplicibus, petalis obtusis, siliculis ellipticis canescentibus: valvulis subconvexis, seminibus ovalibus compressis, foliis incanis; inferioribus obovatis; superioribus oblongo-linearibus.

Alyssum Marschallianum. Andrz. in Dec. *Syst. II*, p. 308. — Dec. *Prodr. I*, p. 161.
Alyssum alpestre. M. a Bieb. *II*, p. 102; *III*, p. 432 (*excl. synon.*). — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1125. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 75.
A. candidum. Schlecht. *in herb.* Willd.? ex Steven in Dec. *Syst. II*, p. 308.

Hab. ad Tanain (Henning), in Tauria (Steven ex Dec.) inque Caucaso orientali (M. a Bieb.), pr. acidulam Narzana alt. 500 hexap. (C. A. Meyer) ♄. ♃.

Species mihi ignota. — An a praecedente distincta?

4. *O. obovata* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 61. excl. syn. plur.) caulibus adscendentibus basi diffusis apice racemoso-ramosis, racemis corymbosis, petalis integerrimis, siliculis ellipticis pube stellata densa adpressa incanis, seminibus orbiculato-ellipticis immarginatis vel submarginatis, foliis obovatis spathulatisve obtusissimis.

O. obovata. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 277. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 252.

Alyssum obtusifolium. DEC. *Syst. II*, p. 305. — Ej. *Prodr. I*, p. 161. quoad pl. sibiricam.

Alyssum spathulatum. ADAMS *in Mém. de la Soc. des Natur. de Moscou. V*, p. 110?

Hab. in des. caspio (CLAUS), Sibiria altaica! (FL. ALT.) et Davuria! (FRISCH. *miss.*) ♃. ♄.

5. *O. microphylla* (C. A. MEYER in LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 63) caulibus prostratis basi fruticulosis apice racemoso-ramosis, racemis corymbosis, petalis subretusis, siliculis orbiculato-ellipticis pube stellata densa adpressa incanis, seminibus subellipticis immarginatis, foliis (minutis) oblongo-spathulatis obtusiusculis.

O. microphylla. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 143.

Hab. in deserto soongoro-kirghisico! (FL. ALT.) ♃. ♄.

68. Ptilotrichum. C. A. MEYER.

in LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 64. — MEISN. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — ENDLICHER. *gen.* p. 868.

Silicula sessilis, subelliptica: loculis monospermis; valvulis subconvexis. Funiculi umbilicales setacei, liberi. Semina immarginata. Stamina simplicia. Calyx erectiusculus, basi aequalis. Petala integerrima.

1. *P. canescens* (C. A. MEYER in LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 66) incanum, pubis radiis plumosis, caulibus racemisque abbreviatis, foliis oblongo-linearibus latitudine 4—5-plo longioribus obtusis, silicula elliptica vel ovata apice acutiuscula.

P. canescens. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 273.

Alyssum canescens. *α.* abbreviatum. DEC. *Prodr. I*, p. 164.

A. imbricatum. SCHLECHT. *in herb.* WILLD. (fide spec. a Willd. cum Otone communicati, in herb. reg. berol. asservati).

Hab. in sterilissimis lapidosis jugi altaici et montium deserti soongoro-kirghisici! (FL. ALT.) ♃. ♄.

2. *P. elongatum* (C. A. MEYER in LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 66) subcanescens, pubis radiis plumosis, caulibus racemisque elongatis, foliis linearibus latitudine 8—10-plo longioribus obtusis, silicula elliptica vel ovata apice acutiuscula.

P. elongatum. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 275.

Alyssum canescens. *β.* elongatum. DEC. *Prodr. I*, p. 164 (excl. synon. A. davurici. SCHLECHTEND.).

Alyssum tenuifolium. STEPHAN in WILLD. *Spec. pl. III*, p. 460. — DEC. *Prodr. I*, p. 164. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. Reichs. Zus.* p. 286. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 128 (teste cl. auct. in litt.).

Alyssum halimifolium. PALL. *It. III*, p. 161? 169? 316? — FALK. *Beitr. II*, p. 215? — SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 40? — GEORGI. *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1125?

Calypeola maritima. GEORGI. *Beschr. d. Russ. Reichs. III*, 4. p. 1126?

Hab. in montibus uralensibus? (PALL.), provinc. Iset? (FALK), regione altaica! (SCHANGIN, FL. ALT.) transbaikalensi! (PALL., TURCZ., SCHTSCHUKIN) inque Davuria (PALL.) ♃. ♄.

Styli longitudo in uno eodemque racemo variat.

3. *P.? cretaceum*: caulibus adscendentibus, foliis tomentosis; radicalibus subspathulatis; caulinis linearibus, siliculis glabris.

Alyssum cretaceum. ADAMS *in Mém. de la Soc. des Natur. de Moscou. V*, p. 109.
Hab. ad Lenam (ADAMS) ♃.

Species mihi ignota, ob stamina edentula huc referenda videtur.

69. Clypeola. L.

DEC. *Prodr. I*, p. 165. — KOCH. *Syn.* p. 61. — MEISN. *gen.* p. 11. — *Comment.* p. 11. — ENDLICHER. *gen.* p. 868.

Silicula sessilis, orbicularis, plana, marginata, indehiscens, unilocularis. Semen unicum, immarginatum. Stamina membranaceo-appendiculata, dentata. Calyx erectiusculus, basi aequalis. Petala integerrima.

1. *C. Jonthlaspi* (L. SP. 910) caulibus diffusis aut adscendentibus, silicularum margine integro.

C. Jonthlaspi. DEC. *Prodr. I*, p. 165. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c II*, p. 107. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 182. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 243.

32. *E. odoratum* (Ehrh. *Beitr. VII*, p. 157) foliis oblongis repando-dentatis pilis tripartitis scabris; inferioribus obtusis breviter mucronatis; superioribus sessilibus acuminatis, pedicellis calyce dimidio brevioribus, petalorum lamina suborbiculata, siliquis quadrangularibus a latere subcompressis incanis angulis glabrioribus virentibus sylo latitudine siliquae sublongiori, stigmate bilobo.

E. odoratum. Koch. *Syn.* p. 51 (non Dec.). — Besser. *Enum.* p. 27. Nro. 137. — Eichw. *Skisse.* p. 179.

E. strictum. Dec. *Prodr. I*, p. 197 (ex Koch l. c.).

Hab. in Volhynia! et Podolia! (Besser, Eichw.). ⊙.

Sect. V. *Conringia.* Siliqua tetragona: valvulis placentisque carinatis. Dissepimentum spongiosum.

24. ***E. planisiliquum***: **foliis caulinis cordatis amplexicaulibus, siliquis compressis margine incrassatis enervibus venulosis.**

Conringia planisiliqua. Fisch. et Meyer. *Ind. III. sem. h. petropol.* (1837) p. 32. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 140.

Hab. in Iberia pr. Tiflis! (Hohenack., Wilhelms *pl. exs.*), Armenia! (Koch *in litt.*). ⊙.

25. ***E. orientale*** **(R. Br. *in h. kew. ed. 2. IV*, p. 117) foliis caulinis cordatis amplexicaulibus, siliquis patentibus: valvulis uninervibus.**

E. orientale. Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 237.

E. perfoliatum. Dec. *Prodr. I*, p. 200. — Eichw. *Skisse.* p. 180. — Ej. *casp. cauc.* p. 22. 26. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 245.

Brassica orientalis. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1138. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 127. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 200. — Besser. *Enum.* p. 28. Nro. 849.

Brassica alba. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 63. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 136.

Brassica alpina. Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs III.* 4. p. 1138 (non L.).

Conringia orientalis. Andrz. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 191. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 140.

Hab. in Rossia media [Livonia? (Fleischer et Lindemann), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (Henning), Tauria! (Pall., M. a Bieb.), Caucasus (M. a Bieb.), Somchetia, Kachetia! et Mingrelia (Eichw.), territor. Elisabethpol, provinc. Karabagh, Schirwan (Hohenack.) et Talüsch alt. 670 hexap. (C. A. Meyer, Hohenacker). ⊙.

26. ***E. austriacum*** **(Baumgarten. *Fl. transylv. II*, p. 263) foliis caulinis cordatis amplexicaulibus, siliquis erectis: valvulis linearibus.**

E. austriacum. Dec. *Prodr. I*, p. 200.

Brassica austriaca. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 449.

Conringia austriaca. C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 191.

Hab. in Caucaso pr. Constantinogorsk (M. a Bieb., C. A. Meyer), Iberia! (M. a Bieb.). ⊙.

90. Syrenia. Andrz.

C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 160. — Koch. *Syn.* p. 54. — Meisn. *gen.* p. 13. — *Comment.* p. 12. — Endlicher. *gen.* p. 877. — Erysimi sect. I. Stylonema. Dec. *Prodr. I*, p. 196.

Siliqua linearis, tetragono-anceps: valvulis navicularibus, acute carinatis, uninervibus. Stigma bipartitum. Semina in quovis loculo biserialia. Stamina libera, edentula.

S. siliculosa (Andrz. *msc.*) foliis linearibus pilis bipartitis dense obtectis incanis subsericeis, floribus pedicellatis, calycibus tarde deciduis, siliquis stylum subaequantibus tetragonis.

S. siliculosa. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 162. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 192. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 254.
Erysimum siliculosum. Dec. *Prodr. I*, p. 196. — Deless. *Ic. select. II*, p. 65. — Eichw. *casp. cauc.* p. 3.
Cheiranthus siliculosus. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 121: *III*, p. 443.
Cheiranthus montanus. Pall. *It. I*, p. 219. 405. 442. 496. app. Nro. 115; *II*, p. 463. 474; *III*, p. 314. 337. 584. 654. 682. — Böb. in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 261. — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1135.
Hesperis angustifolia, incana, floribus amplis, luteis, siliquis brevioribus. Amman. *ruth.* p. 57. Nro. 77.

Hab. in gubernio Jekaterinoslaw (Böber), ad Tanain (Pall.), des. casp.! (Pall., M. a Bieb., Claus), Orenburg! (Pall., Karelin), Indersk et alibi in deserto transuralensi (Pall.), des. cuman. (Sokolow ex Pall., M. a Bieb.), pr. Derbent (C. A. Meyer), in litt. orient. m. casp.! (Eichw., Karelin) inque Sibiria [ad fl. Irtysch (Pall.), Alt.! (Fl. alt.)]. ⊙.

2. *S. sessiliflora*: foliis pilis bipartitis rarioribus adspersis subviridibus oblongo-linearibus subintegerrimis; inferioribus apicem versus subdilatatis, floribus subsessilibus, calycibus tarde deciduis, siliquis ancipitibus styli longitudine.

S. Lamarckiana. Andrz. msc. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 254.
Erysimum sessiliflorum. Dec. *Prodr. I*, p. 196.
Cheiranthus quadrangulus. Georgi. *Beschr. d. R. Reichs. Nachtr.* p. 288 (excl. syn. Pall.). — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 120 (excl. syn. Pall. praeter Ind. Taur.? et Amman.); *III*, p. 443.
Cheiranthus montanus. Pall. *Ind. Taur.*
Cheiranthus cornutus. Lam. *Encycl. méth. II*, p. 717.

Hab. in gubern. Cherson ad Hypanin (M. a Bieb.), in collibus arenosis deserti caspii (Bunge ex Claus), Tauria! (Pall., M. a Bieb.). ⊙.

3. *S. angustifolia* (Reichenb. *Fl. excurs.* p. 689) foliis linearibus integerrimis pilis bipartitis subincanis, floribus subsessilibus, calycibus tarde deciduis, siliquis stylo multo longioribus.

S. Ehrhartiana. Andrz. in Besser. *Enum.* p. 104. Nro. 841.
S. angustifolia. Andrz. l. c. p. 27. Nro. 841.
Erysimum angustifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 196. — Eichw. *Skisse.* p. 179.

Hab. in Volhynia (Besser), Kiew (Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), gub. Cherson ad Hypanin! ⊙.

91. Tetracme. Bunge.

Ind. sem. h. dorpat. 1836. — Endlicher. *gen.* p. 875. — Notoceratis sect. II. Tetraceratium. Dec. *Prodr. I*, p. 140.

Siliqua abbreviata, subarcuata, subtetragona, quadricornis: valvulis convexis trinerviis: nervo medio tenuissimo; lateralibus marginantibus crassis, sub apice in cornua productis; placentis basi dilatato-

saccatis. Stigma sessile, brevissime bilobum. Semina uniserialia. Stamina libera, edentula, subaequalia.

1. *T. quadricornis* (Bunge l. c. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 253. t. II. f. 2. — Schlechtend. *Linnaea. XII. Litter. Ber.* p. 71.

Erysimum quadricorne. Stephan in Willd. *Sp. pl. III*, p. 514.
Notoceras quadricorne. Dec. *Prodr. I*, p. 140. — Deless. *Ic. sel. II*, t. 16.
Hab. inter Wolgam et Kumam! (Steph. *in herb.* Willd.), ad lacum Indersk! inque montibus Arsargar! (Claus). ☉.

92. Taphrospermum. C. A. Meyer

in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 172. — Meisn. *gen.* p. 13. — *Comment.* p. 12. — Endlicher. *gen.* p. 876.

Calyx patulus. Siliqua abbreviata, subulato-tetragona: valvulis membranaceis, pellucidis, subnavicularibus, trinerviis; placentis basi dilatato-saccatis. Stigma indivisum. Semina in quovis loculo 2—4, uniserialia, scrobiculata vel striata. Stamina libera, edentula.

1. *T. altaicum* (C. A. Meyer l. c. p. 173) glaberrimum, foliis subellipticis integerrimis vel subrepandis.

T. altaicum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 320. — Bunge. *Enum. alt.* p. 58.
Hab. in alpibus altaicis orientalibus! (Fl. alt.). ♃.

2. *T. brachycarpum* (Meisn. *gen. Comment.* p. 12) pilosum, foliis ovato-orbiculatis serrato-cuneatis.

Alliaria brachycarpa. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 445. — Dec. *Prodr. I*, p. 196.
Raphanus rotundifolius. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 130.
Raphanus tauricus. Adam. in Weber et Mohr. *Beitr. I*, p. 62. Nro. 31.
Raphanus orientalis. Willd. *herb.* Nro. 12,255.
Hab. in Iberia! (M. a Bieb., Adam.). ♃.

93. Braya. Sternb. et Hoppe.

in Regensb. Denkschr. I, p. 65. t. 1. — Dec. *Prodr. I*, p. 141. — Koch. *Syn.* p. 49. — Meisn. *gen.* p. 13. — *Comment.* p. 12. — Endlicher. *gen.* p. 876.

Calyx clausus. Siliqua linearis, teres vel subcompressa: valvulis convexis, herbaceis, rigidis, uninerviis. Stigma obtusum. Semina in quovis loculo 6 vel plura, biserialia, laevia. Stamina libera, edentula.

1. *B. involucrata*: caule pubescente basi aphyllo supra medium subdiphyllo apice folioso, foliorum lamina obovato-oblonga, floribus subcorymbosis involucratis, pedicellis longitudine calycis, petalis calyce sesquilongioribus, ovario ovato-subgloboso, siliquis ovatis turgidis glabris stylo brevissimo conico crasso terminatis.

Platypetalum involucratum. Bunge. *Enum. alt.* p. 58.
Hab. in summis alpibus altaicis fl. Tschujae adjacentibus! (Bunge). ♃.

Habitu Aphragmo simile, sed septum completum.

2. *B. limoselloides* (Bunge *in litt.*) glabra, scapis basi foliatis sub anthesi foliis brevioribus, foliis lingulatis longe petiolatis integerrimis, racemo abbreviato, pedicellis calyce duplo longioribus, petalorum unguibus tenuissimis calycem excedentibus, ovario glabro lanceolato in

stylum attenuato, stigmate capitato, siliquis pedicellum aequantibus glabris.

Hab. rarissime in alpibus altaicis ad Tschujam (Bunge). ♃.

3. *B. rosea* (Bunge *in litt.*, Turcz. *in litt.*) scapo subaphyllo villoso-canescente folia sub anthesi excedente, foliorum lamina a petiolo distincta oblonga utrinque acutiuscula integerrima pilis simplicibus furcatisque ciliata demum calvescente, floribus capitatis subsessilibus, pedicellis demum calyce brevioribus, ovario ovato sub stylo crasso brevi constricto, stigmate punctiformi, siliquis turgidulis ipsarum latitudine triplo longioribus hispidulis: loculis subpentaspermis.

B. rosea. Bunge. *Ind. sem. h. dorpat.* a. 1839. p. VII.
Draba rosea. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 140 (teste clar. auct.).
Platypetalum capitatum. Turcz. *olim in litt.*
Platypetalum dubium. R. Br. in Parry's *I. Voyage.* App. p. CCLXVII?

Hab. in Nowaja Semlia (Bär, Lehmann ex Bunge *in litt.*), in terra Samojedarum Schrenk ex Bunge *in litt.*), in alp. altaic. Jik-tu! (Bunge) et baikal. Nuchu-Daban! (Turcz.). ♃.

4. *B. aenea* (Bunge *in litt.*) scapo stricto canescenti-puberulo, foliis linearibus integerrimis: lamina a petiolo haud distincta, floribus corymbosis, pedicellis calycem aequantibus, petalorum unguibus calyce brevioribus, ovario ovato in stylum gracilem attenuato glabro, stigmate subcapitato, siliqua ovali acutata glabra: loculis subpentaspermis.

Hab. in alpinis ad Tschujam, ad ripas torrentis Boro Burgasyn (Bunge). ♃.

5. *B. siliquosa* (Bunge. *Ind. sem. h. dorpat.* a. 1839. p. VII) scapo erecto elongato subaphyllo foliisque oblongo-linearibus in petiolum longe attenuatis utrinque bidentatis pilis crispis paucisque furcatis hispidulis, racemo abbreviato, pedicellis calyce quadruplo longioribus, petalis emarginatis vel tridentatis, siliquis linearibus ipsarum latitudine plus decuplo longioribus planiusculis torulosis hispidulis, stylo brevi, stigmate brevissime bilobo, loculis subdecaspermis.

Hab. in alpinis ad Tschujam, ad torrentem Tobagosch (Bunge). ♃.

6. *B. alpina* (Sternb. et Hoppe l. c.) scapo villoso-pubescente parce folioso, foliis lineari-oblongis subintegerrimis ciliatis, racemo fructifero ovato conferto, pedicellis sub anthesi calycem subaequantibus, petalorum unguibus calyce brevioribus, ovario piloso oblongo in stylum attenuato, stigmate sub anthesi capitato bilobo, siliquis pedicello longioribus pilosis.

B. alpina. Dec. *Prodr. I*, p. 141. — Deless. *Ic. sel. II*, t. 22. — Bunge. *Ind. sem. h. dorpat.* a. 1839. p. VII.

Hab. in alpibus altaicis (Bunge). ♃.

7. *B. purpurascens* (Bunge *in litt.*) scapis aphyllis aut monophyllis pubescentibus, foliis lineari-oblongis integerrimis apice rotundatis subciliatis caeterum glabris, racemo demum elongato, calyce sub anthesi pedicellum superante demum subaequante, petalis subemarginatis, siliquis oblongis ipsarum latitudine subtriplo longioribus planiusculis pilosis, stylo manifesto, stigmate bilobo: lobis patentibus.

Platypetalum purpurascens. R. Br. in Parry's *I. Voyage.* App. p. CCLXVII. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 66. f. 23.

Hab. in terrae Samojedarum regione arctica ad fretum jugricum! et in insula Waigatsch (Schrenk *in litt.*). ♃.

B. versicolorem Turcz. *miss.* (Sisymbrium nanum? Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 163. ex ipso) in alpe baikalensi Nuchu-Daban lectam omisi, cum specimina duo incompleta tantum possideo. Sisymbrio nano Dec. et pumilo C. A. Meyer quidem affina, sed ab utroque diversis videtur.

Tribus VII. Camelineae. Dec.

Silicula ovata vel oblonga, dissepimento parallele compressa vel turgida, bilocularis, bivalvis: valvis planis vel convexis. Semina in quovis loculo plurima, biseriata, pendula. Cotyledones septo contrarie. Radicula placentam spectans.

94. Camelina. Crantz.

Dec. *Prodr. I*, p. 201. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 175. — Koch. *Syn.* p. 67. — Meisn. *gen.* p. 13. — *Comment.* p. 12. — Endlicher. *gen.* p. 877.

Silicula ovato-subglobosa: valvulis ventricosis, cum styli parte secedentibus. Septum completum. Semina in quovis loculo plurima, biserialia.

1. *C. sativa* (Crantz. *Fl. austr. I*, p. 18) subpubescens, ramis erecto-patulis, foliis caulinis intermediis oblongo-lanceolatis integerrimis vel denticulatis basi sagittatis, petalis calyce sesquilongioribus, siliculis pyriformibus: valvulis maxime convexis.

C. sativa. Dec. *Prodr. I*, p. 201. *β.* — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 194. — Besser. *Enum.* p. 26. Nro. 811. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 43. *β.* — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 179. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 192. — Eichw. *Skisse.* p. 180. — Ej. *casp. cauc.* p. 1. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 254. — Wirzén. *Fenn.* p. 57. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 66. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 75. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 142. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 229. — Wirzén. *Casan.* Nro. 51.

Myagrum sativum. L. Sp. 894. — Fisch. *Livl.* p. 261. — Falk. *Beitr. II*, p. 213. — Güld. *It. I*, p. 194; *II*, p. 178. — Lucé. *Fl. osil.* p. 220. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 53.

Alyssum sativum. Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 105. 462. — Mart. *Fl. mosq.* p. 113.

Myagrum glabrum. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 49. — *Exerc. phytol. I*, p. 227.

Myagrum, vulgo Sesamum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 79.

Myagrum siliculis obovatis pedunculatis polyspermis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 249. Nro. 1 (excl. var. 2).

Hab. in Rossia (Falk.) septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media [Petropoli (J. G. Gmel., Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia! (Lucé), Livonia (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.), Kursk (Höfft.), Kasan (Wirzén)] et australi [Podolia (Besser), Jekaterinoslaw (Güld.), ad Tanain (Henning), in desert. caspio (Claus), Astrachan! (Eichw.), Tauria (Pall., M. a Bieb.), ad fl. Terek (Güld.), Caucaso (M. a Bieb.), pr. acidulam Narzana alt. 260 hexap. (C. A. Meyer), pr. Helenendorf (Hohenack.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel., Falk.) [Altai! (Fl. alt.), Baikal! (Turcz., Kruhse *pl. exsicc.*)]. ⊙.

2. *C. microcarpa* (Andrz. in Dec. *Syst. II*, p. 517. — *Prodr. I*, p. 201) hirta, ramis erecto-patulis, foliis caulinis intermediis oblongo-lanceolatis integerrimis vel denticulatis basi sagittatis, petalis calyce sesquilongioribus, siliculis pyriformibus compressiusculis: valvulis modice convexis.

C. microcarpa. Besser. *Enum.* p. 71. Nro. 1549. — Delless. *Ic. select. II*, t. 69. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 177. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 192. — Eichwald. *Skizze.* p. 180. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 254. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 176. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 142.
C. sativa. *a.* Dec. *Prodr. I*, p. 201.
C. sativa var. pilosa. Höfft. *Cat. Kursk.* p. 43.

Hab. in Rossia media [Kursk (Höfft.!] et australi [Podolia! (Besser, Eichwald), pr. Odessa! in deserto caspio (Claus), in promontorio caucasico et m. Beschtau alt. 210—500 hexap. (C. A. Meyer), pr. Elisabethpol (Hohenacker), Alapäs et Kars (Koch *in litt.*), Baku (C. A. Meyer), provinc. Talüsch (Hohenack.) inque Sibiria altaica! (Fl. alt.) et baikalensi (Turcz.). ⊙.

3. *C. laxa* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 193) basi hirta, ramosissima: ramis diffusis laxis, foliis caulinis intermediis oblongo-lanceolatis integerrimis vel denticulatis basi sagittatis, petalis calyce subtriplo longioribus, siliculis pyriformibus compressiusculis: valvulis modice convexis.

C. laxa. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 142.
Hab. in mont. Talüsch alt. 670 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*). ⊙.

Flores majores, quam antecedentium; siliculae illis C. microcorpae minores. Meyer l. c.

4. *C. dentata* (Pers. *Syn. II*, p. 191) ramis erecto-patulis, foliis caulinis intermediis angusto-oblongis sinuato-dentatis pinnatifidisve postice attenuatis basi sagittata iterum dilatatis, petalis calyce subsesquilongioribus, siliculis pyriformibus: valvulis maxime convexis.

C. dentata. Dec. *Prodr. I*, p. 201. — Besser. *Enum.* p. 71. Nro. 1548. — Eichwald. *Skizze.* p. 180.
Hab. in Lithuania (Eichw.), Podolia (Andrz. ex Besser), pr. Odessa! ⊙.

95. Eutrema. R. Br.

in Parry's *I. Voyage.* p. CCLXVII. t. A. — C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 163. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 66. — Meisn. *gen.* p. 13. — *Comment.* p. 13. — Endlicher. *gen.* p. 878.

Sepala patentiuscula. Petalorum lamina obovata. Silicula oblonga vel lineari-oblonga, tetragono-anceps: valvulis subnavicularibus, acute carinatis, subtrinerviis. Septum basi et apice completum, medio deliquescens (subinde a basi ad apicem completum). Semina uniserialia. Funiculi umbilicales papillaeformes, septo vel illius vestigio adnatis.

§. 1. Septum medio deliquescens.

1. *E. Edwardsii* (R. Br. l. c.) foliis subintegerrimis; radicalibus ovato-ellipticis longe petiolatis; caulinis oblongis subsessilibus, siliculis oblongo-linearibus utrinque attenuatis erectis pedicello subtriplo longioribus.

E. Edwardsii. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 163. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 258. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 67. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 169.
Draba laevigata. Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 25.
Hab. in terrae Samojedarum reg. arctica (Schrenk *in litt.*), in summa jugi altaici alp. Kokorgo! (Fl. alt.), ad lac. Baik. m. in alpe Nuchu-Daban! et

ad fl. Monda (Turcz.), in Davuria (Turcz.), ad sinum St. Laurentii! inque insula St. Laurentii! (Chamisso, Eschscholtz.). ♃.

2. *E. parviflorum* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 170) foliis integerrimis; radicalibus cordato-ovatis ovatisve longissime petiolatis; caulinis oblongis subsessilibus, siliculis lineari-oblongis utrinque attenuatis patulis pedicello duplo longioribus.

Hab. in alpinis baikalensib. ad fl. Monda! et ad lacum Kossogol (Turcz.). ♃.

Antecedenti simillima, tamen differre videtur, praeter notas indicatas, foliis minoribus; caulinis rarioribus floribusque longe minoribus.

3. *E. cordifolium* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 172) foliis crenato-serratis petiolatis; radicalibus et caulinis inferioribus lato-cordatis; intermediis lato-ovatis basi cuneatis; supremis subrhombeis, siliculis obovato-oblongis, basin versus sensim, apicem versus abrupte attenuatis pedicello brevioribus.

Hab. in subalpinis baikalensibus ad torrentem Zemczug! (Turcz.). ♃.

Habitu a congeneribus longe distat. Caulis sesquipedalis vel altior, ramosus. Folia inferiora 3—3½ poll. lata, 3½—4 poll. longa, profunde cordata, circumcirca crenata-serrata; crenis magnitudine variis, rotundatis vel acutis. Racemi in caulis apice et foliorum axillis elongati, ramosi, multiflori. Flores albi.

§. 2. *Septum subcompletum.*

4. *E. alpestre*: foliis integerrimis; radicalibus cordatis apice rotundatis longissime petiolatis; caulinis ovatis oblongisve acutis; supremis oblongis subacuminatis sessilibus, siliculis oblongis parum supra medium latissimis utrinque attenuatis pedicello duplo vel triplo brevioribus.

Smalowskia integrifolia. C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 168. — Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 283.

Cochlearia integrifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 174.

Hab. in Sibiriae altaicae subalpinis! (Fl. alt.). ♃.

5. *E. septigerum* (Bunge. *Enum. alt.* p. 55) foliis integerrimis; radicalibus petiolatis orbiculatis oblongisve obtusis; caulinis sessilibus oblongis utrinque attenuatis acutis, siliculis elliptico-linearibus apice subtruncatis stylo brevissimo terminatis.

Hab. in subalpinis et alpinis jugi altaici ad fontes fl. Jailaguscb! (Bunge). ♃.

96. Aphragmus. Andrz.

Dec. *Prodr. I*, p. 209. — Meisner. *gen.* p. 13. — *Comment.* p. 13. — Endlich. *gen.* p. 878. — (Oreas) Chamisso et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 29. t. 1. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 67.

Sepala patentiuscula. Petalorum lamina obovata. Silicula oblonga, compressa, stigmate subsessili: valvulis planiusculis, medio uninerviis. Septum nullum. Semina 4—6, e placentarum apice pendula. Funiculi umbilicales filiformes, elongati.

1. *A. Eschscholtzianus.* Andrz. in Dec. *Prodr. I*, p. 210.

Oreas involucrata. Chamisso et Schlecht. *in Linnaea. I*, p. 30. t. 1. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 67.

Hab. in ins. Unalaschka! (Chamisso, Eschscholtz.). ♃.

Tribus VIII. Lepidineae. Dec.

Silicula septo angustissimo, valvis carinatis vel valde convexis. Semina in loculis solitaria vel pauca, immarginata, ovata. Cotyledones planae, septo parallelae.

97. Capsella. Venten.

Dec. *Prodr. I*, p. 177. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 196. — Koch. *Syn.* p. 73. — Meisn. *gen.* p. 14. — *Comment.* p. 13. — Endlicher. *gen.* p. 878.

Silicula a latere compressa, obverse triangularis vel oblonga, integra vel sinu levi emarginata: valvis navicularibus, dorso apteris. Semina in loculis plurima. Funiculi distincti, liberi. Filamenta libera, edentula.

1. *C. elliptica* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 199) glaberrima, foliis omnibus petiolatis integerrimis vel pinnatifidis: laciniis integerrimis lanceolatis ellipticisve; terminali majori, racemis elongatis multifloris, siliculis ellipticis obtusis vel subtruncatis.

C. elliptica. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 194. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 254. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 143.
Hutchinsia procumbens. Dec. *Prodr. I*, p. 178. — Eichw. *casp. cauc.* p. 2.
Lepidium procumbens. L. Sp. 898. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 96.

Hab. ad Wolgam pr. Sarepta et Astrachan! (Eichw., Claus), ad fl. Terek pr. Kislar (M. a Bieb.), in provinc. Schirwan (Hohenack.), in litt. occident. m. casp.! (C. A. Meyer) inque des. barabensi! et soongoro-kirghisico! (Fl. alt.). ⊙.

2. *C. Bursa pastoris* (Münch. *meth.* p. 271) pubescenti-pilosa, foliis runcinato-pinnatifidis: laciniis ovato-triangularibus acutis subdentatis; caulinis sagittato-amplexicaulibus; superioribus indivisis, siliculis triangulari-obcordatis.

C. Bursa pastoris. Dec. *Prodr. I*, p. 177. — Besser. *Enum.* p. 26 et 82. Nro. 794. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 43. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 198. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 194. — Eichw. *Skisse.* p. 179. — Ej. *casp. cauc.* p. 1. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 256. — Wirzén. *Fenn.* p. 58. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 65. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 179. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 143. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 227. — Wirzén. *Casan.* Nro. 46.
Thlaspi Bursa pastoris. Gorter. *Fl. ingr.* p. 103. — S. G. Gmel. *It. II*, p. 196; *IV*, p. 108. — Georgi. *It. I*, p. 224; *II*, p. 807. — Fisch. *Licl.* p. 263. — Falk. *Beitr. II*, p. 214. — Güld. *It. I*, p. 111. 194. 420. 426; *II*, p. 9. 25. 130. 163. 166. 174. 179. 192. 232. 262. 327. 339. 344. — Stephan. *Fl. mosq.* Nro. 439. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 101. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 197. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 178. — Mart. *Fl. mosq.* p. 112. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 55. — Lucé. *Fl. osil.* p. 223. — Fellm. *Ind. Kola.* p. 268. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 244. — Fellm. *Ind. Lappon.* p. 251.
Thlaspi polymorphum. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 56. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 232.
Bursa Pastoris. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 24.
Thlaspi siliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 253. Nro. 9.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia (Wahlenb., Fellmann)], septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén, Schrenk *in litt.*), terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk *in litt.*)], media [ubique (Falk), Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia! (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia! (Lucé),

Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Pensa! (JACQUET *pl. exsicc.*), Kasan (GEORGI, WIRZÉN), Slatoust (NESTEROFSKY)] et australi [Kiew (GÜLD., TRAUTVETT. *in litt.*), Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania et gubern. Jekaterinoslaw (GÜLD.), ad Tanain (GÜLD., HENNING) et Wolgam ubique (CLAUS), Astrachan (S. G. GMEL., EICHW.), Tauria! (PALL., M. a BIEB.), Kabarda (GÜLD.), ad fl. Terek (GÜLD.), Caucasus (M. a BIEB., — ubique, non altius quam 600 hexap. C. A. MEYER, KOCH *in litt.*), m. Beschtau inque Imeretia (GÜLD.), Derbent (S. G. GMEL.), territ. Elisabethpol, prov. Karabagh et Talüsch! (HOHENACK.)] inque omni Sibiria (J. G. GMEL., FALK.) [Jekaterinburg (USPENSKI), Altai! (FL. ALT.), Baikal! (GEORGI, TURCZ.), Davuria (TURCZ.)] et Kamtschatka! (J. G. GMEL., ESCHSCHOLTZ.). ⊙.

Variat foliis integris, sinuatis, pinnatifidis et floribus apetalis. (BESSER, EICHW., FLEISCH. et LINDEM.)

98. Eunomia. DEC.

DEC. *Prodr. I*, p. 208. — MEISN. *gen.* p. 14. — *Comment.* p. 13. — ENDLICHER. *gen.* p. 879.

Silicula a latere plano-compressa, ovalis, subemarginata: valvis carinatis, apice obtusis, dorso apteris. Semina in loculis gemina vel abortu solitaria. Funiculi basi in unum coaliti (aut liberi). Filamenta libera, edentula.

1. *E. rotundifolia* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 194) foliis omnibus oppositis suborbiculatis integerrimis laevissimis, funiculis umbilicalibus liberis.

Hab. in alpinis m. Elborus Caucasi occident. alt. 1500 hexap.! (C. A. MEYER). ♃.

Affinis E. oppositifoliae, sed funiculi umbilicales a basi ad apicem liberi, non, ut in illa, coaliti. C. A. MEYER l. c.

99. Hutchinsia. R. BR.

in Ait. h. kew. ed. 2. IV, p. 82. (excl. spec.) — DEC. *Prodr. I*, p. 177. (excl. spec.) — KOCH. *Syn.* p. 73. — MEISN. *gen.* p. 14. — *Comment.* p. 13. — ENDLICHER. *gen.* p. 879. — Smelowskia. C. A. MEYER in LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 165. (excl. sp. 1.)

Silicula a latere compressa, oblonga vel suborbiculata, apice integra vel subemarginata: valvis carinatis, dorso apteris. Semina in loculis 2—4. Funiculi distincti, liberi. Filamenta libera, edentula.

1. *H. petraea* (R. BR. l. c.) foliis glabris pinnatisectis: segmentis inferiorum ellipticis mucronatis substipitatis; superiorum lineari-oblongis obtusis sessilibus, petalis calyce deciduo parum longioribus, siliculis ellipticis obtusis 4-spermis stigmate sessili.

H. petraea. DEC. *Prodr. I*, p. 178.
Lepidium petraeum. L. SP. 899. — GEORGI. *It. II*, p. 807. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 96. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 222.

Hab. in ins. Osilia! (LUCÉ, MEYER et BUNGE), pr. Kasan (GEORGI) inque Tauria (M. a BIEB.). ⊙.

2. *H. calycina* (DESV. *Journ. bot. III*, p. 168) pilis simplicibus et pube ramosa subincana, foliis pinnatipartitis: laciniis oblongis obtusiusculis integerrimis, petalis calyce persistente duplo longioribus,

siliculis ovatis versus apicem attenuatis stylo subelongato terminatis subtetraspermis, calyce duplo, ipsarum latitudine duplo vel triplo longioribus, pedicellum subaequantibus.

H. calycina. Dec. *Prodr. I*, p. 178. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 58.
Lepidium calycinum. Stephan in Willd. *Sp. pl. III*, p. 433. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 285.
Smelowskia calycina. C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 170. — Bunge. *Enum. alt.* p. 57.
Lepidium alpinum. Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 350. — Georgi. *l. c. III.* 4. p. 1121.
Hab. in alpibus altaicis ad Tschujam! (Fl. alt., Bunge), in m. Ssaratau versus cacumen (Sievers). ♃.
β. foliorum laciniis incisis.
Hab. in alp. alt. (Bunge).
γ. foliis inferioribus omnino integris. Hooker l. c. p. 59. — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage*. p. 122.
Hab. ad sin. Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn.). ♃.
δ. glabrata.
Hab. in alpibus altaicis (Bunge).

3. *H. pectinata* (Bunge *in litt.*) foliis pinnatipartitis: laciniis oblongo-linearibus linearibusve; lateralibus integris vel bipartitis, petalis calyce subpersistente duplo longioribus, siliculis oblongo-ellipticis utrinque attenuatis calyce plus duplo ipsarum latitudine triplo quadruplove longioribus pedicello brevioribus, stylo brevissimo.

α. canescens, tenerior.
β. viridis, robustior.
Hab. in alpibus altaicis ad Tschujam, ad torrentem Boro-burgasyn! (Bunge). ♃.

4. *H. bifurcata*: foliis pinnatipartitis: laciniis oblongis; lateralibus integris vel bipartitis, petalis calyce deciduo duplo longioribus, siliculis (immaturis) obovato-oblongis . . . . , stylo subnullo.

Smelowskia bifurcata. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 174.
Hab. in alp. baikal. Nuchu-Daban! (Turcz.). ♃.

Calyce deciduo, silicularum (immaturarum) forma et stylo subnullo ab antecedenti differre videtur. — Caulis plus minus albo-villosus; folia parcius pilosa vel glabriuscula.

5. *H. alba* (Bunge. *Ind. sem. h. dorpat.* a. 1839. p. IV et VIII) pube ramosa incana, foliis pinnatipartitis: laciniis integerrimis vel incisis pinnatifidisve: lacinulis oblongis, petalis calyce subdeciduo duplo longioribus, siliculis angusto-oblongis utrinque attenuatis stylo subelongato terminatis 6—8-spermis ipsarum latitudine quadruplo septuplove longioribus pedicellum subaequantibus.

Sisymbrium album. Pall. *It. III*, p. 293. 739. app. Nro. 102. t. U. f. 1. — Willd. *Sp. pl. III*, p. 501. — Dec. *Prodr. I*, p. 195.
Nasturtium album. Spreng. *Syst. II*, p. 383.
Smelowskia cinerea. C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 171. — Bunge. *Enum. alt.* p. 57. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 173.
Sisymbrium foliis pinnatis, pinnis integerrimis confluentibus, siliquis brevioribus. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 269. Nro. 36.
Hab. in Sibiria altaica! (Fl. alt.), baikalensi (J. G. Gmelin, Pall.) et transbaikalensi ad Selengam! inque Davuria ad fl. Schilka (Turcz.). ♃.

Variat superficie glabra. — Ad lacum Baikal ex adverso insulae Olchon (Turcz.).

Calyces in omnibus speciminibus altaicis post anthesin decidunt. In unico specimine fructibus submaturis onusto, quod, a clar. TURCZ. in rupibus ad ostium fl. Tschikoi lectum, in herbario am. Zeyher asservatur, calyces omnes persistentes observavi. — An calyces in planta transbaikalensi, quae caeterum ab altaica non differre videtur, semper persistunt?

100. Lepidium. L.

DEC. *Prodr. I*, p. 203. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 182. — KOCH. *Syn.* p. 71. — MEISN. *gen.* p. 14. — *Comment.* p. 13. — ENDLICHER. *gen.* p. 879.

Silicula a latere compressa, elliptica vel suborbiculata: valvis navicularibus, carinatis, dorso nunc apteris, nunc alatis. Semina in loculis solitaria. Funiculi distincti liberi. Filamenta libera, edentula.

Sect. I. *Cardaria.* DEC. Silicula ovato-cordata, acuta, subdepressa: valvis subturgidis, apteris. Stylus filiformis, elongatus.

1. *L. Draba* (L. SP. *ed.* 1. p. 645) perenne erectum vel diffusum pubescens, foliis lato-oblongis dentatis; infimis in petiolum attenuatis integris vel sublyratis; caulinis sagittato-amplexicaulibus, siliculis cordatis acutis.

L. Draba. DEC. *Prodr. I*, p. 203. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 97. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 184. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 193. — EICHW. *Skizze.* p. 180. — Ej. *casp. cauc.* p. 23. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 243. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 254. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 142.

Cochlearia Draba. L. SP. *ed.* 2. p. 904. — PALL. *It. II*, p. 496; *III*, p. 654. — GEORGI. *It. II*, p. 713. — FALK. *Beitr. II*, p. 215. — GÜLD. *It. I*, p. 194. 421. — PALL. *Ind. Taur.*

Hab. in Rossia austr. [Kiew (TRAUTVETT. *in litt.*), Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), Bessarabia!, Cherson!, pr. Taganrog! (ELSINGK *pl. exsicc.*). ad Tanain (HENNING), in deserti caspii parte meridionali, praesertim in Wolgae insulis! (CLAUS), pr. Zarizyn (PALL., FALK.) et Astrachan! (BLUM), Tauria (PALL., M. a BIEB.), ad fl. Terek (GÜLD.), in Caucaso (M. a BIEB.), Iberia (EICHW., KOCH *in litt.*), Mingrelia (EICHW.), Imeretia (GÜLD.), pr. Grosnaja et Baku (C. A. MEYER), territ. Elisabethpol et provinc. Karabagh, Scheki et Schirwan, pr. Lenkoran inque provinc. Talüsch (HOHENACK.), Armenia (KOCH *in litt.*), litt. orient. m. caspii! (KARELIN)] inque Sibiria [Ural (GEORGI), ad fl. Irtisch (PALL.), Altai! (FL. ALT.)]. ♃.

Variat floribus albis et rubicundis.

2. *L. propinquum* (FISCH. et MEYER in HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 142) perenne erectum glabrum, foliis oblongis acutis serrato-dentatis basi attenuatis sessilibus, siliculis cordatis acutis.

Hab. pr. Helenendorf territor. Elisabethpol! (HOHENACK.) in litt. orientali m. caspii! (KARELIN). ♃.

Ab antecedenti dignoscitur superficie et foliorum caulinorum basi. Folia ad racemulorum basin, quae in hoc semper occurrunt, etiam in antecedenti licet rarius observantur.

Specimina Kareliniana ab Hohenackerianis parum recedunt. Folia in illis acutissime denticulata; suprema subinde ipsa basi cordata semiamplexicaulia. Siliculae, quas immaturas tantum vidi, exacte orbiculatae, nec cordatae.

Sect. II. *Ellipsaria.* Dec. Silicula elliptica, non emarginata: valvis carinatis, apteris. Stylus filiformis, elongatus.

3. *L. chalepense* (L. Sp. ed. 2. p. 898) siliculis subovato-ellipticis glabris reticulatis stylo duplo longioribus, foliis lanceolatis oblongisve auriculis acutis amplexicaulibus dentatis vel subintegerrimis glabris vel plus minus pubescentibus.

L. chalepense. Dec. *Prodr. I*, p. 203.

Hab. in Iberia! (Wilhelms *pl. exsicc.*), ad m. Ararat! (Hehn) ♃.

Planta iberica magis est pubescens et folia habet latiora, profundius dentata. Quam e seminibus ab am. Hehn ad montem Ararat lectis in h. botan. dorpat. olim educavimus, foliis instructa est angustioribus minusque dentatis, subintegerrimis. Primo anno pube tenui obducta, altero anno glaberrima fuit. Pedicelli cum in spontaneis, tum in speciminibus cultis silicula duplo vel pluries longiores, nec, ut habet clar. Dec., duplo breviores.

Sect. III. *Bradypiptum.* Dec. Silicula elliptica, integra vel subemarginata: valvis carinatis, apteris. Stylus subelongatus. Calyx persistens vel tarde deciduus.

4. *L. coronopifolium* (Fisch. *Cat. h. gor.* 1808. p. 79), perenne, caule erecto foliisque glaberrimis; radicalibus lineari-oblongis pinnatifidis vel dentatis integerrimisve; caulinis linearibus integerrimis, petalis calyce subpersistente subduplo longioribus, siliculis ellipticis integerrimis puberulis stylo ipsarum fere longitudine coronatis.

L. coronopifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 204. — Claus. *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 254.

L. laciniatum. herb. Willd. ex Stev. ap. Dec. l. c.

Hab. ad Wolgam pr. Sarepta!, ad montem Bogdo et lacum Indersk (Fisch., Claus) ♃.

5. *L. lacerum* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 191) perenne, caule erecto foliisque glaberrimis; radicalibus oblongo-spathulatis inciso-sublyratis; caulinis oblongis subpetiolatis incisis pinnatifidisve; summis sublinearibus subdentatis, petalis calyce subpersistente subduplo longioribus, siliculis ovato-ellipticis integerrimis glaberrimis stylo ipsis duplo breviori terminatis.

L. lacerum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 162.

Hab. in deserto soongoro-kirghisico! (Fl. alt.) ♃.

Sect. IV. *Cardamon.* Dec. Silicula suborbiculata, apice emarginata: valvis carinato-navicularibus, dorso subalatis. Stylus brevissimus intra emarginaturam inclusis. Cotyledones tripartitae.

6. *L. sativum* (L. Sp. 899) siliculis suborbiculatis alatis, foliis varie divisis incisisque, ramis muticis.

L. sativum. Dec. *Prodr. I*, p. 204. — Pall. *It. III*, p. 640. — Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1119. — Mart. *Fl. mosq.* p. 112.

Hab. pr. Mosqua (Mart.), ad fl. Oka pr. Murom (Falk. ex Georgi), ad fl. Sarpa pr. Sarepta (Pall.), ad m. Ararat pr. monast. Etschmiadsin (Koch. *in litt.*) ☉.

β. obovatum. Kit. — Pr. Etschmiadsin (Koch. *in litt.*).

Sect. V. *Lepia.* DEC. Silicula suborbiculata, apice emarginata: valvis navicularibus apice alatis: alis saepius stylo brevissimo intra sinum incluso adnatis. Cotyledones integrae.

7. *L. campestre* (R. BR. *in h. kew. ed. 2. IV*, p. 88) siliculis papuloso-punctatis ovatis a medio lato-alatis apice rotundatis emarginatis, foliis cano-pubescentibus; radicalibus oblongis in petiolum attenuatis basi sinuato-dentatis; caulinis denticulatis sagittato-amplexicaulibus.

L. campestre. DEC. *Prodr. I*, p. 204. — EICHW. *Skisse* p. 180. — WIRZÉN *Fenn.* p. 58.
Thlaspi campestre. L. *Spec.* p. 902. — FISCH. *Livl. Zus.* p. 126. — FALK. *Beitr. II*, p. 214. — STEPHAN *Fl. mosq.* Nro. 438. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1122. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 100. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 196. — MART. *Fl. mosq.* p. 112. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 54. — BESSER *Enum.* p. 26. Nro. 796. — LUCÉ *Fl. osil.* p. 223. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 243.
Thlaspi incanum. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 55. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 231.
Thlaspi hirsutum. PALL. *Ind. Taur.*
Thlaspi hirtum. GEORGI *l. c.* p. 1122.
Thlaspi arvense, Vaccariae incano folio, majus. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 120.
Hab. in Rossia (FALK) septentrionali [Finnlandia (GEORGI, PRYTZ, WIRZÉN)], media [ins. Osilia (LUCÉ), Livonia (FISCH.), Lithuania (GILIB., JUNDZ.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.), ad Tanain (HENNING), in Tauria! (PALL., M. a BIEB.), Caucaso (M. a BIEB.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.) ⊙.

Sect. VI. *Dileptium.* DEC. Silicula subelliptica, apice brevissime emarginata: valvis carinatis, omnino apteris. Stylus brevissimus, subnullus.

8. *L. ruderale* (L. SP. 900) annuum, subpubescens, foliis radicalibus pinnatipartitis: laciniis inciso-dentatis; caulinis sublinearibus incisis vel dentatis integerrimisve, floribus diandris apetalis, siliculis lato-ellipticis suborbiculatisve emarginatis glabris.

L. ruderale. DEC. *Prodr. I*, p. 205. — GORTER *Fl. ingr.* p. 102. — PALL. *It. I*, p. 213, 214; *III*, p. 267. 653. — GEORGI *It. I*, p. 224. — FISCH. *Livl.* p. 262. — LEPECH. *It. III*, p. 48. — FALK. *Beitr. II*, p. 214. — GÜLDENST. *It. I*, p. 112. 194; *II*, p. 81. 174. 202. 307. 312. 319. 362. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nro. 436. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 98. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 196. — MART. *Fl. mosq.* p. 112. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 54. — LUCÉ *Fl. osil.* p. 222. — HÖFFT *Cat. Kursk.* p. 43. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 195. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 193. — EICHW. *Skizze* p. 180. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 254. — WIRZ. *Fenn.* p. 57. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 64. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nro. 177. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 143. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprovinzen.* p. 226. — WIRZÉN *Casan.* Nro. 53.
L. apetalos. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 54. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 230.
L. ibericum. SCHRAD. (test. FISCHER et MEYER *in Ind. III. sem. h. petropol.* a. 1837. p. 39.)
Nasturtium ruderale. BESSER *Enum.* p. 26. Nro. 792.
Lepidium floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 254. Nro. 10.

Hab. in Rossia (FALK.) septentrionali [Fennia (PRYTZ, WIRZÉN)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHWALD), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPH., MART.), Kursk (HÖFFT),

Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN), Orenburg (PALL.)] et australi [Kiew (GÜLDENST., TRAUTVETT. *in litt.*), Podolia (BESSER), Ucrania et Jekaterinoslaw (GÜLDENST.), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING) et Wolgam pr. Zarizyn (PALL.), desert. casp. (CLAUS), Tauria (PALL., M. a BIEB.), des. cumanens. (C. A. MEYER), ad fl. Terek (GÜLDENST.), in Caucaso (M. a BIEB.), pr. Elisabethpol (HOHENACK.), Radsch inque Armenia (KOCH. *in litt.*), litt. occid. m. casp. (C. A. MEYER)] inque Sibiria [Werchoturie (LEPECH.), Altai! (FL. ALT.), ad Jeniseam et Angaram (J. G. GMEL.), Baikal (GEORGI, TURCZ.), trans Baikal et in Davuria (PALL., TURCZ.) ⊙.

Variat foliis caulinis omnibus linearibus integerrimis, aut inferioribus pinnatifidis; superioribus integerrimis. Caulis plerumque divaricatus: ramis elongatis patentissimis, qua nota primo adspectu a subsequente dignoscitur, cujus rami erecto-patentes ratione caulis minus elongantur.

E regione astrachanensi specimina aliquot possideo, quae habitu flaccido foliisque latioribus a forma vulgari recedunt.

9. *L. micranthum* (LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross. I*, p. 22. t. 92) annuum subpubescens, caule erecto vel adscendente, foliis angusto-oblongis linearibusve inciso-serratis integerrimisve; radicalibus (rarius) subpinnatifidis: laciniis integerrimis, floribus 2—4andris, petalis calyce brevioribus, siliquis suborbiculatis emarginatis glabris pedicellos subaequantibus.

L. micranthum. FISCH. et MEYER *in Ind. II. h. petropol.* p. 40.

L. incisum. M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 98. (excl. syn. Roth.) — DEC. *Prodr. I*, p. 205. (excl. syn. Roth.) — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 193. (excl. syn. praeter M. a BIEB.)

L. bonariense. PALL. *It. II*, p. 329? — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1120?

L. Iberis. GEORGI *It. II*, p. 224.

L. micropetalum. STEVEN *in herb. Zeyheri.*

β. apetalum: petalis nullis, sepalis apice barbatis.

L. apetalum. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 441. — WILLD. *herb.* Nro. 11,822. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 285.

L. densiflorum. SCHRAD. *Ind. sem. h. goetting.* a. 1832. p. 4. — FISCH. et MEYER *in Ind. VI. h. petropol.* a. 1840. p. 11.

Hab. in Tauria!, circa oppidum Kislar! (M. a BIEB., STEV.), in litt. m. casp. pr. Gurjew (Sokolow ex PALL.) inque Sibiria altaica! (FL. ALT.) et baikalensi (GEORGI) ⊙.

10. *L. fastigiatum*: annuum, ramis erecto-patentibus fastigiatis, foliis omnibus angusto-oblongis; inferioribus inaequaliter serratis vel incisis; superioribus subintegerrimis, pedicellis pubescentibus, floribus diandris, petalis calyce brevioribus, siliculis orbiculatis integerrimis vix retusis stigmate brevissimo apiculatis parce pilosis pedicello brevioribus.

Hab. ad Wolgam inferiorem! (BLUMR) ⊙.

Caulis 9pollicaris, a basi ad apicem ramosus: ramis omnibus erectis fastigiatis. Folia angusto-oblonga, basin versus attenuata; radicalia et caulina inferiora 2 circiter pollices longa, 3—4 lineas lata; superiora vix pollicem longa, 2 lineas lata obtusa subintegerrima. Racemi pubescentes. Flores magnitudine antecedentis. Petala albida.

Ob siliculas non emarginatas, vix retusas ad sectionem sequentem pertineret, affinitas vero cum antecedentibus huic sectioni associare suadet.

11. *L. pinnatifidum*: annuum, caule erecto vel adscendente subflexuoso glaberrimo, foliis radicalibus caulinisque infimis pinnati-partitis: laciniis sérratis; fol. caul. intermediis pinnatifidis vel pectinato-incisis; laciniis integerrimis; supremis oblongis integerrimis, pedicellis pubescentibus, floribus 2—4andris, petalis calycem subaequantibus, siliculis ellipticis subemarginatis stigmate apiculatis parce pilosis pedicello brevioribus.

Hab. in regione astrachanensi! (Blume) ⊙.

A L. anguloso differre videtur foliis superioribus integerrimis, nec omnibus pinnatisectis et caule tereti, nec angulato sulcato.

12. *L. vesicarium* (L. Sp. 898) annuum erectum, caule erecto glaberrimo: geniculis inflatis, foliis infimis bipinnatifidis; mediis pinnatisectis: segmentis linearibus elongatis; summis trisectis integrisve pedicellisque parce pilosis glabrisve, floribus tetradynamis, petalis calyce longioribus, siliculis ellipticis utrinque acutiusculis subemarginatis stigmate apiculatis pedicello subduplo brevioribus.

L. vesicarium. Dec. *Prodr. I*, p. 205. — Güldenst. *It. I*, p. 224. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 96. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 193. — Eichwald *casp. cauc.* p. 27. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 243.

Hab. in Caucaso orientali et Iberia! (Güldenst., M. a Bieb., Eichw.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), Armenia (Koch. *in litt.*), inter Baku et Sallian (C. A. Meyer) ⊙. ⊙.

13. *L. angulosum* (d'Urville *Enum.* Nro. 578) caule glaberrimo flexuoso angulato sulcato, foliis omnibus pinnatisectis: segmentis inciso-dentatis, siliculis ovatis subemarginatis.

L. angulosum. Dec. *Prodr. I*, p. 205.

Hab. in Tauria in ruderatis urbis Theodosiae (d'Urvill. ex Dec.)

14. *L. perfoliatum* (L. Sp. 897) bienne erectum, foliis infimis pinnatisectis: segmentis multifidis; superioribus profunde cordato-amplexicaulibus integerrimis, floribus tetradynamis, petalis calyce longioribus, siliculis orbiculato-ellipticis emarginatis glabris.

L. perfoliatum. Dec. *Prodr. I*, p. 206. — Pall. *It. II*, p. 239. 495; *III*, p. 513. 584. 665. — Falk. *Beitr. II*, p. 214. — Güldenst. *It. I*, p. 194. 422. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 95. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 196. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 193. — Eichw. *Skizze* p. 180. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. 27. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 254. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 143.

Nasturtium perfoliatum. Besser *Enum.* p. 26. Nro. 793.

Hab. in Rossia australi [Podolia austral.! (Andrz. ex Besser, Eichw.), pr. Astrachan! (Eichw.), des. casp. (Pall., Claus.), pr. Gurjew (Sokolow ex Pall.), Tauria! (Pall., M. a Bieb.), des. cuman. (Sokolow ex Pall.), ad fl. Terek (Güldenst.), in Caucaso (M. a Bieb.), Somchetia (Eichw., Koch. *in litt.*), Kachetia (Güldenst., Eichw.), pr. Grosnaja et Baku (C. A. Meyer), Armenia (Koch. *in litt.*), provinc. Talüsch (Hohenack.)] inque Sibiria [ad fl. Irtysch (Pall., Falk.), Altai! (Fl. alt.)]. ⊙.

Sect. VII. *Lepidiastrum*. Dec. Silicula ovata vel elliptica, integerrima, stigmate subsessili apiculata: valvis carinatis, apteris.

15. *L. latifolium* (L. Sp. 899) erectum glabrum vel pubescens, foliis ovatis oblongisve; inferioribus serratis incisisve in petiolum attenuatis; superioribus serratis vel integerrimis sessilibus, floribus tetradynamis,

petalis calyce longioribus, siliculis suborbiculatis vel ovato-ellipticis integerrimis pilosis vel glabris.

L. latifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 207.

α. glabrum.

a) siliculis orbiculatis demum subglabrescentibus, foliis serratis.

L. latifolium. *β*. acutum. C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 189.

L. latifolium. Pall. *It. I*, p. 220. 238. 416?; *II*, p. 299. — Falk. *Beitr. II*, p. 214. — Güldenst. *It. I*, p. 59. 92. 112. 194; *II*, p. 32. 56. 126. 177. 202. 278. 287. 312. 316. 321. — Böb. in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 260. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 97. — Besser *Enum.* p. 26. Nro. 791. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 193. — Eichw. *Skizze* p. 180. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. 4. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 254. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 143. — Wirzén *Casan.* Nro. 54.

Hab. in Rossia media [Kasan (Wirzén)], australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*)], Podolia austr. (Andrz. ex Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst., Böb.), Jekaterinoslaw (Güldenst.), ad Tanain (Güldenst., Henning), prop. Astrachan (Eichw.), in deserto caspio (Falk., Claus) et transuralensi (Pall., Falk.), Tauria! (Pall., M. a Bieb.), ins. Taman!, des. cuman. (Falk.), ad fl. Terek (Güldenst.), in promont. caucas. ad fl. Kuban alt. 450 hexap. et pr. Grosnaja (C. A. Meyer), Caucaso (M. a Bieb.), pr. Tarki (Eichw.), in Armenia (Koch. *in litt.*), pr. Lenkoran inque provinc. Talüsch usque ad altitudinem 700 hexap. (Hohenack.)] inque Sibiriae campestribus circa radices montium altaicorum! (Fl. alt.) ♃.

Folia infima saepe tri- vel pinnatifido-lyrata: laciniis ovato-ellipticis apice rotundatis.

b) siliculis ovato-ellipticis demum glabrescentibus, foliis profundius serratis latioribus.

L. latifolium. *γ*. affine. C. A. Meyer l. c.

L. affine. Ledeb. *Ind. h. dorpat.* p. a. 1821. p. 22. — Dec. *Prodr. I*, p. 207.

L. sibiricum. Schweigger *Enum. pl. h. regiomont.* a. 1812. p. 43. (non Pall.)

L. latifolium. Pall. *It. III*, p. 267. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 178.

L. latifolii var. crassifolia. Georgi *It. I*, p. 224.

Hab. in ins. Osilia! (Meyer et Bunge), Sibiria baikalensi! (Georgi, Turcz., Schtschukin, Kruhse) et Davuria (Pall.) ♃.

β. pubescens, foliis angustioribus subserratis integerrimisve.

L. latifolium. *γ*. angustifolium. C. A. Meyer l. c.

L. latifolium. Pall. *It. II*, p. 454? 486.

Hab. ad fl. Irtysch (Pall.), in des. barabensi! (Gebler) et kirghisorum! (Fl. alt.) ♃.

16. *L. amplexicaule* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 436) erectum subglabrum, foliis infimis obovatis petiolatis; caulinis mediis cordatis semiamplexicaulibus acutis serrato-dentatis; supremis rameisque basi rotundatis, floribus tetradynamis, petalis calyce longioribus, siliculis orbiculato-ellipticis integerrimis glaberrimis.

L. amplexicaule. Dec. *Prodr. I*, p. 204. — Georgi *Beschreibung d. Russ. Reichs Nachtr.* p. 285. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 188.

Hab. ad fl. Irtysch (Pall. ex Georgi), in deserto edito ad fl. Tschuja! (Fl. alt.) ♃.

17. *L. cordatum* (Willd. *herb.* Nro. 11,817) glaucescens erectum subglabrum, foliis radicalibus subincisis; caulinis infimis obovatis petiolatis; reliquis omnibus rameisque basi profunde cordata amplexicaulibus obtusis subdentatis, floribus tetradynamis, petalis calyce longioribus, siliculis orbiculatis integerrimis glaberrimis.

L. cordatum. Dec. *Prodr. I*, p. 208. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 186. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 154. — Bunge *Ind. h. dorpat.* a. 1840. p. 4.

Hab. in deserto soongoro-kirghisico! (Fl. alt.) et edito ad fl. Tschuja! (Bunge) ♃.

Praecedenti affine, tamen diversum videtur foliis omnibus, infimis exceptis, profunde cordatis crassioribus, caule a basi plerumque ramis instructo elongatis, angulo fere recto patentibus et glaucedine totius plantae.

V. spathulata (Willd. *herb.* Nr. 4891), Persiae provinciae Ghilan, nec imperio rossico indigena, var. α. affinis, differt radice elongata crassa apice multicipite caespitem densum protrudente, foliis versus apicem latioribus subintegerrimis, pilis albidis dense obtectis et insuper corpusculis nigricantibus lineari-oblongis orbiculatisve plus minus dense adspersis, floribus plus duplo minoribus, sepalis a basi ad apicem ciliatis, calcare tenui subcurvato sepalis breviore.

11. *V. incisa* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 197) radice inarticulata, foliis ovatis vel obovato-oblongis subcordatis vel cuneatis inciso-serratis glabris, petiolis marginatis, sepalis ovatis obtusis: appendicibus rotundatis, calcare crasso subincurvo apice rotundato sepala subaequante, stipulis exterioribus liberis membranaceis; interioribus ultra medium adnatis lanceolatis remote dentato-serratis apice foliaceis.

Hab. in glareosis ad Baikal pr. pagum Goloustnaja! (Turcz.). ♃.

†† Radice articulata.

12. *V. brachyceras* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 191) foliis cordatis glabris subtus lividis, petiolis immarginatis, pedunculis medio bibracteatis, sepalis lanceolatis acutis: appendicibus truncatis calcare crasso rotundato vix brevioribus, stipulis liberis lanceolatis acutis glanduloso-dentatis: glandulis stipitatis.

Hab. in Sibiria baikálensi in rupe prop. Krugloie juxta viam inter. Irkutzk et Kultuk! (Turcz.). ♃.

13. *V. palustris* (L. Sp. 1324) foliis reniformi-cordatis cordatisve glabris, petiolis immarginatis, pedunculis infra medium bibracteatis, sepalis ovatis obtusis: appendicibus rotundatis calcare crasso recto obtuso vix brevioribus, stipulis liberis ovato-acuminatis glanduloso-serratis.

V. palustris. Dec. *Prodr. I*, p. 294. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 141. — Pall. *It. III*, p. 34. 486. 491. — Falk. *Beitr. II*, p. 245. — Güldenst. *It. I*, p. 113? — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 595. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 72. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 212. — Mart. *Fl. mosq.* p. 44. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 40. — Lucé. *Fl. osil.* p. 290. — Chamiss. et Schlechtend. *Linnaea II*, p. 146. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 98. — Eichw. *Skizze.* p. 176. — Lessing in *Linnaea IX*, p. 172. — Weinm. ibid. *X*, p. 65. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 302. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 27. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 194. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 87. (excl. syn. V. epipsila). — Wirzén. *Casan.* Nr. 56.

V. inodora. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 123. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 274.

V. caule adultiore adscendente, foliis oblongo-cordatis. I. foliis inferioribus reniformibus. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 98.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia (Wahlenb., Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz), terrae Samojedarum reg. sylvat. (Schrenk *in litt.*)], media [Petropol.! (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Eichw.), circa montes Ilmenses (Lessing), Mosqua (Stephan, Mart.), gub. Wiätka (Pall.), Kasan (Wirzén)] et austr.? [ad Tanain? (Güldenst.)] inque Sibiria omni (J. G. Gmel.), arctica [ad sin. Karicum m. glacialis (Sujeff ex Pall.)], altaica (Falk.), baikalensi (Turcz.) et Kamtschatka! (Radowski ex Chamiss. et Schlechtend.). ♃.

14. *V. epipsila* (Ledeb. *Ind. sem. h. dorpat.* [1820] p. 5) foliis geminis reniformi-cordatis cordatisve subtus pilosiusculis (demum subglabris), petiolis immarginatis, pedunculis supra medium bibracteatis, sepalis oblongis obtusis: appendicibus subtruncatis, calcare crasso incurvato rotundato sepalis parum breviore, petalis parce barbatis, stipulis liberis ovatis acutis glanduloso-denticulatis: glandulis stipitatis.

V. epipsila. Link. *Enum. h. berol. I*, p. 241. — Dec. *Prodr. I*, p. 305. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 195.

V. repens. Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 198 (teste clar. auct. in litt.).

Hab. in Rossia arctica [Lapponia kemensi (Schrenk. *in litt.*)], septentrionali [terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk. *in litt.*) et media [Livonia!, gub. Orenburg pr. Slatoust (Nesterofski)], in Sibiria baikal. [ad Krugloie (Turcz.) et orientali [pr. Ochotzk! (Kruhse *pl. exs.*). ♃.

V. palustri affinis, tamen praeter notas indicatas floribus majoribus, calcare longiori dignoscenda. — Ulterius observanda.

15. *V. blanda?* (Nutt. *Gen. amer. I*, p. 149) foliis pluribus reniformi-cordatis subtus petiolisque immarginatis pilosiusculis glabrisve, sepalis ovatis acutiusculis: appendicibus rotundatis calcare crasso recto rotundato parum brevioribus, petalis imberbibus, stipulis liberis lanceolatis acutis serrulatis.

V. blanda? Hooker et Arnot in Beechey's *Voyage.* p. 122.

Hab. in America arctica ad sin. Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn.) ♃. — Vidi specimina ex ulteriori America a clar. Hooker mecum communicata.

Duabus antecedentibus speciebus affinis, ab utraque vero prima intuitu florum magnitudine multo minori, radicis nodis approximatis, et habitu alieno dignoscenda.

16. *V. rotundifolia* (Mich. *Fl. bor. am. II*, p. 150) radice articulata squamosa, foliis orbiculato-cordatis sinu (demum) clauso subtus glabris, stipulis subulato-lanceolatis, sepalis oblongis angustis obtusis, petalis lateralibus barbatis. (Flores vernales lutei.)

β. pallens (Banks *herb.* ex Dec. *Prodr. I*, p. 295) glabra, sepalis acuminatis.

Hab. in Kamtschatka (Dec.). ♃. — An eadem ad *α*? An species? (Dec.). — Mihi ignota.

17. *V. uliginosa* (Schrad. *n. Journ. IV*, p. 80) foliis cordatis petiolisque alatis glabris, sepalis ovatis obtusis calcare recto aut subrecurvato vix longioribus, petalis mediis parce barbatis (aut imberbibus ex Koch. *Deutschl. Fl. II*, p. 256) basi saccatis, stipulis lato-lanceolatis acutis glanduloso-denticulatis ad medium usque petiolo adnatis.

V. uliginosa. Dec. *Prodr. I*, p. 296. — Eichw. *Skisse.* p. 167. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 27. — Id. *in Linnaea. X*, p. 65.

Hab. in Rossia media [circa Petropolin! (Weinm.) et Dorpat! inque Lithuaniae distr. Trotzki, Wilkomirs et alibi (Eichw.)]. ♃.

18. *V. umbrosa* (Fries. *Novit. Fl. suec. ed.* 2. p. 271. [non Hoppe]) foliis cordatis pilosiusculis, petiolis anguste marginatis ciliatis glabrisve, sepalis lanceolatis acuminatis: appendicibus ciliatis, calcare recto incrassato rotundato sepalis longiori, petalis imberbibus, stipulis exterioribus ovatis liberis; interioribus lanceolatis ad medium usque petiolo adnatis, integerrimis aut glanduloso-dentatis: glandulis stipitatis.

V. borealis. Weinm. *in Linnaea. X*, p. 66. — Ej. *Fl. petropol.* p. 27.

Hab. in Rossia media [sylvis umbrosis circa Petropolin! (Weinm.)]. ♃?

Ob affinitatum cum speciebus antecedentibus huic sectioni subjungenda videtur, licet radix non ita manifeste articulata est.

§. 2. *Stigma in rostellum deflexum attenuatum.*

† Caulibus subnullis.

19. *V. hirta* (L. Sp. 1324) subacaulis, stolonibus subnullis, foliis cordatis supra pilosiusculis subtus petiolisque hirsutis, sepalis obtusis, petalis emarginatis; mediis barbatis, pedunculis fructiferis prostratis apice rectis, stipulis superioribus ovato-lanceolatis remote ciliatis inferne petiolo adnatis.

V. hirta. Dec. *Prodr. I*, p. 295. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 140. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 594. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 162. — Jundz. *Fl. lith.* p. 72. — Mart. *Fl. mosq.* p. 44. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 40. — Besser *Enum.* p. 10. Nr. 242. et p. 43. post. Nr. 1354. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 17. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 258. — Eichw. *Skisse.* p. 176. Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 257. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 196. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 146. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 88 — Wirzén. *Casan.* Nr. 57.

V. campestris. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 171; *III*, p. 162. — Besser. *Enum.* p. 43. Nr. 1354. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 83. — Eichw. *Skisse* p. 176. — Ej. *casp. cauc.* p. 28. — Wirzén. *Casan.* Nr. 58. — Willd. *herb.* Nr 4901.

V. ambigua (Koch.). Eichw. *Skisse.* p. 176.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petropoli (Gorter), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Witepsk! (C. A. Meyer *pl. exs.*), Lithuania (Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasau (Wirzén), Orenburg! (Tilesius, Nesterofski)] et australi [Podolia! (Besser, Eichw.), gub.

Cherson!, ad Tanain (HENNING) atque Wolgam mediam et inferiorem pr. Sysran et Saratow (CLAUS)], in Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [Iberia! (M. a BIEB., WILHELMS *pl. exsicc.*). Somchetia (EICHW., KOCH. *in litt.*) et Kachetia (EICHW.), pr. Helenendorf (HOHENACK.)] inque Sibiria altaica! (FL. ALT.), pr. Krasnojarsk! (TURCZ.) et baikalensi ad fl. Angara (TURCZ.). ♃.

Varietatem flor. albis enumerat clar. BESSER l. c.

V. hirsuta (SCHULT. *S. Veg. V*, p. 361) hujus videtur var. foliis reniformi-cordatis nec cordatis. Huc spectat forte specimen in sylvis circa Budam lectum, quod clar. LANG mecum benevole communicavit. Specimina rossica hujus formae nondum vidi.

20. *V. collina* (BESSER. *Catal. h. cremenec.* p. a. 1816. p. 151. — *Enum.* p. 10. Nr. 243) subacaulis, stolonibus nullis, foliis cordatis supra pilosiusculis subtus petiolisque hirsutis, sepalis obtusis, petalo infimo emarginato; reliquis obtusis; mediis obsolete barbatis, pedunculis fructiferis prostratis apice rectis, stipulis lanceolatis longe ciliatis ipsa basi petiolo adnatis.

V. collina. EICHW. *Skizze.* p. 176. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 146? — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 88. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 59.
V. hirta γ. alpina. DEC. *Prodr. I*, p. 295?
Hab. in Rossia media [Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (EICHWALD) Volhynia pr. Cremenec! (BESSER, EICHW.), Kasan (WIRZÉN)], inque provinciis caucasicis [pr. Helenendorf (HOHENACK.)]. ♃.

Statura minori, hirsutie nonnihil densiore, stipulis longius ac densius ciliatis, floribus odoratis pallide caeruleis petalisque lateralibus vix emarginatis a priori dignoscenda.

21. *V. odorata* (DEC. *Prodr. I*, p. 296) acaulis, stolonifera, foliis cordatis aut reniformi-cordatis petiolisque pilosis, sepalis obtusis, petalo infimo emarginato; reliquis obtusis; mediis barbatis, pedunculis fructiferis prostratis apice rectis, stipulis lanceolatis ciliato-serratis ipsa basi petiolo adnatis.

α. hirsutior (STEVEN *in herb. reg. berolin.*) petalis duobus superioribus obovatis infimo paulo angustioribus.

V. odorata. L. SP. 1324. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 141. — PALL. *It. I*, p. 147; *III*, p. 318. — GEORGI. *It. II*, p. 807. — FISCH. *Livl.* p. 289. — GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 122. — FALK. *Beitr. II*, p. 245. — GÜLD. *It. I*, p. 113. 196. 230. 419; *II*, p. 2. 133. 141. 155. 179. 187. 192. 204. 225. 327. 343. — GILIB. *Exerc. phytol. I*, p. 274. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 171; *III*, p. 163. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 73. — MART. *Fl. mosq* p. 44. — BESSER. *Enum.* p 11. Nr. 244. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 290. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 17. — LEDEB. *Fl alt. I*, p. 259. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 198. — EICHW. *Skizze.* p. 176. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 257. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 146. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 88.
V. officinarum. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 130.
V. martia S. G. GMELIN. *It. I*, p. 65; *II*, p. 196.
V. acaulis foliis cordatis, stolonibus reptantibus. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 98. Nr. 60.
Hab. in Rossia media [Petropoli (GORTER), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCHER), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (MART.), Kursk (HÖFFT.), Woronesch (GÜLDENST.), Kasan (GEORGI)] et australi [Kiew inque Ucrania (GÜLD.), Podolia (BESSER, EICHW.), ad Tanain (GÜLD., HENNING) et Wolgam (PALL., CLAUS), pr. Astrachan (S. G. GMEL.)], Tauria!

(Pall., M. a Bieb.), provinciis caucas. (M. a Bieb.) [promontor. (C. A. Meyer), ad fl. Terek (Güld.), Iberia (Güld.), Somchetia (Koch *in litt.*), territ. Elisabethpol, prov. Karabagh et pr. Lenkoran (Hohenack.)] inque Sibiria [provinc. Iset. (S. G. Gmel.), Altai! (Fl. alt.)]. ♃.

Variat floribus albis (Mart. l. c., Eichw. l. c.).

b. major, foliis primigenis magnis longissime petiolatis hirtis. — Tauria (M. a Bieb.).

β. glabrior (Steven *in herb. reg. berolin.*) corollis dimidio majoribus pallidioribus: petalis duobus superioribus oblongis obtusis infimo subduplo angustioribus.

V. suavis. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 164. — Besser. *Enum.* p. 43. Nr. 1355. — Schrank *in Flora*. 1822. *II*, p. 643. — Eichw. *Skizze*. p. 176. — Claus. *ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 257.

V. odoratae var. *β.* Steveni. Besser. *Cat. h. cremenec.* a. 1811. suppl. 2. p. 17. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 164. — Besser. *Enum.* p. 43. post Nr. 1355. (non differre videtur nisi petalis a basi ad medium fere albis foliisque rotundioribus, i. e. brevioribus respectu latitudinis).

Hab. in Rossia australi [Podolia australi (Andrz. ex Besser, Eichw.), circa Odessam! (Besser), Charkow (Tschernajew ex Schrank) et Sarepta (Bunge ex Claus)] ♃.

γ. sarmentosa: stolonibus filiformibus, stipulis denticulatis minoribus, pedunculis folio brevioribus.

V. sarmentosa. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 172; *III*, p. 166. — Willd. *herb.* Nr. 4912. (non Dougl. in Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 80).

Hab. in alpium caucasicarum cryptis! (M. a Bieb.). ♃. — Vidi in herb. Willd.

V. sarmentosa, cujus primum mentionem fecit cl. M. a Bieb. in Tom. I. *Fl. t. c.*, in Tom. III. ej. oper. ad V. glaucam ducitur. Ob capsulam vero erectam potius ad hanc, quam ad sequentem sectionem pertinet. Cauliculi etiam, aut potius stolones, minime V. glaucae caulibus, sed V. odoratae stolonibus aemulantur, foliis stolonum more versus apicem congestis.

22. *V. Langsdorffii* (Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 296) subcaulescens, stolonibus nullis, foliis cordato-suborbiculatis glabris, sepalis ovatis subacutis, petalo infimo retuso; reliquis obovatis; mediis eximie barbatis, pedunculis fructiferis . . . ., stipulis ovatis subacuminatis remote ciliato-dentatis liberis.

V. Langsdorffii. Gingins *in Linnaea I*, p. 407. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 77.
V. pedunculalaris. Langsdorff ex Fisch. ap. Dec. l. c.

α. subacaulis: caulibus nullis aut brevissimis, floribus minoribus.

β. caulescens: caulibus subelongatis gracilibus, floribus majoribus.

Hab. in insula Unalaschka! (Chamiss., Eschsch., Mertens). ♃.

An duae species sub huc latent? — Stigmatis structura inter hunc et primum §. ambigua est.

†† Caulibus demum elongatis.

23. *V. mirabilis* (L. Sp. 1326) caulibus erectis petiolisque triquetris, foliis reniformi-cordatis breviter acuminatis crenulatis, stipulis oblongo-lanceolatis acuminatis; superioribus setulis brevibus ciliatis caeterum integerrimis denticulatisve, floribus radicalibus corollatis sterilibus; caulinis subapetalis fertilibus, sepalis lanceolatis acutis, calcare appendicibus calycis duplo triplove longiori.

V. mirabilis. Dec. *Prodr. I*, p. 297. — Gorter *Fl. ingr.* p. 142. — Pall. *It. I*, p. 181. — Georgi *It. II*, p. 811. — Lepech. *It. III*, p. 30. — Steph. *Fl. mosq.* Nr. 597. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 172; *III*, p. 166. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 73. — Mart. *Fl. mosq.* p. 45. — Prytz. *Fl. fenn breviar.* p. 40. — Besser. *Enum.*

p. 11. Nr. 245. — Höfft *Cat. Kursk.* p. 18. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 259. — Eichw. *Skizze.* p. 176. — Weinm. *in Linnaea X*, p. 66. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 257. — Weinm *Fl. petropol.* p. 27. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 199. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 90. — Wirzén. *Casan.* Nr. 60.
V. apetala. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 164. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 275.
Viola. Gmel. *Fl. sib. IV*, t. 49. f. 1 (excl. text.).

α. vulgaris: caulibus unifariam petiolisque subtus pilosis.

β. subglabra: caulibus petiolisque glabris.

Hab. *α*, in Rossia media [Fennia austr. (Prytz.), Petropoli (Gorter, Weinm.), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Witepsk! (C. A. Meyer *pl. exs.*), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Kasan (Georgi, Wirzén, Blum *pl. exs.*), Simbirsk (Pall.), Orenburg (Claus, Nesterofski)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (Henning) et Wolgam (Claus)] in Caucaso [Iberico (M. a Bieb.) et Somchetia (Koch *in litt.*)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi circa Tjumen (Lepech.), altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*). ♃.

β. in Sibiria baikalensi [ad Angaram (Turcz.) et circa Irkutzk! (Kruhse *pl. exsicc.*)] inque Davuria! (Frisch. *pl. exs.*). ♃.

24. *V. elatior* (Fries *Novit. Fl. suec.* ed. 2. p. 277) **caulibus erectis superne foliisque pubescentibus, foliis e basi leviter cordata ovato-oblongis, stipulis caulinis mediis foliaceis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis petiolo alato longioribus, sepalis acutis, calcare appendices calycis aequante aut parum superante.**

V. elatior. Koch. *Syn.* p. 86. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 89.
V. persicifolia. Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 260. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 126.
V. montana. Georgi *It. I*, 231. — Lepech. *It. III*, p. 68. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 73. — Mart. *Fl. mosq.* p. 45. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 40. — Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 250. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*. p. 83. — Lucé. *Fl. osil.* p. 291. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 18. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 101. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 305. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 202.
V. erecta. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 124. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 275.
V. procera. Pall. *Ind. Taur.?*
V. caulibus erectis, foliis cordatis oblongis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 97. Nr. 58.

Hab. in Rossia arctica [territ. Kola et Lapponia (Fellm.)], septentrionali [Fennia borealis (Prytz.)], media [ins. Osilia (Lucé), Livonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.), Kursk (Höfft.)] et australi [ad Tanain (Henning)], in Tauria? (Pall.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [Ural (Lepech.), Altai! (Fl. alt., Karel. et Kiril.), circa m. Tarbagatai (Karel. et Kiril.), ad Angaram (Turcz.) et Baikal (Georgi)]. ♃.

25. *V. pratensis* (Mert. et Koch. *Deutschl. Fl. II*, p. 267) **caulibus erectis foliisque glaberrimis, foliis ex ovata basi lanceolato-oblongis basi cuneatis, stipulis caulinis mediis foliaceis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis petiolo alato longioribus, sepalis acutis, calcare appendices calycis aequante aut parum superante.**

V. persicifolia. Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 249. — Lucé. *Fl. osil.* p. 291? — Eichw. *Skizze.* p. 177.
V. montana. *β.* persicifolia. Mart. *Fl. mosq.* p. 45.
V. montana. Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 261. (excl. syn. Gmel.). — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 128.

Hab. in Rossia media [ins. Osilia? (Lucé), pr. Mosquam (Mart.)] et australi [Podolia! (Besser, Eichw.)] inque Sibiria altaica! (Fl. alt., Karel. et Kiril.), in mont. Tarbagatai (Karel. et Kiril.). ♃.

26. *V. stagnina* (KIT. in SCHULT. *österr. Fl. I*, p. 426) caulibus erectis glabris, foliis e cordata basi oblongo-lanceolatis, stipulis caulinis intermediis lanceolatis acuminatis fimbriato-serratis petioli superne subalati dimidio brevioribus, sepalis acutis, calcare appendicibus calycis paulo longiori.

V. stagnina. EICHW. *Skisse*. p. 177.
V. montana. *β*. stricta. WEINM. *in Linnaea X*, p. 68. — Ej. *Fl. petropol.* p. 27.
V. lactea. SM. *Engl. bot.* 445. — KAREL. et KIRIL. *Enum pl. alt.* Nr. 129.

Hab. in Rossia media [circa Petropolin (WEINM.), in Livonia circa Dorpat!] et australi [Podolia australi! (BESSER, fide spec. nom. V. limosae KOCH mecum comm., EICHW.)] inque deserto uralensi! (EVERSMANN *in herb. reg. berolin.*) et regione altaica in rupestribus umbrosis m. Tarbagatai ad torrentam Terekty (KAREL. et KIRIL.). ♃.

27. *V. Ruppii* (ALL. *Fl. pedem.* Nr. 1646. t. 26) caulibus erectis glabris, foliis cordato-ovatis antice subacuminato-angustatis, stipulis caulinis oblongo-lanceolatis foliaceis fimbriato-dentatis; intermediis petiolo superne alato duplo brevioribus; superioribus eundem aequantibus, sepalis acutis, calcare appendicibus calycis paulo longiore.

V. lancifolia. M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 165. — BESSER. *Enum.* p. 11. 53. Nr. 248. — EICHW. *Skisse.* p 177.
V. montana. *α*. glabra. WEINMANN *in Linnaea X*, p. 67? — Ej. *Fl. petropol.* p. 27?

Hab. in Rossia media [circa Petropolin? (WEINM.), in Lithuania (EICHW.), circa Mosquam (M. a BIEB.)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.) et Ucrania (M. a BIEB.), inque Sibiria altaica! (GEBLER *pl. exs.*). ♃.

28. *V. acuminata*: caulibus erectis, foliis cordato-vatis longe acuminatis, stipulis foliaceis oblongis; mediis petiolo aptero duplo vel triplo brevioribus; superioribus eundem aequantibus; omnibus profunde pinnatifido-laceris: laciniis linearibus elongatis, sepalis lanceolato-linearibus acutissimis, calcare appendicibus calycis duplo longiore.

V. micrantha. TURCZ. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Moscou.* V, p. 183.

Hab. in Sibiria altaica! (GEBLER) et baikalensi! (KRUHSE *pl. exsicc.*) inque Davuria pr. Nertschinsk! (FRISCH *pl. exs.*) ♃.

Specimina sibirica glaberrima sunt aut rarius in foliorum pagina inferiore ad venas pili aliquot inveniuntur. Planta e contra, quam, in China boreali lectam, benevolentiae clar. TURCZANINOW debeo, tota pubescit.

A V. Ruppii, cui proxima, differt: foliis in acumen longum productis, stipulis longe profundius pinnatifido-laceris: laciniis numerosioribus, elongatis, anguste lanceolatis vel linearibus, floribus multo minoribus, calcare longiore.

Nomen mutandum erat, ne confundatur cum V. micrantha GUSSON. *Fl. sicul. I*, p. 134.

29. *V. canina* (L. SP. 1324) caulibus procumbentibus adscendentibusque glabris vel subpubescentibus, foliis e basi cordata oblongo-ovatis acutiusculis; inferioribus obtusis, stipulis caulinis intermediis oblongo-lanceolatis fimbricato-serratis petiolo aptero pluries brevioribus, sepalis ovato-lanceolatis attenuato-acutis, capsula truncato-obtusa apiculata, calcare appendicibus calycis subduplo longiore.

V. canina. GORTER. *Fl. ingr.* p. 141. — GEORGI. *It. I*. p. 231. — FISCH *Livl.* p. 289. — LEPECH. *It. III*, p. 30. — FALK. *Beitr. II*, p. 246. — GÜLDENST.

It. I, p. 113. 196; *II*, p. 155. 187. 192. 204. 208. 219. 225. 230. 232. 235. 259. 262. 321. 327. 343. — Steph. *Fl. mosq.* Nr. 596. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 198. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 459; *III*, p. 264. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 73. — Mart. *Fl. mosq.* p. 44. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 40. — Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 247. — Lucé. *Fl. osil.* p. 290. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 17. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 260. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 100. — Eichw. *Skizze.* p. 176. — Ej. *casp. cauc.* p 24. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — Weinm. *in Linnaea X*, p. 67. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 304. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 257. — Weinm. *Tambow.* Nr. 40. — Ej. *Fl. petropol.* p. 27. — Wirzén. *Fenn.* p. 73. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 200. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 89. — Wirzén. *Casan.* Nr. 61.

V. procumbens. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 123. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 275.

V. martia inodora et caet. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 130.

V. caule adultiore adscendente, foliis oblongo-cordatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 98. Nr. 59. (excl. var. 1. et icon.).

Hab. in Rossia arctica [territ. Kola et Lapponia! (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén, Schrenk *in litt.*), terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk *in litt.*)], media [a Newa ad fl. Tobol (Falk.), Petropoli (Gorter, Weinmann), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindemann), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.). Volhynia (Besser, Eichw.). Mosqua (Stephan, Mart.), Orel (Güldenst.), Kursk (Höfft.), Tambow (Weinm.), Pensa (Jacquet *pl. exsicc.*), Kasan (Wirzén), ad Wolgam mediam (Claus), in gub. Orenburg pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [Kiew (Güldenst.), Podolia (Besser, Eichwald), Ucrania et gub. Jekaterinoslaw (Güldenst.), ad Tanain (Güld.)], in Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güld.), in Iberia (M. a Bieb., Eichw.) et Mingrelia (Eichw.), territ. Elisabethpol et prov. Karabagh (Hohenack.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi (Lepech.), altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi (Georgi, Turcz.) in mont. jugo Davuria (Turcz.), et Jablonnoi-Chrebet (Sievers). ♃.

β. neglecta (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 164), floribus albis.

V. neglecta. M. a Bieb. *l. c. I*, p. 172.

V. canina. Pall. *Ind. Taur.* (ex M. a Bieb.).

Hab. in Rossia media (M. a Bieb.) et australi [ad Tanain (Henning)], in Tauria! (M. a Bieb.). — A V. canina nullo modo separanda.

30. *V. sylvestris* (Lam. *Fl. franc. II*, 680) **caulibus procumbentibus adscendentibusque glabris vel subpubescentibus, foliis distincte cordatis ovatis subreniformibusque breviter acuminatis; inferioribus obtusis, stipulis caulinis intermediis lanceolato-attenuatis fimbriato-serratis petiolo aptero pluries brevioribus, sepalis lanceolato-acuminatis, capsula acuta.**

V. sylvestris. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 198. — Eichw. *Skizze.* p. 176. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 89.

V. canina. Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea. II*, p. 146. — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 112.

V. canina. *β.* podolica. Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 247.

V. canina. *ε.* kamtschatica. Gingins *in Linnaea. I*, p. 407.

Hab. in Rossia media [Livonia!, Curonia (Fleisch. et Lind.), Volhynia (Eichwald), Podolia (Besser, Eichw.)], provinciis caucasicis [pr. Lenkoran! (C. A. Meyer. Hanser *pl. exs.*)] inque Sibiria [altaica pr. Krasnojarsk! (Turcz. *in herb. Zeyheri*), baikalensi pr. Kirensk! (Kruhse *pl. exs.*)] et Kamtschatka! (Chamiss. et Schlechtend., Eschsch., Beechey ex Hook. et Arn.). ♃.

Plantam kamtschaticam non separavi, licet stipulis majoribus dimidio petiolo vix brevioribus recedit.

β. Riviniana (Reichenb. *Ic. pl. crit.* f. 202) floribus majoribus dilutioribus, calcare saepe decolore, albido.

V. canina. β. Riviniana. Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 89.
V. Riviniana. Eichw. *Skizze.* p. 177. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 146.
Hab. in Rossia media [Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Eichw.)] inque provinciis caucasicis [pr. Lenkoran (Hohenack.)]. ♃.

31. *V. arenaria* (Dec. *Fl. franc. IV*, p. 806) caulibus procumbentibus adscendentibus pube brevissima subcanescentibus glabrisve, foliis cordatis obtusis crenulatis; inferioribus reniformi-cordatis, stipulis ovato-oblongis fimbriato-serratis petiolo pluries brevioribus, sepalis oblongo-lanceolatis acutis, capsula ovata acutiuscula.

V. arenaria. Dec. *Prodr. I*, p. 298. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 260. — Weinm. *in Linnaea. X*, p. 67. — Ej. *Fl. petropol.* p. 27. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 201. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 88. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 127.
V. glauca. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 165. 647. — Schrank *in Flora 1822. II*, p. 649. — Besser. *Enum.* p. 11. 53. Nr. 246. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 18. — Eichw. *Skizze.* p. 176. — Willd. *herb.* Nr. 4927.
V. rupestri aff. Besser *Cat. h. cremenec. suppl. III*, p. 25. (ex M. a Bieb.).
Hab. in Rossia media [ad Mosquam usque (M. a Bieb.), Petropoli (Weinm.), in Livonia! Curonia (Fleisch. et Lindem.), Witepsk! (C. A. Meyer *pl. exs.*), Volhynia (Besser), Kursk (Höfft.)] et australi [in Podolia (M. a Bieb., Besser, Eichw.), pr. Charkow! (M. a Bieb. in Willd. *herb.*, Tschernajew ex Schrank), ad Tanain (Henning)] inque Sibiria [altaica! (Fl. alt.), in rupestribus mont. Aktschavly ad rivulos (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz.), baikal. et orientali! (Kruhse *pl. exs.*)] et Davur. (Turcz.). ♃.

Sect. II. *Dischidium.* Ging. ap. Dec. l. c. Stigma erostratum, apice plus minus bilobum, foraminulo inter lobos sito. Stylus ab apice ad basin attenuatus. Stamina oblonga, approximata. Torus planiusculus. Capsula saepe trigona.

32. *V. biflora* (L. Sp. 1326) caule debili subbifolio 1—3-floro, foliis reniformi-suborbiculatis crenatis ciliatis; inferioribus obtusissimis; supremo subacuto, stipulis ovatis integerrimis sepalisque acutis ciliatis.

V. biflora. Dec. *Prodr. I*, p. 300. — Pall. *It. III*, p. 34. 322. — Lepech. *It. III*, p. 65. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 153. 198. — Wahlenberg. *Fl. lapp.* p. 213. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 167. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 40. — Gingins *in Linnaea. I*, p. 407. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 261. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 198. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 99. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 303. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 203.
V. caule bifloro, foliis reniformibus serratis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 98. Nr. 61.
Hab. in Rossia arctica [territ. Kola (Fellm.), Lapponia! (Wahlenb., Prytz., Fellm., Schrenk *in litt.*)], septentrionali [Lapponia inferior! (Wahlenb., Fellm.), terrae Samojedarum! reg. subarctica et sylvatica (Schrenk *in litt.*)] et Caucasi alpibus! (M. a Bieb. — alt. 1300—1600 hexap. — C. A. Meyer) inque Sibiria [arctica pr. Obdorsk (Sujeff ex Pall.), ural. septentr. (Lepech.), altaica! (Pall., Fl. alt.), baikalensi (Sievers, Turcz.), in mont. Jablonnoi-Chrebet (Siev.), orientali ad fl. Aldan! (Turcz.)] inque Kamtschatka! (Redowski ex Chamiss., Eschsch.). ♃.

Sect. III. *Chamaemelanium.* Ging. ap. Dec. l. c. Stigma sphaeroideo-capitatum, utrinque fasciculo pilorum onustum, foraminulo minuto sublaterali. Stylus compresso-clavatus. Stamina oblonga approximata. Torus planiusculus. Capsula saepe trigona.

33. *V. canadensis* (L. Sp. 1326) caule elongato gracili, foliis lato-cordatis acuminatis serrato-crenatis supra (praesertim ad venas)

pilosiusculis, stipulis lanceolatis acuminatis subintegerrimis ciliatis, sepalis lanceolatis acutis glabris, calcare brevissimo.

. *β. sitchensis* (Bongard *de Veget. Sitcha.* p. 125) minor, stipulis ovato-lanceolatis exquisite acuminatis, floribus minoribus.

V. Scouleri. Dougl. *Mss.*

Hab. in ins. Sitcha! (Eschsch., Mert. ex Bong.). ♃.

34. *V. uniflora* (L. Sp. 1327) pilosa, caule erecto ultra medium aphyllo superne paucifolio 1—2floro, foliis grosse serratis acuminatis apice integerrimis; radicalibus longissime petiolatis caulinoque inferiore (brevius petiolato) lato-cordatis; superioribus lato-ovatis aut ovato-oblongis oppositis ternisve, stipulis lanceolatis linearibusve integerrimis aut parce glanduloso-ciliatis, sepalis ovatis vel ovato-oblongis obtusis glabris, calcare brevissimo, capsula glabra.

V. uniflora. Dec. *Prodr. I*, p. 301. — Pall. *It. III*, p. 318. 320. 322. — Georgi. *It. I*, p. 231. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 197. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 262. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 204.

V. caule unifloro, foliis cordatis dentatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 101. Nr. 67. t. 48. f. 5.

Hab. in Sibiria [altaica! (Fl. alt.), ad Jeniseam pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*) et Mangasea (Pall.), baikalensi! (Georgi, Turcz.), a Tomo fl. ad Lenam (J. G. Gmel.), orientali inter Olekminsk et Irkutzk! (Kruhse *pl. exsicc.*), in mont. Jablonnoi-Chrebet (Sierv.)], Davuria (Turcz.). ♃.

In Willd. *herb. sub* Nr. 4928. fol. 1. asservatur specimen monstrosum, a vulgari forma toto coelo diversum. In medio caule folia 3 verticillata inveniuntur, forma et magnitudine varia; maximo suborbiculato, altero lato-ovato, tertio lato-oblongo, serrato-crenata, petiolata: petiolo ipsorum longitudinem duplam superante. Flos longissime pedunculatus, erectus. Sepala longiora et angustiora, fere lineara. — Sibiria (Pall.).

Sect. IV. *Melanium.* Dec. Stigma urceolatum utrinque fasciculis pilorum onustum, apertura magna inferne labello munita. Stylus ab apice ad basin attenuatus. Stamina triangularia connexa. Torus concavus. Capsula obsolete hexagona.

35. *V. minuta* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 173) caulibus simplicibus unifloris flaccidis, foliis suborbiculatis crenatis, stipulis oblongis integris ciliatis, sepalis versus basin subdentatis appendicibusque ciliato-barbatis, calcare fere petalorum longitudine.

V. minuta. Dec. *Prodr. I*, p. 302. — Willd. *herb.* Nr. 4908.

Hab. in Caucaso iberico (Mussin-Puschkin ex M. a Bieb.), m. Kasbek! (Willd. *herb.*). ♃.

A V. alpina differt praeter staturam multo minorem: foliorum forma; petiolis foliorum circiter longitudine, nec ipsis 3—4plove longioribus; stipulis (ut videtur) liberis, nec ultra medium petiolo adnatis; calcare ratione floris multo longiore.

A V. cenisia dignoscitur: foliis crenatis, nec integerrimis; stipulis folio conformibus nullis; floribus minoribus.

V. nummularifolia differt: superficie glaberrima; foliis subintegerrimis; floribus minoribus; calcare abbreviato, appendicibus calycis vix duplo longiore.

36. *V. altaica* (Pall. *herb.* ex Schult. *Syst. Veg. V*, p. 383)

caespitosa, glaberrima, caule abbreviato, foliis ellipticis oblongisve crenatis, stipulis oblongo-lanceolatis incisis, sepalis acutis, calcare calycis appendicibus denticulatis vix longiore.

V. altaica. Ker. *Bot. Reg.* t. 54. — Dec. *Prodr. I*, p. 302. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 350. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 168. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 263. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 205. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 130.

V. grandiflora. Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 47. (an etiam Linn.?). — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 285. 288. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 802.

V. oreades. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 167. — Dec. *Prodr. I*, p. 302. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 198.

V. Pallasii. Fisch. *h. gorenk.*

V. acaulis, flore foliis multo majore. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 99. Nr. 62. (excl. synon. Haller?).

Hab. in Tauriae mont. altior.! (M. a Bieb., Parrot. *pl. exs.*), Caucaso occidentali! (Nordmann *pl. exs.* — alt. 1200—1600 hexap. — C. A. Meyer), inque Sibiria [altaica! (Schangin, Fl. alt., Karel. et Kiril.), ad fl. Irtysch super., in mont. Tarbagatai (Sievers, Karel. et Kiril.), baikalensi et transbaikalensi in alpe Chamar (Turcz.) et ad fl. Greniktschája pr. Bargusinsk! (Steller, Turcz.)]. ♃.

Planta taurico-caucasica ab altaica neutiquam diversa, nec differre videtur a V. grandiflora L., cujus specimina helvetica cum nostra planta omnino conveniunt.

37. *V. tricolor* (L. Sp. 1326) caule elongato adscendente ramoso, foliis crenatis, inferioribus subcordato-ellipticis; superioribus oblongis ellipticisve, stipulis lyrato-pinnati-aut digitato-multipartitis foliisque pilosiusculis ciliatis, sepalis acutis, calcare calycis appendicibus dentatis parum longiore.

V. tricolor. Dec. *Prodr. I*, p. 303. — Erndt. *Virid. warsaw.* p. 130. — Gorter. *Fl ingr.* p. 142. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 65. — Fischer. *Livl.* p. 289. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 125. — Lepech. *It. III*, p. 30. — Falk. *Beitr. II*, p. 246. — Güldenst. *It. I*, p 76. 113. 196. 420. 421. 422; *II*, p. 10. 130. 166. 177. 178. 179. 187. 192. 327. 339. 344. — Gilib. *Exerc. phytol. I*, p. 276. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 598. — Pall. *Ind. Taur.* — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 74. — Mart. *Fl. mosq.* p. 45. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 41. — Besser. *Enum.* p. 11. Nro. 251. — Lucé. *Fl. osil.* p. 291. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 264. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 102. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Weinm. *in Linnaea. X*, p. 68. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 257. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 27. — Wirzén. *Fenn* p. 73. — Fleisch. et Lindemann. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 90. — Wirzén. *Casan.* Nr. 63. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 132.

V. cenisia. Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 103? — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 801?

V. caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisis, stipulis dentatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 97. Nr. 57.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz, Wirzén. Schrenk *in litt.*), terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk *in litt.*)], media (Falk.) [Petropol. (Gorter, Weinm.), ins. Osilia (Lucé). Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lind.), Witepsk! (C. A. Meyer *pl. exsicc.*), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichwald), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Woronesch (S. G. Gmel.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*).Kasan (Wirzén), in gub. Orenburg pr. Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Güld.), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania, gub. Cherson et Jekaterinoslaw Güld.), ad Tanain (Güld., Henning), in deserto caspio (Claus)]. Tauria (Pall.), provinciis caucasicis [ad fl. Terek inque Kabarda (Güld.), Kachetia (Güld.), Somchetia

(Koch. *in litt.*), inque Sibiria [uralensi pr. Jekaterinenburg (Uspenski) et Tjumen (Lepech), provinc. Iset (J. G. Gmel.), altaica! (Falk, Fl. alt., Karel. et Kiril.). ⊙. ♃?

β. arvensis (Murray. *Prodr.* 73) corolla longitudine calycis vel breviore, alba: petalis superioribus colore violaceo leviter tinctis.

V. arvensis. Steph. *Fl. mosq.* Nr. 599. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 74. — Mart. *Fl. mosq.* p. 45. — Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 252. — Luce. *Fl. osil.* p. 291. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 18. — Eichw. *Skizze.* p. 177. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 222.

V. tricolor. *β.* arvensis. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 173. — Ledeb. *Fl. alt. l. c.* — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 198. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 306. — Weinm. *in Linnaea. X*, p. 68. — Ej. *Fl. petropol.* p. 27. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 90.

V. bicolor. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 126. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 276. — Schult. *Syst. Veg. V*, p. 383?

V. tricolor. var. bicolor. Gmel. *Fl. sib. l. c.*

Hab. in Rossia arctica [Lapponia (Fellm.)], septentr. [Fennia (Schrenk *in litt.*)], media [Petropoli (Weinm.), Esthonia!, ins. Osilia (Luce), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichwald), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*)], et australi [Podolia (Besser, Eichwald), ad Tanain (Henning)], in Tauria! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb., C. A. Meyer) [Iberia et Mingrelia (Eichw.), Ossetia (Koch *in litt.*), territor. Elisabethpol! et provinc. Karabagh (Hohenack.)] inque Sibiria (S. G. Gmel.), altaica! (Gebler, Fl. alt.). ⊙.

γ. saxatilis (Schmidt *bohem.* p. 257) corolla calyce majore lutea.

V. tricolor. L. saxatilis. Fleisch. et Lindem. l. c.

V. tricolor. *β.* fl. lutescente. Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 251.

Hab. in Rossia media [Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lind.), Volhynia (Besser)] et austr. [Podolia (Besser), pr. Sarepta! (Blum *pl. exs.*)]. ♃.

δ. elegans: corolla calyce majore: calcare gracili acuto sepalis breviore incurvo, petalis superioribus angustioribus reflexo-conniventibus atro-violaceis, sepalorum appendicibus angustioribus.

V. tricolor. *γ.* elegans. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. l. c.*

V. soongorica. Fisch. *in herb. am. Zeyheri.*

Hab. in subalpinis montium altaicorum! (Fl. alt.). ♃. — An forsan distincta species? (Bunge l. c.).

ε. Kitaibeliana (Schult. *Syst. Veg. V*, p. 383) stipularum lacinia intermedia folio ipso subsimili.

V. tricolor L. Kitaibeliana. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 147.

Hab. in provinciis caucasicis [pr. Helenendorf! (Hohenack.)]. ⊙.

ζ. trimestris (Dec. l. c.) caule erecto tenuissimo, stipulis minimis, sepalis linearibus.

V. tricolor. var. trimestris. Hohenack. l. c.

Hab. in provinciis caucasicis [pr. Helenendorf (Hohenack.)]. ⊙.

38. *V. occulta* (Lehm. *Ind. sem. h. hamburg.* p. a. 1829) piloso-aspera, caule tereti ramosissimo divaricato, foliis remote subcrenulatis; inferioribus subspathulatis, stipulis lyrato-pinnatipartitis integrisve, sepalis ovato-oblongis acutis: appendicibus dimidiam sepalorum longitudinem subaequantibus, corollis calyce triplo minoribus.

V. occulta. Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 41. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 147. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 131.

V. tricolor. *ζ.* appendiculata. Dec. *Prodr. I*, p. 303.

Hab. in provinciis caucasicis [Ossetia et Somchetia (Koch *in litt.*), pr. Helenendorf! et Tatuni! alt. 750 hexap. (Hohenack.)] inque Sibiria altaica in rupibus umbrosissimis mont. Aktschavly ad fl. Karakol (Karel. et Kiril.). ⊙.

Planta spontanea 2—3pollicaris, ex toto piloso-aspera; culta ad altitudinem subpedalem excrescit et subglabra evadit.

39. *V. orthoceras*: caulibus suberectis simplicibus vel basi ramosis, foliis ovatis oblongisve serratis, stipulis ovatis incisis vel serratis, calcare subulato recte porrecto sepala lanceolato-linearia subulata subaequante.

Hab. in Mingrelia! (Steven *miss.*), in provinciis transcaucasicis occident.! (Nordmann). ⊙? ♃?

Caulis erectus vel ipsa basi adscendens, simplex vel basi ramosus, subpedalis, inferne parce pilosus, superne plerumque glaber. Folia breve petiolata vel subsessilia, subpilosa; inferiora ovato-elliptica; superiora ovato-oblonga, acutiora et profundius serrata. Stipulae plerumque foliis parum minores, sessiles, incisae vel serratae, rarius integerrimae, superficie foliorum. Pedunculi axillares, 4pollicares vel longiores, erecto-patentes. Flores speciosi. Sepala lanceolato-linearia, subulata. Petalum inferius basi luteum, plerumque striis 3 atroviolaceis pictum, apicem versus in caeruleum vergens; intermedia eximie barbata, dilute caerulea: disco subinde lutescente; suprema saturate caerulea. Calcar subulatum, rectum, porrectum, sepalorum circiter longitudine, petalis parum brevius.

Spec. mihi ignotae:

V. *elata*. Güld. *It. I*, p. 421. — In Kachetia (Güld.).
„ *lanceolata*. Güld. *It. I*, p. 196. — Ad fl. Terek (Güld.).
„ *rotundifolia*. Güld. *It. I*, p. 56. — Ad Tanain (Güld.).
„ *spec. indeterminata*. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* — In territor. Elisabethpol (Hohenack.).
„ *n. sp.* — In Somchetia (Koch *in litt.*).

Tabula comparativa specierum e Violariearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum															Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia arctica.	Rossia septentrionali.	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinc. caucas.	Sibiria ural.	Sibiria altaica.	Sibiria baikal.	Davuria.	Sibiria oriental.	Sibiria arctica.	Kamtschatka.	Insul. oceani orient.	America septentrionali rossica.	
Germaniae	5	6	14	12	5	8	8	13	9	5	3	1	3	—	—	22
Rossiae arcticae	—	6	5	4	3	3	5	5	5	2	3	1	2	—	—	6
Rossiae septentrionali . . .	—	—	6	5	4	4	5	6	6	2	3	1	2	—	—	7
Rossiae mediae	—	—	—	12	5	7	7	13	9	4	3	1	2	—	—	17
Rossiae australi	—	—	—	—	5	6	7	12	7	3	2	1	2	—	—	12
Tauriae	—	—	—	—	—	5	4	6	4	1	—	—	—	—	—	6
Provinciis caucasicis	—	—	—	—	—	—	5	10	7	4	1	—	2	—	—	13
Sibiriae uralensi	—	—	—	—	—	—	—	9	6	4	2	1	2	—	—	9
Sibiriae altaicae	—	—	—	—	—	—	—	—	15	10	5	1	3	—	—	22
Sibiriae baikalensi	—	—	—	—	—	—	—	—	—	12	8	1	3	—	—	21
Davuriae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	6	—	1	—	—	13
Sibiriae orientali	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	2	—	—	8
Sibiriae arcticae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	1
Kamtschatkae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	5
Insulis oceani orientalis . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2
Americae septentr. rossicae .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1

Violariearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	Numerus specierum. ⊙.	Numerus specierum. ♃.
Rossia arctica	1	6
Russia septentrionalis . . .	1	7
Rossia media	1	17
Rossia australis	1	12
Tauria	1	6
Provinciae caucasicae . . .	3	12
Sibiria uralensis	1	9
Sibiria altaica	2	21
Sibiria baikalensis	—	21
Davuria	—	13
Sibiria orientalis	—	8
Terra Tschuktschorum . .	—	—
Sibiria arctica	—	1
Kamtschatka	—	5
Insulae oceani orientalis .	—	2
America septentr. rossica .	—	1

Violariearum distributio in Imperio rossico.

Genus.	In Rossia arctica.	In Rossia septentrionali.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.	In Davuria.	In Sibiria orientali.	In terra Tschuktschorum.	In Sibiria arctica.	In Kamtschatka.	In Insulis oceani orientalis.	In America septentrionali rossica.
Viola	6	7	17	12	6	13	9	22	21	13	8	—	1	5	2	1

Tabula comparativa Violariearum Florae rossicae et germanicae.

Genus.	Numerus specierum: in Imperio rossico provenient.	in Germania provenientium.	Imperio rossico cum Germania commun.	In Imperio rossico, nec in Germania provenient.	In Germania, nec in Imperio rossico provenient.
Viola . .	39	22	16	23	6

Ordo. XIV. Droseraceae. Dec.

Calyx 5sepalus: sepalis omnino distinctis vel basi nonnihil cohaerentibus, aestivatione imbricatis. Corolla regularis, 5petala. Stamina 5 (aut 10, 15, 20), hypogyna, libera. Antherae terminales. Ovarium liberum, 1—3loculare: placentis parietalibus. Styli placentarum numero, indivisi vel bi-vel penicillato-multipartitis, rarissime stylus unicus. Stigmata capitata. Embryo rectus, nunc axilis, nunc in basi albuminis brevissimus, eidem semiimmersus: radicula ad hilum versus.

* **Genuinae.** Nectarium nullum. Folia juniora ab apice ad basin circinnatim involuta.

131. Drosera. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 317. — Koch. *Syn.* p. 89. — Meisn. *gen.* p. 22. — *Comment.* p. 19. — Endlicher. *gen.* p. 907.

Calyx 5fidus vel 5partitus. Petala 5. Stamina 5. Styli 3—5, bifidi aut penicellato-multipartiti. Capsula 1-locularis, polysperma, apice 3—5valvis: valvis medio placentiferis.

1. *D. rotundifolia* (L. Sp. 402) scapo erecto foliis orbiculatis triplo longiore, stigmatibus clavatis indivisis.

D. rotundifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 318. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 48. — Georgi. *It. I*, p. 205. — Fisch. *Livl.* p. 215. — Falk. *Beitr. II*, p. 155. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 215. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 97. — Mart. *Fl. mosq.* p. 58. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 50. — Besser. *Enum.* p. 14. Nr. 386. — Lucé. *Fl. osil.* p. 98. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 23. — Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea. I*, p. 547. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 119. — Eichw. *Skizze.* p. 175. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 81. — Bongard. *de Veget. Sitcha.* p. 126. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 100. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 34. — Wirzén. *Fenn.* p. 26. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 206. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 118. — Wirzén. *Casan.* Nr. 64.

D. scapis radicatis, foliis orbiculatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 90. Nr. 42.

Rorella rotundifolia. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 140. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 286.

Rorella. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 105.

Hab. in Rossia arctica [territ. Kola et Lapponia! (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lind.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lind.), Curonia (Fleisch. et Lind.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichwald), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosq. (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Kasan (Wirzén), gub. Orenburg pr. Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Podolia (Eichw.)] inque omni Sibiria (S. G. Gmel.) [uralensi pr. Jekaterinenburg (Uspenski), baikalensi (Georgi, Bunge ex Turcz.)] insulisque Unalaschka! (Cham. et Schlecht., Eschsch., Hook.) et Sitcha! (Eschscholtz, Bongard). ⊙. ⊙.

2. *D. longifolia* (L. Sp. 403. pro parte) scapo erecto foliis lineari-cuneatis duplo longiore, stigmatibus clavatis indivisis.

D. longifolia. Fries Novit. *Fl suec.* ed. 2, p. 82. — Pall. *It. I*, p. 9. — Georgi. *It. I*, p. 205. — Fisch. *Livl.* p. 216. — Falk. *Beitr. II*, p. 155. — Londes *in Act. mosq. I*, p. 282. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 97. — Mart. *Fl. mosq.* p. 58. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 50. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 120. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 101. — Wirzén. *Fenn.* p. 26. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov* p. 118. — Wirzén. *Casan.* Nr. 65.

D. anglica. Dec. *Prodr. I*, p. 318. — Besser. *Enum.* p. 14. Nr. 387. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 23. — Erman. *Vers.* Nr. 112. *in. Linnaea. VI*, p. 589. —

EICHW. *Skizze.* p. 175. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 207. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 34.
D. scapis radicatis, foliis oblongis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 90. Nr. 43.
Rorella longifolia. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 141. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 286.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (FELLM.), Lapponia! (FELLM., PRYTZ. *pl. exsicc.*)], septentr. [Fennia (PRYTZ., WIRZÉN)], media [Petropoli (WEINMANN), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia! (FLEISCH. et LIND.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Waldai (PALL.), Mosqua (LONDES, MART.), Kursk (HÖFFT), Kasan (WIRZÉN)] et australi [Podolia (EICHW.)] inque omni Sibir. (J. G. GMEL.), baikalensi (GEORGI, BUNGE ex TURCZ.) et Kamtschatka! (RIEDER ex ERMAN *in herb. reg. berolin.*). ♃.

3. *D. intermedia* (HAYNE in SCHRAD. *Journ.* 1801. p. 37) scapo basi arcuato vel decumbente adscendente foliis obovato-cuneatis parum longiore, stigmatibus obovatis emarginatis.

D. intermedia. DEC. *Prodr. I*, p. 318. — FRIES. *Novit. Fl. suec.* ed. 2. p. 83. — EICHW. *Skizze.* p. 175.
D. longifolia. L. l. c. pro parte. — BESSER. *Enum.* p. 55. Nr. 1490.
Hab. in Rossia media [Livonia! (OLBRICHT), Lithuania (EICHW.) Volhynia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.)] et australi [Podolia (EICHW.)]. ♃.

132. Aldrovanda. MONTI.

DEC. *Prodr. I*, p. 319. — MEISN. *gen.* p. 22. — *Comment.* p. 19. — ENDLICHER. *gen.* p. 907.

Calyx 5partitus. Petala 5. Stamina 5. Styli 5, filiformes, indivisi. Stigmata obtusa. Capsula 1locularis, 10sperma, apice 5valvis: valvis medio placentiferis.

1. *A. vesiculosa* (L. SP. 402). — DEC. *Prodr. I*, p. 319. — EICHWALD. *Skizze.* p. 175. — BESSER *in Flora 1832, II, Beibl.* p. 35.
Hab. in Rossia media [Lithuania pr. Pinsk (GORSKI ex EICHW.), etiam inter Dombowitza et rivulum Swaritzewitsche (EICHW., BESSER)]. ♃. — Specimina lithuanica nondum vidi.

** **Spuriae.** Nectaria 5. Folia juniora non circinnata.

133. Parnassia. TOURNEF.

A D. tripunctato Sibth. et Sm. diversissimus calyce estriato nec striis numerosis granulato-punctatis notato; a D. lineolato differt petalis angustis ($1\frac{1}{2}$ lin. circiter latis) glaberrimis concoloribus et calycis tubo lineis viridibus nullis.

15. *D. rigidus* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 325; *III*, p. 298) caule basi lignescente ramosissimo foliisque lineari-subulatis margine serrulatis scabriusculis, vaginis brevissimis, squamis calycinis subquaternis ovatis mucronatis tubo ter quaterve brevioribus, petalorum lamina cuneiformi apice dentata.

D. rigidus. Willd. *herb.* Nr. 8534. — Dec. *Prodr. I*, p. 361. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259.

D. intermedius. Willd. *herb.* Nr. 8520. fol. 8.

Hab. ad Wolgam pr. Saratow et Sarepta! (Pall. in Willd. herb., M. a Bieb., Claus). ♄.

16. *D. humilis* (Willd. *herb.* Nr. 8548) caespitosus, caulibus numerosis pubescenti-scabriusculis parce ramosis simplicibusve, foliis subulatis subpungentibus margine denticulatis; radicalibus dense rosulatis, vaginis brevissimis, squamis calycinis ovatis acuminato-mucronatis margine membranaceis; interioribus sensim longioribus tubo parum brevioribus, petalorum lamina obovato-cuneata apice acute dentata.

D. hirtus. Dec. *Prodr. I*, p. 358 (quoad pl. tauricam). — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 326 (excl. syn. Vill.). — Eichw. *Skizze.* p. 172? — Willd. *herb.* Nr. 8548.

D. virgineus. Habl. *taur.* p. 119 (ex M. a Bieb.). — Georgi. *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 971 (excl. planta Pallasii).

D. sterilis. Steven *in herb. Zeyheri.*

D. multicaulis. Pall. in Willd. *herb.* Nr. 8548. fol. 2.

Hab. in Podolia australi pr. Konstantinowka? (Eichw.) et Tauria! (Habl., M. a Bieb., Stev.). ♃.

D. hirtus Vill. differt foliis latioribus, vaginis longioribus foliorum latitudinem aequantibus v. superantibus, caulibus plerumque unifloris, aut si plures adsunt flores, floribus sessilibus subcapitatis nec pedunculis elongatis insidentibus, squamis calycinis brevioribus margine haud membranaceo cinctis.

17. *D. deltoides* (L. Sp. 586) pubescenti-scabris caulibus adscendentibus uni- v. paucifloris, foliis oblongo-linearibus; inferioribus obtusis basin versus attenuatis, squamis calycinis subbinis ellipticis acuminato-mucronatis tubo dimidio subbrevioribus, petalorum lamina obovata dentata.

V. deltoides. Dec. *Prodr. I*, p. 361. — Gorter *Fl. ingr.* p. 67. — Pall. *It. I*, p. 207; *III*, p. 319. — Fisch. *Lirl.* p. 130. — Lepech. *It. III*, p. 172. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Steph. *Fl. mosq.* Nr. 289. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 970. — Jundz. *Fl. lithuan* p. 132. — Mart. *Fl. mosq.* p. 77. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 43. — Besser. *Enum.* p. 16. Nr. 509. Lucé. *Fl. osil.* Nr. 138. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 31. — Eichw. *Skisse.* p. 172. — Weinm. *Fl petropol.* p. 45. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 154. — Wirzén. *Casan.* Nr. 73.

D. crenatus. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 161. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 301.

D. pratensis. Lepech. *It. III*, p. 138?

D. alpinus. Lucé. *Fl. osil.* p. 13?

Hab. in Rossia septentrionali (Falk.), media [Fennia (Prytz.), Petropoli (Gorter, Weinm.), gub. Wologda et Wiätka (Lepech.), Esthonia Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia! (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.). Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.). Penza! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Orenburg (Pall., Nesterofski)] et australi [Podolia (Besser)]. ♃.

β. glaucus: foliis glaucis, floribus dilute roseis v. albis, annulo purpureo.

D. glaucus. L. Sp. 588. — Pall. *It. I*, p. 193. 196. — Güld. *It. II*, p. 65. 78. 85. 95. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 970.

D. deltoides. *β.* wolgensis. Fisch. in Hornem. *h. hafn. suppl.* p. 137. — Bernhard. *h. erfurt.* p. a. 1833.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain inferiorem (Güldenst.) et Wolgam mediam et inferiorem! (Pall., Falk., Claus)]. ♃.

18. *D. alpinus* (L. Sp. 590) caule unifloro, foliis oblongo-linearibus obtusis basin versus attenuatis uninerviis, squamis calycinis ovato-lanceolatis acuminato-subulatis tubum subaequantibus, petalorum lamina lato-obovata crenato-dentata calycis longitudine.

D. alpinus. Dec. *Prodr. I*, p. 362. — Pall. *It. III*, p. 34. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 971.

Hab. ad sinum karicum m. glacialis (Sujew ex Pall.). ♃.

19. *D. repens* (Willd. *Spec. pl. II*, p. 681) caulibus numerosis ipsa basi divisis in ramos simplicissimos adscendentes unifloros, foliis linearibus acutis glaberrimis, squamis calycinis binis ovato-lanceolatis longissime acuminatis apice patulis calyce venticoso sublongioribus, petalorum lamina obovata apice crenato-dentata calycis longitudine.

D. repens. Willd. *herb.* Nr. 8544. — Dec. *Prodr. I*, p. 358. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 972. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 37. — Hook. et Arn. in Beechey *Voyage.* p. 122.

Hab. in Sibiria orientali inter Irkutzk et Ochotzk! (Turcz. *in litt.*), inque Americae bor. occid. reg. arctica ad sin. Kotzebui (Beechey ex Hook. et Arn.) et Eschscholtzii! (Chamiss., Eschscholtz). ♃.

20. *D. leptopetalus* (Willd. *Enum. h. berol.* p. 468) caule erecto ramoso, foliis linearibus; inferioribus elongatis, floribus longe pedunculatis, squamis calycinis subquaternis ovatis brevissimis acutis v. mucronatis, calyce longissimo toto striato versus apicem attenuato, petalorum lamina oblonga angusta subintegerrima.

D. leptopetalus. Dec. *Prodr. I*, p. 360. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 137. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. — Eichw. *Skizze*. p. 172.
D. pomeridianus. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 329. 427; *III*, p. 301. — Besser. *Enum.* p. 46. Nr. 1411.
D. pomeridianus, leptopetalus et pubescens. Fisch. *Cat. h. gorenk.* (1812) p. 59.
D. cretaceus. Adami Hoffm. *h. mosq.* (1808) Nr. 1181. — Ad. in Weber et Mohr. *Beitr. I*, p. 56. Nr. 22.
D. bicolor. Hornem. *h. hafn.* p. 407 (excl. synon. M. a Bieb.).
D. species singularis. S. G. Gmel. *It. IV*, p. 9.
Hab. in Rossia australi [Podolia! (Andrz. ex Besser, Eichw.), gub. Cherson! (M. a Bieb.), ad Wolgam pr. Sarepta! (M. a Bieb.) et Zaritzyn (S. G. Gmel.), circa colles Tschaptschatschi et Bogdo! (Claus)], in Iberia! (Adam., Wilhelms *pl. exs.*) inque Sibiria [des. uralensi (Claus) et soongoro-kirghisico! (Fl. alt.)]. ♃.

Caulis pars infima et folia inferiora glabra v. plus minus dense tomentosa.

21. *D. bicolor* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 329; *III*, p. 301) caule erecto ramoso, foliis linearibus trinerviis, floribus longe pedunculatis, squamis calycinis quaternis ovatis suborbiculatisve abbreviatis (exterioribus longius) acuminatis, calyce toto striato, petalorum lamina obovato-cuneata apice rotundata crenato-dentata.

D. bicolor. Dec. *Prodr. I*, p. 360. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 972. — Besser. *Enum.* p. 46. Nr. 1410. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 86. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 211. — Eichwald. *Skizze*. p. 172. — Ej *casp. cauc.* p. 26. 29. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 160.
D. saxatilis. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 971.
D. lanceolatus. Steven. Eichw. *Skizze*. p. 172 (ex Besser).
D. montanus. Willd. *herb.* Nr. 8540. fol. 3, 4, 5.
Hab. in Rossia australi [Podolia! (Andrz. ex Besser, Eichw.), gub. Cherson (Eichwald), ad Tanain (Henning), in litt. orient. m. casp.! (Karel. *pl. exs.*)], Tauria! (Pall., M. a Bieberstein) et provinciis caucasicis [Iberia! (Wilhelms *pl. exsicc.*), Kachetia et Somchetia! (Eichw.), territor. Elisabethpol (Hohenack.) et provinc. Talüsch! alt. 300—500 hexap. (C. A. Meyer, Hohenacker)]. ♃.

Variat plantae parte inferiore tomentosa et glabra, calycibus longioribus (Besser l. c.) et brevioribus (Hohenack. l. c.). Ab antecedente dignoscitur calyce breviore et latiore, squamis latioribus et longius acuminatis, petalorum laminis latioribus crenato-dentatis.

22. *D. elongatus* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 211) caule herbaceo simplicissimo unifloro glabriusculo, foliis linearibus trinerviis scabriusculis, squamis calycinis 4 brevissimis adpressis truncatis mucronatis, petalorum lamina oblonga glaberrima dentata ungue triplo breviore.

Hab. in promontorio Caucasi occidentalis alt. 350 hexap. (C. A. Meyer). ♃.

Petala alba vel dilutissime rosea, subtus concolora (C. A. Meyer), in duobus antecedentibus ochroleuca subtus plumbea.

23. *D. Liboschitzianus* (Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 360) caule uni- v. paucifloro, foliis linearibus subulatis strictis margine scabris, squamis calycinis 4 ovatis vel ovato-lanceolatis longe acutatis tubum dimidium subsuperantibus v. totum subaequantibus, petalorum lamina obovato-orbiculata glabra crenulata.

D. Liboschitzianus. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 211. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 232. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 161.

D. petraeus. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 328; *III*, p. 300. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 262. — Eichw. *casp. cauc.* p. 30, 31.
D. bracteatus. Willd. *herb.* Nr. 8566. — Spr. *Syst. Veg. II*, p. 380.
Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms *pl. exs.*), Somchetia! (Eichw.), provinc. occident.! (Nordmann), territorio Elisabethpol (Steven, Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), provinc. Talüsch! alt. 800 hexap. (C. A. Meyer), ad m. Ararat! (Hehn)]. ♃.

Longitudo squamarum calycinarum variat, nunc calycem dimidium vix superant, nunc totum calycem aequant v. superant. Exteriores interioribus saepe longiores. Subinde supremum foliorum par flori ita approximatur, ut squamae sex apparrant, extimis calycem v. petala superantibus.

†† Petala profunde digitato-v. pinnatifido-incisa.

24. *D. fragrans* (Adam. in Weber et Mohr *Beitr. I*, p. 56. Nr. 23) caule ipsa basi ramoso: ramis herbaceis subunifloris, foliis lineari-subulatis scabriusculis, squamis calycinis 6 v. 8 calycem dimidium subaequantibus ovatis longe acuminatis: acumine squamam aequante v. superante, petalorum lamina incisa: area intermedia integra obovata laciniarum longitudine plus duplo latiore.

D. fragrans. Willd. *herb.* Nr. 8564. — Dec. *Prodr. I*, p. 364. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 331. 428; *III*, p. 301. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 212. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 232.
D. multifidus. Willd. *herb.* Nr. 8565.
Hab. in provinciis caucasicis [pr. Narzana! (C. A. Meyer, Hohenack. *pl. exs.*), in Caucaso subalpino! (M. a Bieb., Steven *pl. exs.*), territorio Elisabethpol! (Hohenack.)]. ♃.

25. *D. crinitus* (Sm. *Act. soc. Linn. londin. II*, p. 300) caule ipsa basi ramoso: ramis herbaceis subunifloris, foliis linearibus subulatis scabris squamis calycinis 4 v. 6 ovatis calyce duplo v. triplo brevioribus acuminato-mucronatis: mucrone abbreviato petalorum lamina capillaceo-multifida: laciniis latitudinem areae intermediae integrae oblongae pluries superantibus.

D. crinitus. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 161. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 147.
D. fimbriatus. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 232.
D. ibericus. Steven *in herb. Zeyheri.*
Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (Steven, Wilhelms *pl. exs.*), prov. Elisabethpol, Karabugh et Talüsch! (Hohenack.), in litt. orient. m. caspii! (Karel.), in deserto soongoro-kirghisico ad fl. Uldschar (Karel. et Kiril.). ♃.

26. *D. fimbriatus* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 332 428; *III*, p. 302) caule basi fruticoso ramosissimo: ramis unifloris, foliis lineari-subulatis scabris, squamis subsenis ovato-oblongis acutis calyce duplo v. triplo brevioribus, petalorum lamina pinnatifida: laciniarum longitudine latitudinem areae intermediae integrae oblongo-ellipticae subaequante.

D. fimbriatus. Dec. *Prodr. I*, p. 364. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 262. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 212. — Eichw. *casp. cauc.* p. 31. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 161.
D. orientalis. Adam. in Weber et Mohr. *Beitr. I*, p. 54. Nr. 20. — Hoffm. *h. mosq.* (1808) p. 1186.
D. spec. fimbriato affinis. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 232.
Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Eichw., Steven *pl. exs.*, Koch *in litt.*), Somchetia! (Eichw.), territor. Elisabethpol (Hohenack.) et prov. Talüsch! alt. 750 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♄.

Petala rosea, rarius alba.

27. *D. squarrosus* (M. a Bieb. *Fl. l. c. I*, p. 331; *III*, p. 302) caule ipsa basi ramoso: ramis adscendentibus uni- v. paucifloris, foliis lineari-subulatis canaliculatis rigidis brevioribus recurvis, squamis calycinis 4 ovatis acutis: interioribus exteriores bis superantibus calyce triplo v. quadruplo brevioribus, petalorum lamina pinnati-multipartita: laciniis areae intermediae integrae lineari-oblongae latitudine duplo vel triplo longioribus.

D. squarrosus. Dec. *Prodr. I*, p. 364. — M. a Bieb. *Cent. pl. rar. rossic. I*, t. 33. — Schrank *in Flora 1822, II*, p. 644. — Lessing *in Linnaea. IX*, p. 153. 169. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259.
D. sabulosus. Willd. *herb.* Nr. 8547.
D. recurvus. Fisch. in Willd. *herb.* Nr. 8547. fol. 3.
D. arenarius. Pall. *It. III*, p. 600 (ex M. a Bieb.). — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Böb. in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 263.
D. Mussini Hornem. *h. hafn.* p. 408
Hab. in arenosis Rossiae australis [Ucraniae (Böber, Tschernajew ex Schrank), ad Wolgam pr. Sarepta! (M. a Bieb., Claus) et Kamyschenka (Pall.)] et desert. uralens. (Lessing). ♃.

28. *D. acicularis* (Fischer *in herb. reg. berol.*) caespitosus, caule ipsa basi ramoso: ramis numerosissimis erectis uni- v. paucifloris, foliis angustissime linearibus subulatis flexilibus rectis, squamis calycinis 4 mucronatis; exterioribus ovatis ellipticisve; interioribus duplo longioribus obovatis calyce quadruplo brevioribus, petalorum lamina digitato-multifida: laciniarum longitudine latitudinem areae intermediae integrae obovatae aequante vel superante.

D. Tauscheri. Eversmann *in herb. reg. berolin.*
Hab. in montibus uralensibus! (Eversmann *in herb. reg. berol.*, Fisch. ib.) pr. Guberlinsk! (Claus *pl. exs.*) et Slatoust (Nesterofsky). ♃.

Medius quasi inter antecedentem et subsequentem. A priori differt foliis angustioribus minime rigidis nec recurvatis, squamis calycinis mucronatis et petalorum lamina alio modo divisa; a posteriore foliis angustioribus et petalorum lamina.

29. *D. arenarius* (L. Sp. 589) caespitosus, caule ipsa basi ramoso: ramis numerosissimis adscendentibus uni- v. paucifloris, foliis lineari-subulatis rectis, squamis 4 ovatis obtusis breviter subapiculatis (exterioribus minoribus) calyce triplo quadruplove brevioribus, petalorum lamina pinnato-multipartita: laciniis areae intermediae integrae oblongae latitudine duplo triplove longioribus.

D. arenarius. Dec. *Prodr. I*, p. 364. — Georgi. *It. I*, p. 215? — Fisch. *Livl.* p. 231. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 291. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p 971. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 133. — Mart. *Fl. mosq.* p. 77. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 44. — Luce. *Fl. osil.* p. 409. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 46. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 154.
D. uniflorus. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 162. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 301.
P. plumarius foliis adscendentibus. Eichw. *Skizze.* p. 172.
Caryophyllus sylvestris humilis flore unico. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 29.
Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz.)] et media [Petropoli (Weinmann), Esthonia! (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia! (Luce), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania! (Gilibert, Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Mosqua (Stephan, Mart.)] inque Sibiria baikalensi? (Georgi). ♃.

30. *D. plumarius* (L. Sp. 589) caespitosus, caule ipsa basi ramoso: ramis numerosissimis adscendentibus 2—5floris, foliis lineari-subulatis glaucis, squamis calycinis suborbiculato-ovatis breviter mucronatis (exterioribus minoribus) calyce quadruplo brevioribus, petalorum lamina digitato-multifida: laciniarum longitudine latitudinem areae intermediae integrae obovatae subaequante.

D. plumarius. Dec. *Prodr. I*, p. 363. — Pall. *It. II*, p. 265. — Georgi. *It. II*, p. 863? — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Güld. *It. I*, p 110. 192? *II*, p. 171. 192. 229. 273. 278. 291. 303. 307. 341. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 290? Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 970. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 330. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 511. — Lessing *in Linnaea. IX*, p. 151? 153? 172? (excl. syn. Gmel.).

D. plumarius foliis glaucescentibus. Eichw. *Skisse.* p. 272.

Hab. in Rossia (Falk.) media [Volhynia (Besser, Eichw.)] et australi [pr. Kiew! (Güldenst., M. a Bieb.), Podolia (M. a Bieb.), Ucrania (Güldenst., M. a Bieb.), gub. Jekaterinoslaw, ad Tanain et Terek? (Güldenst.)] inque Sibiria uralensi? (Pall., Lessing)]. ♃.

β. serotinus: calyce longiore.

D. serotinus. Waldst. et Kit. *pl. rar. Hungar. II*, p. 183. t. 172. — Dec. *Prodr. I*, p. 364. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 512.

Hab. in Volhynia! (Besser). ♃.

Plures e locis ellegatis verosimiliter ad D. arenarium v. superbum pertinent.

31. *D. superbus* (L. Sp. 589) caule ipsa basi ramoso: ramis nonnullis e basi prostrata erectis bi- v. multifloris, foliis oblongo-linearibus acuminatis, calycis squamis ovatis acuminatis calyce triplo brevioribus (exterioribus minoribus), petalorum lamina pinnato-multipartita: laciniis areae intermediae integrae oblongae latitudine pluries longioribus.

D. superbus. Dec. *Prodr. I*, p. 365. — Pall. *It. II*, p. 569; *III*, p. 297. 319. — Fisch. *Livl. Zus.* p. 118. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Güldenst. *It. II*, p. 341. — Böb. in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 258. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 970. — M. a Bieb. *Fl. t c. I*, p. 331. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 133. — Wahlenberg. *Fl. lapp.* p. 120. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 44. — Besser. *Enum.* p. 16. Nr. 510. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 31. Leder. *Fl. alt. II*, p. 137. — Eichw. *Skisse.* p. 172. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 182. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 170. — Weinm. *Tambow.* Nr. 62. — Ej. *Fl. petropol.* p. 45. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 216. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 154. — Wirzén. *Casan.* Nr. 74. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 148.

D. plumarius. Gorter. *Fl. ingr.* p. 67? — Pall. *It. III*, p. 43? — Georgi. *It. I*, p. 115; *II*, p. 863? — Fisch. *Livl.* p. 231? — Lepech. *It. III*, p. 136? Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 290. — Sievers in Pall. *n. nord. Beiträg. VII*, p. 229. 285.

D. multifidus. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 162. — Ej. *Exerc phytol. I*, p. 301.

D. floribus solitariis, petalis multifidis basi canaliculatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 135. Nr. 25. t. 58.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia! (Wahlenb., Fellm., Schrenk *pl. exsicc.*)], septentrionali [Fennia! (Prytz)], media [Petropoli! (Gorter, Weinm.), Livonia! (Fisch.), Curonia (Fleisch et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Eichw.), Kursk (Böber, Höfft), Tambow (Weinm.), Mosqua (Stephan), Nischnii-Nowgorod (Georgi). Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Wiätka (Lepech.)] et austr.? [Kiew (Güldenst.), Podolia (Besser), ad Wolgam (Falk.)] inque Iberia et Caucaso orientali (M. a Bieb.) et omni Sibiria (J. G. Gmel.) [arctica ad sin. karicum m. glacialis (Sujeff ex Pall.)], altaica! (Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.), ad m. Tarbagatai

(SIEVERS), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), baikalensi (PALL., GEORGI, TURCZ.), Davuria (TURCZ.) inque jugo Jablonnoi-Chrebet (SIEVERS). ♃.

32. *D. monspessulanus* (L. SP. 588) caule ipsa basi ramoso: ramis nonnullis e basi prostrata adscendentibus, foliis linearibus attenuato-acutissimis, squamis calycinis ovatis acuminato-subulatis calycem dimidium aequantibus, petalorum lamina digitato-multifida: laciniarum longitudine areae intermediae integrae obovatae latitudinem aequante v. superante.

D. superbus. EICHW. *casp. cauc.* p. 31. 32.

Hab. in provinciis caucasicis [Ossetia! et Somchetia! (EICHW.)]. ♃.

An D. superbus. M. a BIEB. l. c. hujus loci?

Sect. II. *Kohlranschia.* KUNTH. *Fl. berol. I*, p. 108. excl. spec. Flores capitato-congesti, rarissime solitarii, sessiles, involucro universali hexa-octophyllo, scarioso cincti. Calyx floris centralis ebracteolatus, lateralium bibracteolatus: bracteolis scariosis, tubum aequantibus v. subsuperantibus, convolutis; tubo tenerrime membranaceo, obsolete quinquedentato, longitudinaliter quinquezonato: zonis cum sinubus alternantibus, lineolatis, albis, opacis; fructifer hinc longitudinaliter usque ad basin fissus. Corolla petalorum unguibus longis, laminis suberectis clavato-tubuliformis.

33. *D. prolifer* (L. SP. 587) caule glabro, floribus aggregato-capitatis, involucri squamis senis pellucido-membranaceis scariosis ellipticis; exterioribus binis duplo brevioribus mucronatis; intimis obtusissimis calycem superantibus, squamis calycinis involucralibus conformibus calycem involventibus, seminibus laevibus.

D. prolifer. DEC. *Prodr. I*, p. 355. — PALL. *It. I*, p. 154. 196. 207; *III*, p. 315. 513. 537. 654. — FISCH. *Livl. Zus.* p. 118. — FALK. *Beitr. II*, p. 178. — BÖBER in PALL. *n. nord Beitr. VI*, p. 263. — GÜLD. *It. I*, p. 192. — Ej. *casp. cauc.* p. 4. 26. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 969. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 325. — BESSER. *Enum.* p. 16. Nr. 508. — EICHW. *Skizze* p. 172. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 211. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 232. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 160.

D. floribus capitatis aggregatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 135. Nr. 26.

Tunica prolifera. FISCH. et MEYER. *Ind. VI. sem. h. petropol* (1840) p. 24.

Hab. in Rossia media [Livonia (FISCH.), Kasan (FALK.), Simbirsk et Orenburg (PALL.)] et australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), Ucrania (GERBER ex GMEL., BÖBER), gub. Cherson (EICHW.), ad Tanain (GERBER ex GMELIN), ad Wolgam (FALK.), infer. pr. Zaritzyn (PALL.), in des. Calmuccorum (PALL., FALK.) et Kirghisorum (FALK.)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) inque provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [ad fl. Terek (GÜLDENST.), in Somchetia et Kachetia (EICHW.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.), pr. Tarki (EICHW.), Baku! (C. A. MEYER) et Lenkoran! (HOHENACK., HANSEN *pl. exs.*), in mont. Talüsch, alt 300—700 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.) et ins. Sara m. caspii! (KIESERITZKY *pl. exs.*)]. ⊙.

Sect. III. *Tunica.* SCOP. *Fl. carn. ed.* 2. *I*, p. 300. Flores solitarii v. fasciculato-congesti, involucro universali tetraphyllo scarioso cincti, fasciculi centrales pedicellati, ebracteolati; laterales sessiles, basi bracteolis duobus scariosis stipati. Calyx turbinatus v. tubuloso-clavatus, submembranaceus, herbaceo-quinquangulatus,

profunde quinquedentatus. Corolla hypocraterimorpha v. infundibuliformis, petalorum unguibus sensim in laminam dilatatis.

34. *D. Saxifraga* (L. Sp. ed. 1. 413) caulibus undique diffusis superne ramosis, foliis lineari-subulatis margine serrulato-scabris, floribus paniculatis subsolitariis, calycis campanulati glabri dentibus ovatis obtusiusculis, petalis oblongo-cuneiformibus emarginatis, seminibus transverse lineolatis margine incrassato obtuso cinctis.

Gypsophila Saxifraga. L. Sp. ed. 2. p. 584. — Dec. *Prodr. I*, p. 354. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 322. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 210. — Eichw. *casp. cauc.* p. 23. 29. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 159.

Tunica Saxifraga. Scop. *Fl. carniol.* ed. 2. *I*, p. 300. — Fisch. et Meyer. *Ind. IV. sem. h. petropol.* (1837). p. 48.

Hab. in provinciis caucasicis [Caucaso (M. a Bieb., Koch *in litt.*), Iberia (Eichw., Koch *in litt.*), Mingrelia (Eichw.), pr. Baku! (Hansen *pl. exs.*), Sallian et Lenkoran, in provinc. Talüsch!, alt. 200—600 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.), inque ins. Sara m. caspii! (Kiesseritzky *pl. exs.*)]. ♃.

Sect. IV. *Pseudotunica.* Fenzl in Endlicher *gen. l. c.* Flores solitarii, pedicellati, cymosi. Calyx ebracteolatus, clavatus v. turbinatus, herbaceo-membranaceus, angulatus. Corolla infundibuliformis v. campanulata, petalorum unguibus sensim in laminas dilatatis.

35. *D. recticaulis*: caule tereti stricto ramoso glabro, foliis margine serrulato-scabris; radicalibus spathulato-oblongis; caulinis oblongo-linearibus, calycis campanulati glaberrimi dentibus ovatis acuminatis, petalis spathulato-oblongis obtusis integris seminibus granulatis margine incrassato obtuso cinctis.

Gypsophila stricta. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 129. — Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 5. — Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* (1835) p. 29. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 159.

Gypsophila alpina. Habl. in J. G. Gmel. *It. IV*, p. 178. — Habl. in Pall. *n. nord. Beitr. IV*, p. 57.

Tunica stricta. Fisch. et Meyer. *Ind. IV. sem. h. petropol.* (1837) p. 50.

Hab. in provinciis caucasicis [Karabagh (Fisch. et Meyer). Armenia (Koch *in litt.*), Talüsch, alt. 300—500 hexap. (Hohenack.)] inque Sibiriae altaicae campestribus! (Fl. alt.). ⊙.

Nomen triviale mutandum erat ob D. strictum. Sm.

Quid?: D. *tanaicensis.* Güldenst. *It. I*, p. 110. 192; *II*, p. 163. 173. 179. 187. 192. 205 (D. donaicensis. Georgi. *Beschr. d. Russ R. III.* 4. p. 971). — In Ucrania, gub. Jekaterinoslaw, ad Tanain et Terek (Güld.).

„ *virgineus.* Pall. *It. I*, p. 43. — In gub. Nischnii-Nowgorod pr. Murom (Pall.).

Caryophyllus silvestris, angusto brevi folio, floribus minoribus, tenuiter laciniatis purpureis, simplicibus. Messerschmidt in Amm. *ruth.* p. 94. Nr. 123. — Prope Tobolsk (Messerschm. ex Amman). — An D. superb. var. parviflora?

Tribus II. Lychnideae. Fenzl in Endlicher. gen. p. 71.

Capsula apice in dentes v. valvulas dehiscens, v. baccata, indehiscens, polysperma. Semina globulosa, reniformia v. lenticularia,

umbilico marginali funiculis distinctis affixa. Embryo periphericus, annularis v. hemicyclicus.

138. Gypsophila. L. *)

Seringe in Dec. *Prodr. I*, p. 351. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 125. — Koch. *Syn.* p. 93. — Meisn. *gen.* p. 24. — *Comment.* p. 21. — Endlicher. *gen.* p. 971.

Calyx ebracteolatus, turbinatus v. campanulatus, semimembranaceus, v. rarissime herbaceus, angulatus, 5fidus. Corollae campaniformis petala 5: laminis inappendiculatis in ungues cuneato-attenuatis. Stamina 10, rarissime alterna petalis opposita sterilia v. abortiva. Ovarium uniloculare. Styli 2 v. rarissime 3. Capsula unilocularis, ab apice ultra medium valvulis 4 v. rarissime 6 dehiscens. Semina estrophiolata.

Divisio I. *Dichoglottis.* Fisch. et Meyer. Herbae annuae v. biennes, a basi, rarissime supra medium dichotome ramosae, plerumque usque ad apices foliosae. Flores plurimi, ab infimis dichotomiis per totam herbam sparsi, pedicellis capillaribus elongatis, post anthesin patentissimis v. recurvis, apice sursum aduncis. Corollae petala linearia v. latius aut angustius cuneata, integerrima, bidentata, retusa v. bifida.

1. *G. muralis* (L. Sp. 583) caule a basi dichotome ramoso usque ad apices folioso tenue filiformi, basi scabriusculo, cum reliquis partibus ceteroquin glaberrimo, foliis linearibus angustissimis, floribus decandris per totam herbam sparsis, alaribus demumque axillaribus, pedicellis post anthesin divergentibus foliis longioribus, calyce turbinato: dentibus tubo subquadruplo brevioribus ovatis rotundatis; fructifero ($1\frac{1}{2}$—2 lin. longo) inter dentes haud fissili, petalis calyce subduplo longioribus cuneato-obovatis crenulato-emarginatis, post anthesin longitudinaliter convolutis.

Lusus 1. Caule erecto-ramoso stricto, foliis vix $\frac{1}{2}$ lin. latis.
(G. muralis. Reichenb. *Fl. excurs.* p. 801.)

„ *2.* Caule ima basi ramoso, veluti ex una radice pluribus, adscendenti-diffuso, foliis plurimis $\frac{1}{2}$ lin. ac ultra latis, floribus plerumque majoribus.
(G. serotina. *Hayne* t. 172. — Reichenb. l. c. — G. muralis *β.* grandiflora, Besser. *Enum.* p. 16. Nr. 499. — G. muralis *β.* serotina. Höfft. *Cat. Kursk.* p. 30.)

G. muralis. Dec. *Prodr. I*, p. 354. — Pall. *It. II*, p. 38; *III*, p. 687. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 115; *II*, p. 196. — Georgi. *It. I*, p. 215. — Falk. *Beitr. II*, p. 178. — Güldenst. *It. I*, p. 110; *II*, p. 45. 192. 278. 287. 340. 344. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 287. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 257. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 321. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 131. — Mart. *Fl. mosq.* p. 76. — Besser. *Enum.* p. 16. Nro. 499. — Luck. *Fl. osil.* p. 409. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 30. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 130. — Eichw. *Skizze.* p. 171. — Ej. *casp. cauc.* p. 23. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. — Weinm. *Tambow.* Nr. 60. — Ej. *Fl. petropol.* p. 45. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 153. — Wirzén. *Casan.* Nr. 69. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 44. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 141.

---

*) Hoc genus et *Alsinearum* ordinem difficillimum am. Fenzl elaboravit, quod lectoribus mihique gratulor

G. purpurea. Gilib. *Fl. lithuan.* *V*, p. 154. — Ej. *Exerc. phytol.* *I*, p. 295.
Lychnis Gypsophila foliis lineari-lanceolatis planis, caule dichotomo, pedunculis bifloris, petalis emarginatis. Gmel. *Fl. sib.* *IV*, p. 142. Nr. 39.

Hab. in Rossia media [Petropoli (Weinm.), ins. Osilia! (Luce), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Tula (Böber), Kursk (Höfft.). Tambow (Pall., Weinmann), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), ad Wolgam medium (Falk, Claus)] et australi [Kiew (Güldenst.), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst.), ad Tanain (Falk, Güld.), deserto caspio (Falk), pr. Astrachan (S. G. Gmel.)], in Tauria! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Iberia et Mingrelia (Eichw.), Armenia (Koch *in litt.*)] inque Sibiria [uralensi (Pall.), provincia Iset usque ad fl. Irtysch (J. G. Gmel.), altaica! (Fl. alt.), pr. Semipalatinsk (Karel. et Kiril.). in deserto soongoro-kirghisico (Bong. et Meyer), baikalensi (J. G. Gmelin, Georgi) —; lusus 2. in Rossia media [Curonia! (Eichw. *pl. exs.*), Volhynia (Besser), Kursk (Höfft). ⊙.

2. ***G. Szovitsii*** (Fisch. et Meyer *msc. in* Hohenack. *pl. caucas. exs. un. itin.* 1838) simplici-v. multicaulis a basi dichotoma ramosissima usque ad apices foliosa, tota v. passim pube articulata glanduloso-pubescens, foliis linearibus angustissimis carnosis mucronulatis, floribus 5—10andris per totam herbam sparsis alaribus, summis axillaribus, pedicellis foliis plerumque longioribus tenuissime capillaceis glaberrimis post anthesin divergentibus, calyce turbinato-campanulato subsemiquinquefido, laciniis ovatis mucronulatis muticisve obtusiusculis; fructifero ($\frac{3}{4}$—1 lin. longo) inter lacinias ultra medium fissili, petalis cuneato-linearibus angustis, calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longioribus apice bidentatis v. retusis post anthesin longitudinaliter convolutis.

α. glabrata: herba inferne tota, superne ad geniculos tantum passim glanduloso-pubescens, ceteroquin glaberrima, petalis calyce plerumque duplo majoribus retusis.

G. Szovitsii. Fisch. et Meyer l. c.

Hab. in collibus apricis territorii Elisabethpol! et provinciae Karabagh! (Hohenacker). ⊙. ⊙.

β. glandulosa: tota, pedicellis demtis, glanduloso-pubescens, petalis albis v. rubicundis plerumque calyce $1\frac{1}{2}$ longioribus bidentatis.

Dichoglottis linearifolia. Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 26. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. t. 2. f. 1.

Hab. in Rossia australi [deserti caspii collibus gypsaceis pr. Indersk! (Fisch. et Meyer, Claus), inque collibus Arsargar! (Claus), in deserto orenburgensi! (Lessing *in herb. mus. acad. petropol.*), inque littore orientali m. caspii! (Karelin)]. ⊙.

Radix speciminum juniorum ac simplicicaulium, digitalium ac palmarium, tenuis, filiformis; vegetiorum multicaulium 1—2pedalium carnosa, crassitie fere calami scriptorii. Caules simpliciores erecti, ramosiores diffusi, tenue filiformes, ad nodos fragiles, foliis floribusque onusti, habitu omnino species praecedentis. Folia carnosa, plana, facie enervia; inferiora longiora uncialia lineamque ad summum lata, reliqua sensim breviora ac angustiora; bractealia summa haud raro lineam longa ac $\frac{1}{8}$ lin. lata, obtusa v. acutiuscula, erecta et patentia. Flores pedicellis subtilissimis, capillaribus plerumque semiuncialibus, post anthesin varie patentibus, divergentibus v. divaricatis, aliis rectis, aliis subarcuatis suffulti, versus ramulorum fines alternante suppressione singulorum internodiorum (pedunculorum) bifurcationum iteratarum eorumque nimia brevitate saepe asymmetrice-racemose v. subfastigiatim conferti.

Calyx sub anthesi semiquinquefidus, parte inter lacinias herbaceas decurrente tenuissime membranacea, turgescente capsula fissa demum quinquepartitus. Petala apice latiora, vix $\frac{1}{2}$ lin. lata. Semina plura, reniformia, obtuse granulata.

3. *G. spathulaefolia* (FENZL *msc.*) glanduloso-pubescens a basi ramosissima usque ad apices foliosa, foliis spathulatis v. spathulato-oblongis, floribus pentandris per ramos sparsis alaribus et axillaribus, pedicellis calycem subaequantibus; fructiferis declinatis, calycis oblongi semiquinquefidi laciniis oblongis obtusiusculis, petalis calyce sesquilongioribus lineari-spathulatis apice bidentatis sive crenulatis post anthesin longitudinaliter convolutis.

Dichoglottis spathulaefolia. FISCH. et MEYER in litt. ad FENZL.

Hab. in montosis lapidosis littoris orientalis m. caspii! (FISCH. et MEYER). ⊙.

Planta pusilla, bipollicaris, a basi diffusa, ramosissima, internodiis 2—3 lin. longis, foliis floribusque onusta, pube articulata alba glandulosa undique dense adspersa. Folia spathulata ac spathulato-oblonga, in petiolum attenuata; majora pollicaria ac subbreviora, 3—4 lin. diametro majore lata, obtusa. Pedicelli $1\frac{1}{2}$—3 lin. longi, apice tumidi, calyce subbreviores v. ipsum aequantes. Calyx herbaceus: laciniis subenerviis, margine angustissime membranaceis. Petala apice latiore obtuse crenato v. bidentato ad summum $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin. lata. Stamina 5, calycem subaequantia. Capsula oblonga, calyce parum exserta, ultra medium in valvas 4 recurviusculas dehiscens. Semina 15—20, reniformia, castanea, obtuse granulata. — Descriptio ad litteras msc. cl. MEYER, iconem et flores a cl. FISCHER benevole communicatos facta.

4. *G. elegans* (M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 319; *III*, p. 296) annua simplicicaulis v. perennans multicaulis dichotome ramosa erecta v. adscendens glaberrima v. ad pedicellos passim glanduloso-pubescens, foliis vix connatis; inferioribus basi angustatis late lineari-lanceolatis v. subspathulato-oblongis; superioribus linearibus, cyma multiflora paniculaeformi-effusa, bracteis inferioribus foliaceis; reliquis calyce brevioribus semiscariosis acutis, calycis campanulati laciniis ovatis obtusis semiherbaceis, petalis calyce 2—3plo longioribus late cuneato-linearibus truncato-retusis.

Lusus 1. Glaberrimus (Vulgatissimus).
„ 2. Pedunculis pedicellisque infra medium passim glanduloso-puberulis (Rarior).

G. elegans. DEC. *Prodr. I*, p. 353. — STEVEN *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 262. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 209. — EICHW. *casp. cauc.* p. 27. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 231. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 159.

Arenaria pulchella Adami. HOFFM. *h. mosq.* p. 4. 1808. Nr. 321.

Hab. in provinciis caucasicis [ad fl. Terek, pr. Wladikawkas, in alpe Kasbek (M. a BIEB.), in omni Caucaso alt. 300—1200 hexap. (C. A. MEYER), Iberia (M. a BIEB. — var. angustifolia), Kachetia! et Somchetia! (EICHW.), territor. Elisabethpol!, provinc. Karabagh et pr. Lenkoran! (HOHENACK.), in provinc. Talüsch, alt. 300—700 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.), Armenia (KOCH *in litt.*)]. ⊙. ♃. (?).

Species duratione et habitu, inde pendente, variabilibus nec non cyma, Struthiorum more, scarioso-bracteata inter contribules anomala,

nimia tamen G. viscosae Murr. — cujus fortasse varietas borealis — ac porrigentis affinitate tracta, inflorescentiae typo, illorum longe simpliciore, simul monente Dichoglottidibus adsciscenda.

Divisio II. *Heterochroa*. Bunge. Herbae sibiricae, perennes, caespitosae, decumbentes v. adscendentes. Flores in ramis pauciores, axillares, solitarii v. per cymam terminalem, foliaceo-bracteatam, corymbiformem dispositi. Calyx semiquinquefidus, herbaceus. Corollae petala obovato-cuneata, discoloria, mutabilia. Capsula ultra medium in valvulas dehiscens.

5. *G. violacea* (Fenzl in Endlicher *gen. l. c.*) dichotome ramosa diffusa polyphylla, internodiis pubescentibus, foliis glabris; inferioribus ellipticis; reliquis oblongis v. lanceolatis acutis, axillis haud fasciculiferis, cymis terminalibus foliosis depauperatis, pedicellis cum calyce glanduloso-hirsutis erectis, calycis semiquinquefidi laciniis lineari-oblongis obtusissimis, petalis calyce sesqui-duplo longioribus obovato-cuneatis retusis post anthesin longitudinaliter convolutis violaceis.

Arenaria violacea. Ledeb. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V.* p. 533. — Ej. *Icon. pl. Fl. ross.* t. 416. — Dec. *Prodr. I*, p. 410. — Chamisso et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 57.

Arenaria caerulescens. Rudolph *msc. in herb. Acad. petropol. cum sequente.*

Hab. in Sibiria orientali circa Ochotzk! (Redowsky) et in Kamtschatka! (Rudolph). ♃.

6. *G. petraea* (Fenzl *l. c.*) prorepenti-ramosissima decumbens glanduloso-pubescens v. scabriuscula, foliis plurimis lineari-lanceolatis; fasciculorum axillarium lineari-subulatis, cymis terminalibus foliosis 1—3-floris, pedicellis post anthesin deflexis, calycis semiquinquefidi laciniis ovatis acutis v. acuminatis, petalis obovato-cuneatis apice rotundato-crenulatis calyce duplo longioribus colore mutabilibus marcescentibus.

Heterochroa petraea. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 131. — Ledeb. *Icon. pl. Fl. ross.* t. 135. — Bunge. *Enum. alt.* p. 21. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 142.

Arenaria purpurea. Willd. *herb.* Nr. 8775 ex Schlechtend. *in Berlin. Mag.* 1816. p. 211. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 57.

Arenaria sericea. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 414.

Arenaria rubicunda. Spreng. *Syst. Veg. II*, p. 399.

Arenaria caerulescens. Rudolph. *msc. in herb. Acad. petrop.!*

Arenaria adenotricha. Bongard. *msc. in herb. Acad. petrop.!*

Hab. in Sibiriae altaicae! rupestribus (Schangin et Salessow *in herb. Acad. petropol.*) ad fl. Baschkaus! et Kurai! (Fl. alt.), pr. Buchtarminsk (Karel. et Kiril.) et orientali! (Rudolph, M. a Bieb.). ♃.

7. *G. microphylla* (Fenzl) proserpenti-ramosissima prostrata, foliis linearibus carinatis subfalcatis obtusiusculis basi ciliatis brevissimis (vix 2 lin. longis), axillis dense fasciculiferis, cyma terminali depauperata parviflora, calycis dentibus tubo brevioribus obtusis, petalis obovato-cuneatis calyce sesquilongioribus.

Heterochroa microphylla. Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 92.

Hab. in regione Kuktau alpium Alatau (Schrenk). ♃.

Herba habitu Frankeniae hispidae, cauliculis debilibus prostratis, ramosissimis, pube minuta patente, eglandulosa adspersa. Foliorum fasciculi axillares, brevissimi, polyphylli. Folia vix 2 lin. longa, ¼ lin.

lata, saepe minora, subtus carinata, in sicco rugosa, vegeta facile succulenta, trigona, subglabra. Inflorescentia G. petraeae, flores vero minores, calyx 2 lin. longus, quinquedentatus, nec semiquinquefidus: dentibus sicuti praecedentium scarioso-marginatis. Petala forma et colore G. petraeae sed vix 3 lin. longa. Semina (immatura) praecedentis, ast multo minora (SCHRENK l. c.).

8. *G. desertorum* (FENZL) glanduloso-pubescens multicaulis, caulibus a basi lignescente adscendentibus erectisve coarctato-ramosis, foliis subulatis mucronulatis carinatis margine subrevolutis recurvo-patentibus v. falcatis, axillis fasciculiferis, cyma terminali pauci-multiflora erecto-patula foliaceo-bracteata, calycis semiquinquefidi laciniis ovato-oblongis obtusis, petalis calyce duplo longioribus cuneato-linearibus purpurascenti-versicoloribus.

Heterochroa desertorum. BUNGE. *Enum alt.* p. 21.

Hab. in Sibiriae altaicae deserto edito ad fl. Tschuja! (BUNGE). ♃.

Divisio III. *Struthium.* SER. Suffrutices v. herbae perennantes. Flores plerumque numerosissimi per cymas multoties iteratas, paniculaeformes, corymbosas, rarius fasciculiformes aut capituliformes, scarioso-bracteatas dispositi.

Subdivisio 1. *Filamentosae.* Caudices foliorum consumtorum nervis denudatis persistentibus confertissimis apice filamentosi, vegetorum linearium coma densa coronati.

9. *G. tenuifolia* (M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 319; *III*, p. 296) glaberrima, trunco epigaeo brevi polycephalo incrassato, cauliculis erectis simplicibus, comae radicalis foliis angustissimis linearibus acutis carinatis basi imbricato-vaginatis erectis marcescentibus stellatim patentibus demum reflexis, cyma solitaria v. rarius binis ternisve pauci-multifloris corymbiformibus patulis, calycis turbinati laciniis ovatis obtusiusculis, petalis calyce duplo longioribus late cuneatis apice truncato-retusis speciosis.

Lusus 1. Foliis comae elongatis 2—3pollicaribus, cauliculis spithamaeis et longioribus multifloris.

„ *2.* Foliis comae pollicaribus et brevioribus, cauliculis plerumque digitalibus et palmaribus 3—5floris.

G. tenuifolia. DEC. *Prodr. I*, p. 353. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 210.

Arenaria pulchra. WILLD. *herb.* Nr. 8774 ex SCHLECHTEND. *in Berl. Mag.* 1816. p. 212. — DEC. *Prodr. I*, p. 409 (Lus. 1).

Hab. in provinciis caucasicis [ad fl. Terek alt. 400 hexap. (C. A. MEYER), in praeruptis circa Wladikawkas! (M. a BIEB.), in subalpinis et alpinis totius Caucasi alt. 900—1400 hexap.! (C. A. MEYER), in Caucasi orientalis alpe Schahdagh! (STEVEN), in monte Ararat! (ADAMS), in Armenia (KOCH *in litt.*)]. ♃.

Subdivisio 2. *Imbricariae.* Caudiculi ramosissimi, caespitantes, foliorum emarcidorum basibus longe productis induratis imbricato-vaginati.

10. *G. uralensis* (LESSING *in Linnaea IX*, p. 152. 153. 172) densissime caespitans, cauliculis filiformibus simplicissimis apice cum

pedunculis glanduloso-puberulis, foliis glaberrimis anguste linearibus carnosis triquetris erectis demum patentibus, parte infra medium indurata persistente dilatata validissime carinata, cymis terminalibus plerumque ternis scarioso-bracteatis fasciculato-subsessilibus 1—3floris, pedicellis calyce glabro brevioribus, petalis calyce subtriplo longioribus obovatis retusis.

Stellaria Gmelini. Nesterofsky. *Ind. pl. ural. msc.*

Hab. in regione lapidea omnium cacuminum jugi uralensis alt. 400—750 hexap. copiosissime! (Lessing), in montibus Guberlinsk! (Claus), circa Slatoust! (Nesterofsky fid. specim. herb. acad. petropol.). ♃.

G. transsylvanicae Spr. (Bauffyae petraeae Baumg.) omnium certe proxima foliis persistentibus, floribus multo majoribus ac paucioribus aliisque notis satis diversa; nec levior ejus affinitas cum lusu humili G. tenuifoliae et repentis, ab utrisque foliorum indole praesertim recedens.

Subdivisio 3. *Grandiflorae.* Folia infima cum nervis marcescentia demum decidua. Flores plerumque copisissimi; inferiorum calyce $1\frac{1}{2}$—3 lin. longo, laxius confertiusve cymoso-paniculati, rarissime fasciculato-glomerati, petalis tunc purpurascentibus.

11. *G. Gmelini* (Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 128) glaberrima glauca, caudice cum radice crassissimo polycephalo v. ramoso, caudiculis abbreviatis adscendentibus lignosis, caulibus plerumque strictissimis v. e basi declinata erectis inaequi-dichotome ramosis, rarius simplicissimis, foliis erectis carnosis linearibus triquetris, nodis caulinis aequilatis v. angustioribus, rarissime parum latioribus, cymis geminis ternis v. pluribus brachiato-paniculatis laxe corymbiformibus, florum infimorum pedicellis corollam aequantibus v. dimidio duplove superantibus; summorum post anthesin calyce longioribus, petalis obovato-oblongis retusis plus duplo quadruplove illum superantibus: lamina purpurascente supra medium calycis laciniis obtusis erectis subtriplo latiore.

α. angustifolia: foliis nodis caulinis vix latioribus, plerumque aequilatis v. angustioribus.

Lusus 1. Folia caulina inferiora et turionum plurima $1\frac{1}{2}$—3uncialia, caules plerumque $1\frac{1}{2}$—2pedales et altiores, strictissimi.

„ 2. Folia caulina inferiora et turionum $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$uncialia, caules plerumque $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$pedales erecti, nonnunquam adscendentes diffusi.

G. Gmelini. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 402 (Lus. 2 in 1 vergens). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 214.
G. Gmelini *α.* Bunge l. c. (Lus. 1)! — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 139.
G. dichotoma. Besser. *Primit. Fl. gal. I*, p. 372 (Lus. 1)?
G. Patrini. Dec. *Prodr. I*, p. 353 (Lus 1)!
G. rupestris ac davurica *γ.* rupestris. Turcz. *msc. in herb.* Ledeb. (Lus. 1)!
G. Gmelini *β.* Bunge l. c. (Lus. 2)!
G. thesiifolia. Dec. l. c. p. 354 (Lus. 2)!
G. triquetra. Ledeb. *herb.* (Lus. 2)!
G. Struthium. Pall. *It. II*, p. 676 (Lus. 2 fide specim. auct. in herb. Jacq.!) — Georgi. *It. I.* p. 215. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 968.

G. prostrata. Böber in Pall. n. nord. Beitr. VI, p. 261. — Georgi. Beschr. l. c. p. 967 (verosim. Lus. 2).
Arenaria Gmelini. Fisch. ex Dec. Prodr. I, p. 402 (Lus. 2).
Lychnis Gypsophila foliis linearibus axillaribus confertis teretibus. Gmel. Fl. sib. IV, p. 144. Nr. 41. t. 61. f. 1. (Lus. 2).
Hab. in Rossia australi [Jekaterinoslaw (Böber)] et Sibiria [altaica! (Fl. alt.), des. soongoro-kirghisico (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Pall., Turcz in litt.), a Jenisei fl. in omni ulteriori Sibiria (J. G. Gmel.), baikalensi (Georgi, Turcz)] inque Davuria (Turcz.). ♃.

β. latifolia: foliis plurimis nodis caulinis subdimidio latioribus. — Transitus in G. davuricae var. latifoliam, cymis laxe corymbosis pedicellisque summis semper calyce longioribus recedens. Praecedente rarior occurrere videtur. Vidi tantum specimen unicum circa Nertschinsk lectum in herb. Ledeb. (Fenzl. msc.).

Ab auctoribus valde vexata species, G. repenti nostrae proxima, characteribus firmis difficillime sejungenda, caudiculis abbreviatis nunquam hujus more elongatis ac tortuosis, caulibus firmioribus ac ramosioribus foliisque ut plurimum internodiis aequilatis ac angustioribus diversa; a sequente (G. davurica) potissimum inflorescentia laxiore et pedicellis calyce semper longioribus; iisdem characteribus nec non inflorescentia glaberrima, calycis laciniis obtusis planis nunquam apice subcomplicato-recurvis, petalisque latius obovatis calyce plus duplo longioribus purpurascentibus a G. angustifoliae lusubus humilioribus distincta.

12. *G. davurica* (Turcz *msc. in herb.* Ledeb.) glaberrima glauca, caudice polycephalo v. abbreviato-ramoso, caulibus strictissimis v. e basi declinata erectis simplicissimis v. inaequi-dichotome ramosis, foliis anguste linearibus triquetris v. latioribus lineari-lanceolatis carinatis, cymis confertifloro-corymbosis, rarissime subfasciculatis, florum infimorum pedicellis corolla brevioribus, rarissime eam aequantibus; summorum calycem subaequantibus v. plus duplo eo brevioribus, calycis laciniis obtusissimis erectis planis, petalis calyce plus duplo triplove longioribus late obovato-oblongis retusis laete purpureis.

α. latifolia: foliis lineari-lanceolatis caulibus duplo triplove latioribus.

Lusus 1. Caules pedales simplices, infra apicem ramulo uno alterove florigero fastigiato aucti, foliorum axillae haud fasciculiferae.

„ *2.* Caules sesqui-tripedales a medio usque ad apicem inaequi-dichotome florigero-ramosis, foliorum axillae plurimae fasciculiferae.

Hab. in Davuria, ad fontem Pogromeszensem! (Basnin ex Turcz. — Lus. 1); circa Nertschinsk! (Turcz. — Lus. 2).

β. angustifolia: foliis lineari-triquetris caulibus pleromque aequilatis v. angustioribus.

G. davurica β. intermedia. Turcz. l. c.

Lusus 1. Caules pedalis et altiores, a basi v. supra medium inaequi-dichotome florigero-ramosi, foliorum axillae interdum fasciculiferae, cymarum pedunculi ½—1pollicares.

„ *2.* Praecedens, cymarum subfasciculato-contractarum pedunculi vix semipollicares, pedicellis brevissimis.

„ *3.* Caules digitales v. palmares simplicissimi, foliorum axillae haud fasciculiferae, cymae fasciculato-contractae, floribus subsessilibus.

Hab. in Sibiriae baikalensis rupibus alpis Kawokta! (Turcz. Lus. 3), orientali inter Olekminsk et Jakutzk! (Kruhse — Lus. 2) inque Davuriae saxosis inter custodia Charatzaensia! (Turcz. — Lus. 1). ♃.

Species in posterum forsan delenda, a G. Gmelini nonnisi inflorescentia confertiore diversa, varietatis angustifoliae lusu alpino humili

valde confertifloro ad G. uralensem et transsylvanicum habitu summopere accedens, ab illa foliorum indole aliena, ab altera bracteis haud ampliatis subinvolucrantibus ac floribus majoribus, ab utrisque inflorescentia glaberrima recedens.

13. *G. Struthium* (L. Sp. 582) glaberrima v. eglanduloso-scabriuscula, caudice polycephalo ramosissimo, ramis elongatis prostratis tortuosis, turionibus fascicularibus caulibusque plurimis simplicibus v. virgato-ramosis adscendentibus v. erectis lignosis, ramulis axillaribus foliiferis abbreviatis copiosissimis, foliis carnosis anguste lineari-triquetris acutis, cymis coarctato-fasciculiformibus fastigiatis, bracteis angustis complicato-recurvis semiscariosis, pedicellis calyce subbrevioribus v. aequalibus, petalis parvis spathulato-oblongis retusis calycis lacinias obtusas duplo superantibus roseis.

G. Struthium. Dec. *Prodr. I*, p. 352 (fide specim. auct. commun.!).
G. collina. Steven in Dec. *Prodr. l. c.* (fide spec. auct. commun. et cult. vis.!) — Lang et Szovits. *Herb. ruthen. Cent. I*, Nr. 48.
Hab in Rossia australi [Podolia australi! (Besser *in herb. Zeyheri*), pr. Odessa! (Steven, Lang et Szovits)]. ♃.

Valde affinis G. fastigiatae lusui ramoso, diversa tamen caudicis ramis, G. repentis more, elongatis ramosissimis, caulibus ultra medium lignescentibus summe foliifero-ramulosis, foliis brevioribus, turionum saepe subfalcatis, cymis glabris anguste bracteatis demumque floribus sub anthesi laete purpurascentibus. A praecedentis varietate β. praeter caudicis ac caulis indolem alienam, foliis brevioribus cymis multo magis glomeratis floribusque subduplo minoribus recedit. — Culta facile degenerat nuptiisque adulterinis cum G. repente et Gmelini hybridas proles intermedias, floribus speciosioribus superbientes gignit.

14. *G. acutifolia* (Fisch. *Cal. h. gorenk.* 1812. p. 59) glauca, caudice cum radice crasso polycephalo v. abbreviato-ramoso, caulibus adscendenti-erectis, a basi plerumque florigero-ramosis v. effuso brachiato-paniculatis, foliis linearibus subtriquetris v. lineari-lanceolatis acuminatis, axillis plurimis proliferis, cymis plerumque copiosissimis multifloris effuse brachiato-paniculatis glanduloso-pubescentibus, pedicellis (infimis nonnunquam longioribus) corollae aequilongis v. brevioribus, bracteolis cuspidatis eximie scariosis, calycis cretacei purpureo-quinquestriati laciniis acutis erectis v. acuminatis recurvis, petalis cuneato-v. spathulato-linearibus, calyce sesqui- v. duplo longioribus albis.

α. angustifolia: foliis linearibus subtriquetris nodis caulinis vix latioribus, caulibus plerumque ½—1½pedalibus, inflorescentia cymis paucioribus composita.

Lusus 1. Florum minimorum confertiorum pedicelli corolla breviores, calyces vix linea longiores, saepe breviores, laciniis acutis apice non recurvis.
„ *2.* Florum remotiorum pedicelli corollam aequantes v. rarius parum superantes, calyces 1½—2 lin. longi, laciniis acuminatis apice recurviusculis.

G. Steveni. Fisch. ex Besser. *Cat. h. cremenec.* 1816. p. 64! (nec Dec.) — Link. *Enum. h. berol. I*, p. 417. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 210. — Eichw. *casp. cauc.* p. 3.
G. repens. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 319 (excl. syn. praeter Buxb.); *III*, p. 295.
G. glauca. Steven in Dec. *Prodr. I*, p. 353. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 231.

G. squarrosa. Tausch in Flora. 1831. I, p. 214 (Lusus cultura ortus, cymis glabris).
G. Steveni. Hohenack. pl. caucas. exs. un. itiner. 1838 (Lus. 1!).
G. glauca „ „ „ „ „ „ 1834 (Lus. 2!).
Hab. in provinciis caucasicis [in promontorio occidentali alt. 400 hexap.! (Steven, C. A. Meyer), in Iberiae lapidosis circa Tiflis (M. a Bieb., Eichwald), Mingrelia (Eichw.), territorio Elisabethpol! (Hohenack.)], inque littore orientali m. caspii (Eichw.).

β. latifolia: foliis late linearibus v. lineari-lanceolatis obscure trinerviis, caule 1—4pedali, plerumque ramosissimo saepe sesqui-v. duplo latioribus, inflorescentia cymis plurimis composita.

Lusus 1. Caules 1—1½ pedales, folia 1—2uncialia, calyces plerumque 1⅓—1⅔ lin. longa: laciniis erectis v. recurviusculis.

„ *2.* Caules 2—4pedales ramosissimi, folia 2—4uncialia, flores modo confertiores, modo remotiores effusi, calyces plerumque 2—3 lin. longi: laciniis acuminatis recurvis.

G. acutifolia. Fisch. *Cat. h. gorenk.* 1812. p. 59. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 296. — Trevir. *h. wratislaw.* 1819. — Dec. *Prodr. I*, p. 353. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 209. — Eichw. *casp. cauc.* p. 2.
G. altissima. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 319 (excl. syn.). — Güld. *It. I*, p. 70. 72. 110. 192; *II*, p. 252. 269. 282.
G. Stevenii. Schrank *pl h. monac.* t. 32. — Dec. *Prodr. I*, p. 353.
Hab. in Rossia australi [Jekaterinoslaw (Güldenst.), ad Tanain (Güld., Henning), ad ostia Wolgae (Eichw.)] inque provinciis caucasicis [in lapidosis subalpinis Caucasi! (M. a Bieb., Wilhelms), pr. Narzana! (Steven), in promontorio orientali alt. 400—500 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♃.

Species admodum polymorpha, hybrida, e nuptiis cum sequente et fastigiata orta progenie in hortis superbiens, lusu parvifloro varietatis *α.* ad G. fastigiatam ex una parte accedens, ex altera parte lusu latifolio varietatis *β.* G. perfoliatae lusui angustifolio adeo sese approximans, ut calycis colore cretaceo ac laciniarum mucrone recurvato neglectis minime diversam crederes.

15. *G. perfoliata* (L. Sp. 583) glaberrima v. tota v. superne glanduloso-pubescens, radice caudiceque crassissimis polycephalis, caulibus elongatis strictissimis v. e basi declinata erectis, effuse brachiato-paniculatis, foliis caule latioribus lanceolatis v. ovato-lanceolatis acutissimis 3—5nerviis, axillis superioribus plerumque proliferis, cymis copiosissimis multifloris decomposite brachiato-paniculatis, bracteolis semiscariosis acutis, pedicellis infimis corollam aequantibus v. rarius subduplo superantibus, summis calyce demum aequilongis v. sesquilongioribus, calycis albo-virescentis atro-viridi-quinquenervii laciniis ovatis obtusis erectis, petalis late cuneato-linearibus retusis calyce duplo longioribus albidis v. roseis.

α. angustifolia: glaberrima, pedunculis pedicellisque plus minus glanduloso-pubescentibus, foliis latioribus lanceolatis; superioribus ac ramulorum late linearibus; longioribus 3—4pollicaribus.

Lusus 1. Folia majora nodis caulinis vix latiora; juniora angustiora.
„ *2.* „ „ „ „ duplo „ „ aequilata.

G. scorzoneraefolia. Hort. paris. ex Dec. *Prodr. I*, p. 352.
G. sabulosa. Steven ex Dec. l. c. (fide specim. auct. visi)!
Hab. in deserto caspio circa Astrachan! (Blum), pr. Kislar ad fl. Terek! (Steven). ♃.

Reliquae varietates: β. pubescens (G. tomentosa L.), γ. latifolia (G. perfoliata L. et Dillenii) et δ. grandiflora (G. perfoliata. Hort. paris.) in imperio rossico tunc temporis desiderantur.

16. *G. trichotoma* (Wenderoth. *Ind. sem. h. marburg.* 1835. Nr. 3) inferne glanduloso-pubescens v. omnino glabra multicaulis, caulibus decumbenti-assurgentibus crassis squarroso-brachiato-paniculatis, ramis compressiusculis, foliis ovato-oblongis oblongisve obtusiusculis v. acutis, cymis glaberrimis copiosissimis decomposite brachiato-paniculatis squarrosissimis, bracteolis subherbaceis acutis, pedicellis inferioribus corolla 2—4plove; summis 1½—2plove longioribus, calycis viriduli atroviridi- v. purpureo-quinquenervii laciniis obtusissimis, petalis obovato-oblongis, calyce 1½ v. duplo longioribus extus saturate purpureis.

α. glabra: caule foliisque cunctis glaberrimis.

E. seminibus, nescio unde G. sabulosae nomine missis, cultam vivam in horto vindobonensi observavi.

β. pubescens: caule foliisque dense glanduloso-pubescentibus v. villosulis, pedunculis pedicellisque cum calyce glaberrimis.

G. perfoliata. Dec. *Prodr. I*, p. 352. — Lepech. *It. I*, p. 270. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 320. — Besser. *Enum.* p. 57. Nr. 1500. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 125. — Ej. *Icon. pl. Fl. ross* t. 176. — Eichw. *Skizze.* p. 171. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 136.

Hab. in Rossia australi [ad littora maris nigri pr. Odessa (Besser. Eichw.), ad Wolgam infra Saratow! (Lepech., Claus), in deserto caspio (Falk), in sabulosis insulae Taman circa Bugass! (Ledeb.), in deserto cumano (Falk.)], Tauria ad littora Bosphori in arena frequens (M. a Bieb.), in Caucasi campestribus (M. a Bieb.), Armenia (Koch *in litt.*) inque Sibiria altaica [deserto barabensi! pr. Loktewsk (Bunge) et soongoro-kirghisico! (C. A. Meyer), pr. Semipalatinsk (Karel. et Kiril.)]. ♃.

Species a praecedente e longinquo caulibus undique procumbentibus, inflorescentia squarrosissima glaberrima assurgentibus, floribus minoribus longe pedicellatis, calycibus minime albicantibus petalisque parvis saturatius purpureis dignoscenda.

Subdivisio 4. *Parviflorae.* Folia infima cum nervis marcescentia, demum decidua. Flores copiosissimi, calyce ¾—1½ lin. longo, in cymis paniculatis effusi v. in corymbi-aut capituliformibus aggregati sive glomerati, albi.

17. *G. paniculata* (L. *Amoen. III*, p. 23) multicaulis erecta v. e basi declinata adscendens, radice crassa longissima, caulibus a basi ramosissimis, ramis decompositis effusis foliosis, sterilibus copiosis plerumque auctis, foliis acuminatis linearibus lineari-lanceolatis v. e basi latiore lanceolatis; inferioribus patentissimis v. reflexis, cymis effuse brachiato-paniculatis (nec inchoante anthesi fasciculariforme contractis) bracteis angustis scariosis, pedicellis calyce 2—3plove longioribus, calycis laciniis ovato-subrotundis, petalis calyce 1½—2plo longioribus spathulato-linearibus v. oblongis albis.

α. effusa: caule ramisque flexuosis, summe divaricatis, valde foliosis, plerumque viridibus.

G. effusa. Tausch *in Flora 1830. I*, p. 244. — Hohenack. *pl. caucas. exs. un. itin. 1834!*

G. paniculata. HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 231. — Ej. *Enum. Talüsch.* p 159 (G. pan. var. latifolia).

β. stricta: caule ramisque strictis divaricatis superne plerumque purpurascenti-glaucis, ramulis sterilibus foliosis paucioribus ac brevioribus, floribus saepe minimis.

Synonyma sequentia utrasque varietates utplurimum spectant:

G. paniculata. DEC. *Prodr. I*, p. 353. — PALL. *It. I*, p. 187. 196. 207. 216. 401. 416; *II*, p. 256. 461; *III*, p. 314. 317. 537. 542. 595. 607. 655. 682. — GEORGI. *It. II*, p. 713. — LEPECH. *It. I*, p. 71. — GÜLDENST. *It. I*, 56. 66. 110. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 320. — BESSER. *Enum.* p. 16. Nr. 498. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 127. — EICHW. *Skizze*, p. 171. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. — LESSING *in Linnaea. IX*, p. 168. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 257. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 68. — BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 43. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 138.

G. tatarica. GÜLDENST. *It. II*, p. 205?

Lychnis procera, Caryophylli folio, flore exiguo, albo. MESSERSCHM. ex AMMAN. *ruth.* p. 94. Nr. 125?

Hab. in Rossia media [Lithuania (EICHW.), Volhynia! (BESSER, EICHW.), Kasan (WIRZÉN), Simbirsk (PALL., LEPECH.), Orenburg! (PALL., GEORGI), Saratow (PALL.)] et australi [Podolia (EICHWALD), Ucrania (GÜLDENST.), ad Tanain (PALL., GÜLD., HENNING), ostia Wolgae (EICHW.), in deserto caspio (PALL., CLAUS), ad inferiorem fl. Ural (PALL.)], in Tauria (M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [Iberia! (WILHELMS), territ. Elisabethpol!, prov. Karabagh (HOHENACK.)] inque Sibiria uralensi! (PALL., LESSING) et altaica! (FL. ALT.), ad fl. Irtysch (PALL., BONGARD et MEYER), in deserto soongoro-kirghisico circa montes Tarbagatai et Aktschavly (KAREL. et KIRIL.) ♃.

Utraeque varietates caule, foliis inferioribus, pedunculis pedicellisque passim glanduloso-pubescentibus, passim glabris v. omnibus partibus glaberrimis ludunt.

18. *G. altissima* (L. Sp. 582) radice caule vix crassiore parum elongata, caulibus erectis strictis usque ad medium v. ultra simplicibus, ramis florigeris aphyllis brachiato-paniculatis late bracteatis, foliis erecto-patulis nunc linearibus v. cuneato-linearibus, nunc lineari-oblongis v. spathulato-lanceolatis; infimis basi longe attenuatis acutiusculis v. obtusis mucronatis, cymis brachiato-paniculatis, floribus primum glomerato-fasciculatis demum corymbiforme confertis, bracteis latis semiscariosis, pedicellis calyce 1½—2duplo longioribus calycis laciniis obtusissimis, petalis lineari-oblongis calyce 2—2½ longioribus.

α. angustifolia: foliis linearibus v. cuneato-linearibus elongatis caule plerumque aequilatis v. vix latioribus.

G. altissima *β.* elongata. LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 127!

G. scariosa. TAUSCH *in Flora 1831. I*, p. 213.

Hab. in Rossiae australis arenosis pr. Astrachan! (herb. LEDEB.) et in Sibiria altaica pr. Semipalatinsk! (FL. ALT.). ♃.

β. latifolia: foliis lineari-oblongis oblongis v. subspathulato-lanceolatis; radicalibus basi longe attenuatis; caulinis caule ½—3plove latioribus.

G. altissima (*α.* vulgaris et *γ.* eglandulosa). LEDEB. *Fl. alt. l. c.* — DEC. *Prodr. I*, p. 352. — PALL. *It. I*, p. 238. 259. 366; *III*, p. 314. — GEORGI. *It. II*, p. 713. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 257. — LESSING *in Linnaea. IX*, p. 163. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 213. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 137.

G. caulibus dichotomis, corymbis fastigiatis, foliis lanceolatis trinerviis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 143. Nr. 40. t. 60.

Lychnis viscosa, foliis in longo petiolo angustis et minoribus, ad radicem copiosis, flore muscoso albo. MESSERSCHM. ex AMMAN. *ruth.* p. 94. Nr. 124?

Hab. in Rossia media [Orenburg (GEORGI, CLAUS, NESTEROFSKI)] et Sibiria

[ab Ural fl. ad fl. Angara usque (J. G. Gmel.) uralensi! (Pall., Lessing), altaica! (Fl. alt.), deserto soongoro-kirghisico (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*) et baikalensi (Turcz.)]. ♃.

Ludunt utraeque varietates panicula cum pedicellis dense v. passim glanduloso-puberula v., quod rarius, glaberrima.

Varietas angustifolia habitu inter G. paniculatae var. β. strictam ac G. fastigiatae lusum ramosum media, ab illa foliis elongatis erectis saepe ensiformibus, caule vix infra medium ramoso, ramis florigeris aphyllis et cymis inchoante anthesi glomerato-fasciculiformibus potissimum diversa, ab altera statura altiore, ramis florigeris patentibus brachiato-paniculatis, nec erectis fastigiatis, florum omnium, imo ultimorum, pedicellis demum calyce longioribus recedens.

19. *G. fastigiata* (L. *Amoen. III*, p. 23) caudice polycephalo abbreviato-ramoso, caulibus erectis simplicissimis v. infra medium virgato-subramosis, rarius cymigeris apice fastigiatis confertis, foliis linearibus utrinque acuminatis erectis, axillis inferioribus saepe fasciculiferis, cymis glanduloso-pubescentibus, floribus confertissimis corymbosis, bracteis late ovatis cuspidatis scariosis, pedicellis glabris; infimis calyce demum sublongioribus; reliquis aequilongis v. subbrevioribus, calycis laciniis ovatis subrotundis rectis, petalis cuneato-linearibus calyce duplo longioribus.

Lusus 1. Caules $1\frac{1}{2}$—2pedales virgato-ramosi, ramis 2—5 patulis simplicissimis, foliorum inferiorum axillae fasciculiferae.

G. arenaria. W. et Kit. *Plant. Hungar. rar. I*, p. 60. t. 41! — Dec. *Prodr. I*, p. 352. — Besser. *Enum.* p. 16. Nr. 501.

„ 2. Caules digitales v. pedales simplicissimi v. supra medium uno alterove ramulo cymigero elongato aucti, foliorum axillae plerumque vacuae.

G. fastigiata. Dec. *Prodr. l. c.* (excl. synon. Gmel.). — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 131. — Besser. *Enum.* p. 16. Nr. 500. — Eichw. *Skisse.* p. 171. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 153.

G. pulposa. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 153. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 295.

Hab. in Rossia media [Curonia! (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilibert, Jundz., Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Pensa! (Jacquet *pl. exsicc.*)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.)]. ♃.

(β. *cephalotes* (Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 92) foliis latioribus et respectu latitudinis brevioribus, floribus dense congestis subcapitatis, bracteis latioribus a G. fastigiata genuina differt. Distincta forsan species, sed characteribus certis vix definienda. — Semina ignota.

Hab. in subalpinis Alatau versus fontes fluvii Tentek (Schrenk). ♃. (L.)

20. *G. glomerata* (Pall. *Ind. Taur.* ex M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 321. 427; *III*, p. 297) glauca, caudice polycephalo caulibus erectis simplicibus v. a basi virgato-ramosis, ramis aphyllis subpaniculatis patulis glanduloso-viscidis, bracteis demum coriaceis navicularibus acuminatis adpressis, foliis linearibus triquetris; infimis congestis elongatis, florum capitulis terminalibus globosis compactis solitariis binis ternisve fastigiatis subcoriaceo-bracteatis, bracteis late ovatis cuspidatis adpressis, bracteolis homomorphis integerrimis scariosis, calycis (1—$1\frac{1}{2}$ lin. longi) laciniarum obtusarum nervo dorsali lanceolato acuto purpureo, petalis cuneato-linearibus calyce duplo longioribus.

G. glomerata. Dec. *Prodr. I*, p. 354 (fide Steven in litt.). — Eichw. *Skisse*. p. 171. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 210 (num spec. seq. syn.?).

Hab. in Rossia australi [gub. Cherson (Eichw.). ad Tanain? (Henning)]. Tauriae! (Pall., M. a Bieb., Ledeb.) et provinciarum caucasicarum lapidosis, praesertim calcareis (M. a Bieb., Steven) [pr. Constantinogorsk alt. 200—300 hexap. (C. A. Meyer)]. ♃.

21. *G. capitata* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 321) glaberrima glauca, caudice polycephalo, caulibus erectis simplicissimis v. e basi virgato-ramosis subinde distortis, ramis superne aphyllis subdichotome paniculatis, bracteis marginis semiscariosis ventricosis cuspidatis laxiusculis, foliis linearibus triquetris; infimis congestis elongatis, florum capitulis terminalibus globosis solitariis v. pluribus corymbose fastigiatis scarioso-bracteatis, bracteis involucralibus subinflatis maximis obovatis v. late ellipticis cuspidatis, bracteolis homomorphis margine eroso-denticulatis, calycis (1½—2½ lin. longi) laciniis cuneato-oblongis apice obtuso subcucullatis scariosis: nervo dorsali filiformi apice incrassato viridi, petalis cuneato-linearibus calyce duplo longioribus.

G. glomerata. Adams in Weber et Mohr. *Beitr. I*, p. 54.
G. glomerata β capitata. Dec. *Prodr. I*, p. 354.
G. globulosa. Steven ex Besser *in Flora 1832. II*, *Beibl.* p. 34 (fide specim. auct).

Hab. in provinciis caucasicis [pr. Pätigorsk! (Hohenack.), in Caucaso (M. a Bieb., Adams), in alpe Beschtau! (Steven)]. ♃.

Planta Stevenii procul dubio species Biebersteiniana, praecedenti certe simillima, characteribus tamen allatis et magnitudine florum bractearum et bracteolarum duplo majore primo intuitu diversa.

Quid?: *G. campestris*. Pall. *It. III*, p. 682. — Ad Tanain (Pall.).

139. Saponaria. L.

Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 365 (excl. Sect. I. et sp. pl. Sect. III. et IV.). — Koch. *Syn.* p. 99 (excl. Sect. I.). — Meisn. *gen.* p. 24. — *Comment.* p. 21. — Saponaria a Smegmanthe. Fenzl in Endlicher *gen.* p. 972. — Gypsophilae spec. Sibth. *Fl. graec.* t. 387. 388.

Calyx ebracteolatus, cylindricus v. ellipsoideo-oblongus v. clavato-campanulatus, quinquedentatus. Petala 5, in aestivatione dextrorsum contorta: unguibus linearibus; laminis basi nudis v. appendiculatis. Stamina 10; alterna petalis opposita, unguiculorum basi haud adhaerentia. Ovarium uniloculare. Styli 2, florum nonnullorum interdum 3. Capsula unilocularis, apice duplo stylorum numero in dentes recurvatos dehiscens. Semina estrophiolata.

Sect. I. *Bootia*. Necker Delic. gallo-belg. I. p. 193. — Cymanthus Fenzl l. c.

Herbae perennes. Cymulae corymbiformes v. fasciculiformes, solitariae, terminales, v. plures thyrsoideo confertae.

1. *S. officinalis* (L. Sp. 584) floribus fasciculato-corymbosis calycibus cylindricis villosiusculis, petalis retusis coronatis, caule erecto, foliis elliptico-oblongis 3nerviis.

S. officinalis. Dec. *Prodr. I*, p. 365. — Fisch. *Livl.* p. 230. — Falk. *Beitr. II*,

p. 178. — GÜLD. *It. I*, p. 14. 110; *II*, p. 25. 163. 174. 177. 178. 210. 291. 312. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 288. — PALL. *Ind. Taur.* — BÖBER in PALL. *n nord. Beitr. VI*, p. 260. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 969. — M. a BIEB *Fl. t. c. I*, p. 322. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 131. — MART. *Fl. mosq.* p. 76. — BESSER. *Enum.* p. 16. Nr. 502. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 31. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 212. — EICHW. *Skizze.* p. 171. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p 259. — WEINM. *Fl. petrop.* p. 45. — FLEISCHER et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 155. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 75.

S. vulgaris. PALL. *It. III*, p. 655.

S. nervosa. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 163. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 302.

Bootia vulgaris. NECKER l. c.

Lychnis sylvestris, quae Saponaria dicitur. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 70

Hab. in Rossia media [Petropoli (WEINM.), Livonia (FISCH.). Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), gub. Twer (GÜLD.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN), Orenburg (CLAUS)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW), Ucrania (GÜLD., BÖBER), gub. Jekaterinoslaw inque terra Cosaccorum (GÜLD.), ad Tanain (GÜLD., HENNING) et Wolgam (FALK., CLAUS), pr. Zarizyn (PALL.)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [promontor. Caucasi occid. alt. 300—500 hexap. (C. A. MEYER), m. Beschtau (GÜLD.), Mingrelia (KOCH *in litt.*), Kachetia! (HOHENACK. *pl. exsicc.*)] inque Sibiria uralensi pr. Jekaterinenburg (USPENSKI). ♃.

2. *S. glutinosa* (M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 322; *III*, p. 297) floribus fasciculato-corymbosis, calycibus cylindricis elongatis glanduloso-hirsutis, petalis emarginatis coronatis, caule erecto glanduloso-hirsuto, foliis plus minus hirsutis; caulinis ellipticis 3—5nerviis; radicalibus subspathulatis.

S. glutinosa. DEC. *Prodr. I*, p. 365.

Silene Armeria. PALL. *Ind. Taur.* (ex M. a BIEB.).

Hab. in Tauria! (PALL., M. a BIEB.) inque provinciis transcaucasicis occident. versus fines turcicas! (NORDMANN). ♃. (☉ ex M. a BIEB.).

3. *S. holopetala*: floribus fasciculato-corymbosis, calycibus cylindricis glanduloso-hirsutis; fructiferis ellipticis, petalis integerrimis fauce nudis, caulibus erectis v. adscendentibus hirsutis, foliis spathulatis acutis enerviis supra glabriusculis subtus caulibusque hirsutiusculis.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (NORDMANN). ♃.

S. ocymoïdi proxima sed diversa: caule robustiore, foliis acutioribus crassioribus, floribus magis confertis, corollis duplo minoribus, petalis fauce nudis: laminis integerrimis apice rotundatis. — Tota planta purpurascens.

Sect. II. *Proteinia.* FENZL l. c Herbae annuae, a basi dichotome ramosae v. ultra medium dichotome paniculatae: dichotomiis foliosis. Flores alares; superiores axillares, plerumque minuti.

4. *S. orientalis* (L. Sp. 585) caule dichotomo apice calycibusque solitariis cylindraceis glanduloso-pilosis, basi foliisque spathulatis oblongisve glabris, dentibus calycinis lanceolatis acuminatis, petalis fauce nudis: laminae semibifidae lobis acutis, capsulae dentibus rectis.

S. orientalis. DECAND. *Prodr. I*, p. 366. — C. A. MEYER. *Ind. cauc* p. 212. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 161.

Hab. in provinc. Talüsch tractu Suwant! alt 670 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACKER). ☉.

5. *S. viscosa* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 212) tota glanduloso-pilosa, caule dichotomo: ramis abbreviatis coarctatis, foliis lanceolatis, calycibus solitariis cylindraceis: dentibus triangularibus acutis, petalis fauce nudis: laminae semibifidae lobis truncatis, capsulae dentibus rectis.

S. viscosa. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 161.

Hab. in provincia Talüsch pr. Suwant! alt. 670 hexap. (C. A. MEYER) et Tatuni! (HOHENACK.), in Armeniae prov. Nachitschewan! (SZOVITS ex STEVEN *in herb. Zeyheri*). ☉.

Affinis S. orientali, sed tota superficie undique pilis copiosis simplicibus glandulosisve obtecta, ramis ramulisque abbreviatis coarctatis, foliis longioribus angustioribusque, dentibus calycinis multo brevioribus latitudine vix longioribus et petalorum lobis obtusis, quasi truncatis, satis distincta (C. A. MEYER l. c.).

6. *S. cerastoides* (FISCH. *in litt.* ex C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 212) foliis obovatis suborbiculatisve obtusis cauleque (basi) glaberrimis glaucis, paniculis corymbosis terminalibus dichotomis, pedicellis calycibusque oblongis glanduloso-pilosis, dentibus calycinis subovatis obtusis, petalis fauce nudis: laminae bifidae lobis linearibus obtusis, capsulae dentibus revolutis.

S. cerastoides. FISCH. et MEYER. *Ind. I. sem. h. petropol.* (1835) p. 37.

Hab. pr. Lenkoran (C. A. MEYER) et „ad pontum Euximum" (FISCH. et MEYER). ☉. — Vidi cultam.

140. Vaccaria. MEDIKUS.

Philosoph. bot. I, p. 96. — ENDLICHER. *gen.* p. 972. — Saponariae Sect. I. DEC. *Prodr. I*, p. 365.

Calyx ebracteolatus, ovoideo-pyramidatus, pentagonus, quinquedentatus, fructifer maximus, faciebus intrusis prismatico-quinquealatus. Petala 5, in aestivatione dextrorsum contorta: unguibus linearibus; laminis obovatis, denticulatis, basi nudis. Stamina 10; alterna, petalis opposita, unguiculorum basi haud adhaerentia. Ovarium basi 2- rarissime 3-loculare, septis infra columellae centralis apicem abrupte desinentibus superne uniloculare: loculis semisepto parietali incomplete bilocellatis. Styli 2 v. rarissime 3. Capsula basi incomplete 4-locularis, apice dentibus 4 v. 6 dehiscens.

1. *V. vulgaris* (HOST. *Fl. austr. I*, p. 518) floribus laxe corymbosis, calycibus glabris, foliis ovatis basi cuneatis.

Saponaria Vaccaria. L. Sp. 585. — DEC. *Prodr. I*, p. 365. — PALL. *Ind. Taur.* — SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 363. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 969. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 322; *III*, p. 297. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 131. — BESSER. *Enum.* p. 16. Nr. 503. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 132. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 312. — EICHW. *casp. cauc.* p. 24. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 161. — C. A. MEYER et BONGARD. *Suppl. Fl. alt.* p. 15. Nr. 47. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 143.

Saponaria perfoliata. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 163. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 302.

Gypsophila Vaccaria. SM. in SIBTH. *Fl. graec.* t. 380. — EICHW. *Skizze.* p. 171. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 231.

Lychnis segetum rubra foliis Perfoliatae. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 70.

Hab. in Rossia media [Lithuania (Gilib., Jundz.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Eichw.)] et australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), Ucrania (Andrz. ex Besser)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [hinc inde inter segetes (C. A. Meyer), Iberia et Mingrelia (Eichw.), territor. Elisabethpol! (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), provinc. Talüsch tract. Suwant, alt. 666 hexap. (Hohenack.)] inque Sibiria altaica pr. Semipalatinsk (Karel et Kiril.) et in deserto soongoro-kirghisico! (Sievers, Fl. alt., Bunge *pl. exs.*). ⊙.

141. Silene. L.

Otth in Dec. *Prodr. I*, p. 367. — Ledeb. *Fl alt. II*, p. 138. — Koch. *Syn.* p. 100. — Meisn. *gen.* p. 24. — *Comment.* p. 21. — Endlicher. *gen.* p. 973. — Saponariae Sect. II. Silenanthe. Fenzl. in Endlicher. *gen.* p. 972 (ex Fenzl *in litt.*).

Calyx ebracteolatus, 5dentatus v. 5fidus. Petala 5, per aestivationem tam dextrorsum, quam simistrorsum contorta: laminis nudis v. appendiculatis. Stamina 10; alterna, petalis opposita, unguiculis plus minusve manifeste basi adhaerentia. Ovarium nunc (rarissime) perfecte uniloculare, nunc basi 3- (florum nonnulorum 4-, rarissime 2- v. 5-) loculare, superne sotum uniloculare. Styli 3, florum pauciorum 4 v. rarissime 2 v. 5. Capsula nunc unilocularis, nunc basi plus minus distincte 3- v. 2—5locularis, apice in dentes duplo stylorum numero dehiscens.

Sect. I. *Nanosilene.* Otth l. c. Caules fere nulli. Calyx subinflatus. Pedunculi uniflori. Capsula basi 3locularis. — Saponariae Sect. II. *b.* Silenanthe. Fenzl in Endl. *gen.* p. 972.

1. *S. acaulis* (L. Sp. 603) caulibus densissime caespitosis, foliis linearibus, floribus terminalibus solitariis, pedunculis calycibusque campanulatis decemstriatis aveniis glabris: dentibus ovatis obtusis retusisve, petalis obovatis leviter emarginatis coronatis, capsula cylindrica calyce duplo longiore: dentibus demum recurvatis.

S. acaulis. Dec. *Prodr. I*, p. 367. — Lepech. *It. III*, p. 65. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 122. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 44. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 39. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 195. — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 122. — Hooker *Fl. bor. amer. I*, p. 87. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 173.
Cucubalus acaulis. Gorter. *Fl. ingr.* p. 70?

Hab. in Rossia arctica [Lapponia! (Wahlenb., Prytz., Fellm., Schrenk *pl. exs.*), territor. Kola! (Fellm.), pr. Nowaja-Semlja! (Lehmann *pl. exsicc.*), terrae Samojedarum reg. arctica! (Schrenk)] et media [Ingria? („unicum specimen in Ingria lectum" Gorter)], in Sibiria uralensi ad fl. Tura in Tobol defluentem (Lepech.), ad sinum St. Laurentii terrae Tschuktschorum! (Chamiss., Eschsch.), in insulis St. Georgii, St. Laurentii! et Unalaschka! (Chamiss., Eschsch.), in America arctica ad fretum Beeringianum (Hook.), ad sinum Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn.). ♃.

Sect. II. *Behenanthe.* Otth l. c. Flores solitarii v. paniculati. Calyx vesiculoso-inflatus. Capsula basi 3locularis.

2. *S. fimbriata* (Sims *bot. mag.* t. 980) piloso-pubescens, panicula terminali dichotoma, floribus alaribus terminalibusque, calycibus inflatis reticulato-venosis piloso-pubescentibus; fructiferis campanulatis: dentibus triangularibus acutis, petalorum laminis multifidis ad faucem coronatis, foliis caulinis ovatis; radicalibus ovato-ellipticis, caule erecto.

S. fimbriata. Dec. *Prodr. I*, p. 367. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 213. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 29. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233.
Cucubalus fimbriatus. Güldenst. *It. II*, p. 24. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 333. 428; *III*, p. 303.
Cucubalus multifidus. Adam. ap. Weber et Mohr. *Beitr. I*, p. 57. Nr. 24. — Hoffm. *hort. mosq.* (1808) Nr. 1082. — Willd. *herb.* Nr. 8584.
Lychnis Behen albo similis, major, perfoliata. Buxb. *Cent. III*, p. 31. t. 57.
Hab. in provinciis caucasicis [promontor. Caucasi (C. A. Meyer), pr. Narzana (M. a Bieb.), ad m. Beschtau (Güldenst., M. a Bieb. — alt. 250—500 hexap. C. A. Meyer), alp. Kaischaur (M. a Bieb.), Iberia! (Adam, Wilhelms), Somchetia! (Eichw.), territor. Elisabethpol (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), m. Ararat! (herb. Willd.)]. ♃.

3. *S. lacera* (Sims *bot. mag.* t. 2255) panicula terminali dichotoma, floribus alaribus terminalibusque, calycibus inflatis reticulato-venosis tuberculato-pilosis; fructiferis campanulatis: dentibus triangularibus acutis, petalorum laminis multifidis ad faucem coronatis; foliis puberulis; radicalibus longe petiolatis subspathulatis subcordatisve supremis cordato-lanceolatis; caulibus adscendentibus tuberculato-pilosis.

S. lacera. Dec. *Prodr. I*, p. 367. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 213.
Cucubalus lacerus. Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III.* p. 262. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 303.
Hab. in provinciis caucasicis [locis lapidosis ad torrentem Terek, alt. 950 hexap.! (C. A. Meyer), Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*), inter fragmina schisti alpestrium Caucasi orientalis ad rivum Chodjal, circa pagum Chinalug (Steven, M. a Bieb.), reg. alp. alt. 1400 hexap. (C. A. Meyer), Armenia (Koch *in litt.*)]. ⊙. v. ⊙.
An var. praecedentis, e loco natali orta?

4. *S. inflata* (Smith. *Fl. brit. II*, p. 467) panicula terminali dichotoma, floribus alaribus terminalibusque, calycibus ellipticis inflatis reticulato-venosis: dentibus lato-ovatis acutis; fructiferi erectis v. incurvatis, petalorum laminis bipartitis bituberculatis, capsula subglobosa calyce minore, foliis ellipticis lanceolatisve v. oblongo-linearibus, caulibus adscendentibus v. erectis.

S. inflata. Dec. *Prodr. I*, p. 368. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 521. (c. var. petalis roseis, caule altiore). — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 31. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 138. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 213. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 194. — Eichw. *Skizze.* p 172. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 233. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259 — Weinm. *Fl. petropol.* p. 48 (c. var. angustifolia). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nro. 217. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 163. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 157. — Wirzén. *Casan.* Nr. 77. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 149.
S. Behen. Wirzén. *Fenn.* p. 36.
Cucubalus Behen. L. Sp. 591. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 68. — Fisch. *Livl.* p. 232. — Lepech. *It. III*, p. 142. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Güld. *It. I*, p. 192; *II*, p. 164. 177. 178. 187. 208. 343. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 292. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 972. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 333. — Jundz. *Fl. lith.* p. 135. — Wahlenb. *Fl. lapp.* p. 121 (excl. var. β.). — Mart. *Fl. mosq.* p. 77. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 45. — Lucé. *Fl. osil.* p. 139. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 171.
Cucubalus venosus. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 165. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 303.
Lychnis sylvestris, quae Been album vulgo. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 70.
Lychnis (Cucubalus) calycibus subglobosis glabris reticulato-venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 136. Nr. 28.
Hab. in Rossia (Falk.) arctica [Lapponia (Wahlenb., Fellm., Wirzén), territ. Kola (Fellm.)], septentrionali [Fenn. (Prytz., Wirzén)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch et Lindem.), Lithuania (Gilib.,

JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN), Wiätka (LEPECH.), Simbirsk, Saratow et Orenburg (CLAUS), Slatoust (NESTEROFSKY)] et australi [pr. Kiew (GÜLD.), in Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania et gub. Jekaterinoslaw (GÜLDENST.), ad Tanain (HENNING)], in Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (GÜLD.), in herbidis totius Caucasi (M. a BIEB.; — alt. 400—1000 hexap. C. A. MEYER), territor Elisabethpol (HOHENACK.), m. Sarial! (HOHENACK. — forma singularis) Armenia (KOCH *in litt.*), m. Talüsch (C. A. MEYER; — alt. 333—833 hexap. HOHENACK.)] inque omni Sibiria (J. G. GMEL.) [uralensi (FALK.), altaica! (FL. ALT., KAREL. et KIRIL.), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), baikalensi! (TURCZ., KRUHSE *pl. exsicc.*), orientali pr. Kirensk! (KRUHSE *pl. exsicc.*)], Davuria! (TURCZ., FISCH. *pl. exs.*). ♃.

Variat magnitudine totius plantae, foliis latioribus et angustioribus, superficie glabra v., praesertim in parte inferiore, plus minusve pubescenti-pilosa, laevi v. punctis minutis verrucaeformibus adspersa, foliis margine integerrimis v. serrulato-ciliatis, panicula multiflora ampla v. pauci- (3—1-) flora, floribus majoribus v. minoribus, plerumque albis rarius rubedine suffusis. Duae formae prae caeteris insignes:

1) foliis fere omnibus radicalibus crassis subcarnosis glaucis exacte spathulatis mucronatis glabris margine cartilagineo dentato-ciliatis; caulinis paucis oblongis acuminatis integerrimis, caulibus subdichotomis, floribus minoribus. — Legi in Tauria inter Sudak et Uskiut!

2) foliis e basi subcordata ovato-ellipticis acuminatis integerrimis glaberrimis membranaceis utrinque, subtus magis, glaucis. — In sylvaticis m. Sarial territorii Elisabethpol! (HOHENACK.).

5. *S. saponariaefolia* (SCHOTT *jun. monogr.* SILEN. *ined.* ex BESSER) panicula bipartita subdichotoma: ramis primariis elongatis: ramulorum altero elongato; altero abbreviato v. abortiente, floribus alaribus terminalibusque, calycibus ellipticis inflatis reticulato-venosis: dentibus ovatis obtusis; fructiferi erectis, petalorum laminis profunde bipartitis fauce bidentatis, capsula ovato-elliptica carpophoro 3—4plo longiore calycem superante, foliis amplexicaulibus ellipticis oblongisve, caule erecto.

S. saponariaefolia. BESSER. *Enum.* p. 46. Nr. 1414. — EICHW. *Skizze.* p. 172. — LANG et SZOVITS. *Herb. ruth. Cent. I*, Nr. 81.

Hab. in Rossia australi [Podolia pr. Jaorlik et ad Tyram! (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), pr. Odessa! (LANG et SZOVITS), inque Iberia! (WILHELMS *pl. exs.*). ♃.

6. *S. maritima* (WITHER. *bot. arrang.* p. 414) floribus subsolitariis terminalibus, calycibus ellipticis inflatis reticulato-venosis: dentibus lato-ovatis obtusiusculis: fructiferi erectis v. incurvatis, petalorum laminis bipartitis coronatis lato-obovatis diametro transversali longitudinem subaequante, capsula ventricosa subglobosa (SMITH) calyce minore, foliis oblongis v. oblongo-spathulatis, caulibus prostratis sempervirentibus glabris.

Cucubalus maritimus. PRYTZ. *Fl fenn. breviar.* p. 45.
Cucubalus Behen β. maritimus. WAHLENB. *Fl. lappon.* p. 121.

Hab. in Rossia media [in ripis maritimis arenosis Fenniae (PRYTZ.)]. ♃.

Affinis S. inflatae, sed notis indicatis differre videtur. — Sub nom. S. Csereii (HOST. *Fl. austr. I*, p. 531) et Cucubali macrophylli in hortis venit.

7. *S. procumbens* (Murr. *Comment. goelting. VII.* [p. a. 1784 et 1785] p. 83. t. 2) floribus axillaribus terminalibusque solitariis, pedunculis florem subaequantibus, calycibus cylindrico campanulatis inflatis hirsutiusculis sub 10striatis obscure reticulato-venosis: dentibus ovatis obtusis, petalorum laminis leviter acute emarginatis, fauce coronatis, foliis anguste oblongis acutis cauleque laxo procumbente ramoso pubescenti-scabriusculis.

S. procumbens. Dec. *Prodr. I*, p. 369. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 139. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Wirzén. *Casan.* Nr. 78. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 150.

Hab. in Rossia media [Kasan (Wirzén), Orenburg (Claus)] et Sibiriae altaicae desertis barabensi! et soongoro-kirghisici! (Fl. alt.), pr. Semipalatinsk (Karel. et Kiril.). ♃.

8. *S. stenophylla*: floribus solitariis terminalibus erectis, calycibus ellipticis inflatis 10striatis: dentibus ovatis, petalorum laminis obovatis integerrimis fauce nudis, capsula . . . ., foliis radicalibus sublinearibus acutis ciliatis versus apicem parum dilatatis; caulinis connato-vaginatis ex ovata basi linearibus densius longiusque ciliatis, caulibus erectis foliis radicalibus subduplo longioribus.

Hab. in Sibiria! (Tilesius). ♃.

Caules plures, 3—4pollicares, erecti, uniflori, cum foliorum sterilium fasciculis in caespitem aggregati. Folia linearia; radicalia nonnulla subspathulata. Flores, quam S. Pumilionis minores. Calyx 10striatus, nec reticulato-venosus, glaber: dentibus subinaequalibus; angustioribus acutis; latioribus obtusis. Petala margine integerrima videntur alba. Media quasi inter hanc sectionem et primam, ob caulem vero elongatum huic associanda. S. Pumilioni affinis, a qua differt, praeter caulem elongatum, foliis longioribus, angustioribus, basin versus magis angustatis, longius ciliatis, membranaceis nec crassiusculis; floribus minoribus; calycibus 10striatis nec reticulato-venosis, glaberrimis nec hirsutis; petalis integerrimis.

9. *S. paucifolia*: floribus erectis in racemum terminalem simplicem dispositis, calycibus ellipticis vesiculoso-inflatis 10striatis glabris: dentibus ovatis rotundatis, petalis fauce nudis (?): laminis bipartitis: laciniis obovatis; unguibus glaberrimis, foliis parce ciliatis; radicalibus oblongo-linearibus in petiolum longiusculum attenuatis caulinisque linearibus basi dilatato-amplexicaulibus, caule erecto.

Cucubalus strictus. Willd. *herb.* Nr. 8590. fol. 2.
Saponaria lutea? Pall. *in herb.* Willd. *l. c.*
Saponaria alpina. Pall. *It. III*, p. 34?

Hab. in Sibiriae arcticae arenosis ad Oceanum glacialem! (Pallas *in herb.* Willd., Sujew ex Pall.?). ♃.

Caules 3½poll. altus, strictus, glaberrimus. Folia radicalia pauca; caulinorum par alterum infra medium caulis, alterum flores suffulciens. Racemus pauciflorus confertus. Bracteae margine lanato-ciliatae. Calyx vesiculoso-inflatus, diametro transversali longitudinem dimidiam superante, tenuissime membranaceus 10striatus non reticulato-venosus. — Ab antecedente differt floribus racemosis nec solitariis, calyce magis inflato: dentibus omnibus rotundatis, petalorum laminis bipartitis; a subsequente, cui magis affinis: caule calycibusque glabris, nec

glanduloso-pilosis, floribus magis confertis, petalorum unguibus ex toto glabris. — Ad formes brevicaules S. graminifoliae proxime accedit, sed flores majores, petalorum laminae laciniae obovatae, calyx longe amplior, racemus abbreviatus confertus et habitus alienus. — An cum illa conjungenda?

10. *S. turgida* (M. a Bieb. *herb.* ex Bunge. *Enum. alt.* p. 23) floribus paucis solitariis v. racemoso-subpaniculatis, calycibus demum erectis campanulato-inflatis glanduloso-pilosiusculis 10striatis: dentibus rotundatis, petalis fauce coronatis: laminis bipartitis: laciniis oblongis; unguibus apice dilatatis glabris caeterum staminibusque villosis, foliis sublinearibus acutissimis basi villoso-ciliatis caeterum glabris, caulibus caespitosis adscendentibus, radice crassa lignosa.

S. altaica. Otth in Dec. *Prodr. I*, p. 374 (non Pers.; — excl. etiam Cucubalo fruticuloso. Gmel. *Syst. nat.* ed. 13. *I*, p. 713. ob syn. Pall.).
S. graminifolia. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 143 (excl. syn. Otth. in Dec. *Prodr. I*, p. 368). — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 138.
Cucubalus saxifragus. Schangin *herb.* (ex Bunge; — non L.).
Hab. in Rossia arctica (terra Samojedarum (Schrenk *in litt.*)] et Sibiriae altaicae rupestribus! (Fl. alt.). ♃.

11. *S. graminifolia* (Otth in Dec. *Prodr. I*, p. 368) floribus in racemo glabro oppositis, calycibus erectis ellipticis ventricosis glaberrimis 10striatis: dentibus rotundatis, petalis fauce coronatis v nudiusculis: laminis bipartitis: laciniis oblongis linearibusve; unguibus ciliatis glabrisve, foliis oblongo-linearibus linearibusve basi ciliatis caeterum glabris pubescentibusve, caulibus caespitosis erectis strictis subviscidulis plus minusve foliosis.

α. grandiflora: petalorum unguibus ciliatis v. glabris, floribus majoribus.
a. unguibus ciliatis.
S. graminifolia. Otth l. c. — Bunge. *Enum. alt.* p. 22. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 154.
S. stylosa. *β.* alpicola. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 144. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 160.
S. sajanensis. Lessing *in herb. reg. berol.*
Cucubalus sibiricus. Willd. *herb.* Nr. 8589. fol. 1 (et 2?).
Cucubalus strictus. Willd. *herb.* Nr. 8590. fol. 8.
Hab. in alpestribus montium altaicorum! (Fl. alt.) et Sajanensium! (Lessing). ♃.
b. unguibus glabris.
† foliis basi ciliatis caeterum glabris.
S. viscaginoides. Hornem. *h. hafn. Suppl.* p. 49. — Otth in Dec. *Prodr. I*, p. 368. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 39.
S. Jenisea. Poir. *Encycl. méth. Suppl. V*, p. 154. — Stephan *msc. in herb. acad. petropol.* (ex Bunge).
S. jeniseensis. Willd. *Enum. h. berol.* p. 473 (an potius, ob folia subcarnosa, ad S. turgidam revocanda ?). — Dec. *Prodr. I*, p. 374.
S. tenuis. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 218. c. varr. (eandem esse ac S. jeniseensis consent. Turcz. *in litt.*).
S. chamarensis. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 220.
S. baikalensis. Turcz. msc. cum varr. intermedia, parviflora et setifolia.
Lychnis (Silene) foliis ex lineari-lanceolatis, calycibus glaberrimis inflatis striatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 141. Nr. 35.
Hab. Werchoturiae et alibi in Sibiria (J. G. Gmel.) [altaica ad Jeniseam (Willd.), pr. Krasnojark! (Turcz. *in litt.*), in montosis,

subalpinis et alpinis Baikalensibus! (TURCZ., SCHTSCHUKIN) et Sibiriae orientalis pr. Olekminsk! (KRUHSE *pl. exs.*)] inque Davuria! (TURCZ., HORNEM., FRISCH. *pl. exs.*). ♃.

Variat caule elongato polyphyllo et abbreviato oligophyllo, plus minus viscoso, foliis latioribus et angustioribus, floribus majoribus et minoribus.

†† foliis plus minus pubescenti-pilosis.

S. dasyphylla. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 219.

Hab. in Sibiriae baikalensis alpe Nuchu-Daban! (TURCZ.). ♃.

β. parviflora: petalorum unguibus ciliatis, floribus minoribus.

S. tenuis. POIRET. *Encycl. méth. Suppl. V*, p. 154? — WILLD. *Enum. h. berol.* p. 474. — DEC. *Prodr. I*, p. 378. — BUNGE. *Enum. alt* p. 22 (Petalorum faux coronata ex WILLD.; nudiuscula ex BUNGE). — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 155.

S. bupleuroides. SCHANG. *msc. in herb. acad. petropol.* (ex BUNGE).

S. stylosa *α.* rupicola. LEDEB. *Fl. alt II*, p. 144.

Cucubalus dauricus. PALL. *in herb acad. petropol.* (ex BUNGE).

Hab. in alpestribus montium altaicorum! (FL. ALT.), in alp. Narym. (KAREL. et KIRIL.), in ripa lapidosa fl. Katunja, loco Korketschu dicto, ad trajectum! (BUNGE), Sibiria baikalensi (WILLD.) et Davuria (PALL. *in herb. acad. petropol.* ex BUNGE). ♃.

Vix dubito, hanc esse S. amoenam L. SP. ed. 1, quam postea in ed. 2 cum alia specie confudisse videtur.

12. *S. lychnidea* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 213) glabra, caulibus 1—2floris, floribus pedunculatis subnutantibus, calycibus campanulatis glanduloso-pubescentibus, petalis fauce coronatis: laminis bifidis: laciniis obtusis; unguibus ciliatis, foliis acutis margine pubescentibus; radicalibus lineari-oblongis; caulinis paucis linearibus, caulibus erectis simplicissimis.

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis, in glareosis ad rivulorum margines, alt. 1250 hexap. (C. A. MEYER). ♃.

Species omnino distincta, habitu et calycibus ad Lychnidem apetalam accedens; a S. graminifolia, praeter alias notas, etiam calycibus herbaceis (in illa hyalinis), minus inflatis distincta. — Filamenta cum stylis glabra. Anthophorum breve. C. A. MEYER l. c.

13. *S. repens* (PATRIN. in PERS. *Syn. I*, p. 500) floribus racemoso-paniculatis, pedunculis axillaribus oppositis 1—5floris, calycibus cylindraceo-clavatis inflatis 10striatis pubescenti-villosis: dentibus obtusiusculis, petalis coronatis: laminis bifidis: laciniis oblongis obtusis; unguibus glabris, foliis anguste oblongis acutis caulibusque e radice longe repente pluribus erectis simplicibus ramosisve plus minus pubescenti-scabris.

S. repens. DEC. *Prodr. I*, p. 379. — LEDEB. *Fl. alt. II*. p. 150. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 425. — EICHW. *casp. cauc.* p. 31. — LESSING *in Linnaea IX*, p. 153. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 23. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 223. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 159.

S. Gypsophila. DESF. *Cat. h. paris.* 184. — DEC. *Prodr. I*, p. 369. — CHAM. et SCHLECHT. *in Linnaea I*, p. 39. — ERMAN. *Catal.* Nr. 119.

S. sobolifera. SCHOTT *ined. et hortulan.* (ex CHAM. et SCHLECHT.).

S. ssojutica. LESSING *in herb. reg. berol.* (var. minus pubescens, foliis angustioribus).

Cucubalus congestus. WILLD. *herb.* Nr. 8591.

Hab. in Rossia media [Slatoust (NESTEROFSKY)] provinciis caucasicis (WITTMANN), [Armenia (KOCH *in litt.*) ad lacum Goktschai (EICHW.)] inque Sibiria

(PATIN) [in latere orientali mont. ural. (LESSING), altaica! (FL. ALT.), in pratensibus ad fl. Irtysch inque deserto soongoro-kirghisico ad rivulum Bugas (KAREL. et KIRIL.), in mont. Ssojuticis! (LESSING *in herb. reg. berol.* — var. supra indicata), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), baikalensi! (TURCZ., SCHTSCHUKIN, KRUHSE)], Davuria! (TURCZ.) ad Schilka fl.! (var. latifolia — TURCZ.), in Sibiria orientali (REDOWSKY ex CHAMISSO et SCHLECHTEND.), pr. Wilnisk! et Jakutzk! (KRUHSE *pl. exs.*) et Kamtschatka! (ESCHSCHOLTZ). ♃.

14. *S. spergulaefolia* (M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 305) floribus confertim racemoso-paniculatis, pedunculis axillaribus oppositis 1-plurifloris, calycibus villosis 10striatis sulcatis inflatis oblongis; fructiferis lato-ellipticis apice constrictis: dentibus abbreviatis obtusis, petalis coronatis: laminis bifidis; unguibus ciliatis, capsulis ovoideo-conicis, foliis lato-lineari- v. lineari-subulatis patenti-recurvatis caulibusque ramosis subincanis hirsuto-asperis.

S. spergulaefolia. DEC. *Prodr. I*, p. 369. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 213. — EICHW. *casp. cauc.* p. 28. 30. 31. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 163.

S. polyphylla. M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 338 (excl. syn.).

Hab. in provinciis caucasicis in collibus siccis circa Tiflis! (M. a BIEBERST., WILHEMS), in Kachetia, Somchetia! et Armenia! (EICHW.), territorio Elisabethpol (HOHENACK.), prov. Talüsch tractu Suwant!, alt. 500—700 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ♃.

Sect. III. *Otites*. OTTH. l. c. — ENDLICHER. *gen.* p. 973 (excl. Bootia NECKER ex FENZL. *in litt.*). Flores verticillato-spicati. Capsula basi trilocularis.

15. *S. Otites* (SM. *Fl. brit. II*, p. 459) paniculae ramis oppositis verticillato-spicatis, verticillis multifloris, floribus erectis, calycibus tubuloso-campanulatis: dentibus obtusis; petalis linearibus vel subspathulatis indivisis fauce nudis, carpophoro brevissimo subnullo, foliis inferioribus spathulato-oblongis pubescenti-scabris.

α. panicula, pedunculis calycibusque glabris.

a. racemo verticillato simplici aut panicula subramosa: ramis abbreviatis.

S. Otites. DEC. *Prodr. I*, p. 369. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 137. — BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 520. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 140. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 213. — EICHW. *Skizze.* p. 172. — Ej. *casp. cauc.* p. 6. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — LESSING *in Linnaea IV*, p. 163. 172. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 258. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 163. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 79. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 151.

S. densiflora D'URVILL. *Enum.* p. 48.

Cucubalus Otites. L. Sp. 594. — PALL. *It. II*, p. 43. 184. 196. 262; *II*, p. 474; *III*, p. 537. 654. — GEORGI. *It. II*, p. 713. — LEPECH. *It. I*, p. 219; *III*, p. 73. 167. — FISCH. *Lirl. Zus.* p. 118. — FALK. *Beitr. II*, p. 179. — GÜLD. *It. I*, p. 192; *II*, p. 163. 173. 178. 179. 187. 210. — PALL. *Ind. Taur.* — BÖBER in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 260. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 973. — CLARKE. *Trav. I*, p. 213. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 335. — EICHW. *casp. cauc.* p. 26. — WEINMANN. *Tambow.* Nr. 65.

Cucubalus dioicus et hermaphroditus. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 167. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 304. 305.

Lychnis viscosa flore muscoso. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 70?

Lychnis (Cucubalus) floribus dioicis, petalis linearibus indivisis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 141. Nr. 36.

b. panicula decomposita v. supradecomposita: ramis inferioribus elongatis.

S. wolgensis. SPRENG. *Ind. sem. h. halas.* (1828) p. 6. — OTTH in DEC. *Prodr. I*, p. 370. — SPRENG. *Syst. Veg. II*, p. 413. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 140. — EICHW. *casp. cauc.* p. 45. — CLAUS. *Ind. des.* in GÖBEL. *It. II*, p. 258. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 152.

S. effusa. OTTH in DEC. *Prodr. I*, p. 370.

S. Pseudo-Otites. BESSER (fide plant. enat. e sem. a clar. auct. commun.).

Cucubalus dioicus. S. G. GMEL. *It. I*, p. 125.

Cucubalus wolgensis. WILLD. *Enum. h. berol. suppl.* p. 24.

Cucubalus effusus. FISCHER *in litt.* (ex OTTH l. c.). — WILLD. *herb.* Nr. 8596.

Viscago wolgensis. HORNEM. *h. hafn suppl.* p. 48.

Hab. in Rossia media [Livonia! (FISCH., C. A. MEYER), Lithuania (GILIBERT, JUNDZ., EICHW.), Warsawia (EKNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Nowgorod (LESSING), Mosqua (FALK.). Wologda (LEPECH.), Tambow (WEINM.), Nishnii-Nowgorod (PALLAS), Woronesch (CLARKE), Pensa (FALK.), Kasan (WIRZÉN), Simbirsk (PALL.), Orenburg (PALL., FALK.), pr. Ufa (GEORGI) et Slatoust (NESTEROFSKY)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania (GÜLDENST., BÖBER,) gub. Cherson (EICHW.), Jekaterinoslaw et terra Cosaccorum (GÜLDENST.), pr. Taganrog! (ELSINGK *pl. exs.*), ad Tanain (S. G. GMEL., HENNING) et Wolgam (S. G. GMEL.), pr. Zarizyn (PALL.), Saratow (LEPECH.) et Astrachan! (BLUM *pl. exs.*), in des. caspio (PALL., CLAUS)], Tauria (PALL., M. a BIEB., D'URV.) et provinc. caucasicis (M. a BIEB.) [ad fl. Terek (GÜLDENST.), in promont. caucas. alt. 300—400 hexap. (C. A. MEYER), in Iberia! (WILHELMS), Kachetia et Somchetia (EICHW.), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), ad m. casp. pr. Tarki, Derbend (EICHW.) et Baku (C. A. MEYER, EICHW.), in provinc. Talüsch, alt. 700 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ad litt. orient. m. caspii! (KAREL.) inque omni Sibiria (J. G. GMEL.) [Ural! (LEPECH., LESSING), ad fl. Irtysch (PALL.), Altai! (FL. ALT.), in arenosis ad fl. Irtisch et pr. Semipalatinsk (KAREL. et KIRIL.), pr. Krasnojarsk (TURCZ.) inque reg. orientali circa Wiluisk!, Olekminsk! et Jakutzk! (KRUHSE *pl. exs.*). ♃.

β. panicula, pedunculis calycibusque pubescenti-scabris.

S. parviflora. PERS. *Syn. I*, p. 497. — DEC. *Prodr. I*, p. 370. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 214. — Ej. et BONGARD. *Suppl. Fl. alt.* p. 16. Nr. 49.

Cucubalus parviflorus. EHRH. *Beitr. VII*, p. 143.

Hab. in Rossia media [gub. Pensa! (JACQUET *pl. exs.*)] et australi [Podolia!, gub. Cherson!] inque promontor. Caucasi occid. versus rivulum Kassaut alt. 800 hexap. (C. A. MEYER). ♃.

16. ***S. sibirica*** (PERS. *Syn. I*, p. 497) **floribus subverticillato-paniculatis erectis, calycibus clavatis supra medium ampliatis subinflatis 10striatis glabriusculis: dentibus acutiusculis, petalis spathulato-oblongis subemarginatis, carpophoro glaberrimo elongato foliis oblongo-linearibus brevissime ciliatis cauleque subramoso pubescenti-scabris glabrisve.**

S. sibirica. DEC. *Prodr. I*, p. 370. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 141. — EICHWALD. *Skizze.* p. 172.

Cucubalus sibiricus. L. SP. 592. — PALL. *It. II*, p. 329; *III*, p. 314. 319. — S. G. GMEL. *It. I*, p. 21; *II*. p. 196. — LEPECH. *It. I*, p. 240; *III*, p. 52. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 973.

Lychnis (Viscago) foliis imis petiolatis ovatis, floribus paniculatis, petalis emarginatis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 140. Nr. 34.

Hab. in Rossia media [Tula (S. G. GMEL.), Woronesch (J. G. GMEL.)] et australi [Podolia et gub. Cherson (EICHW.), ad Tanain (GÜLDENST. ex GEORGI) et Wolgam pr. Saratow (LEPECH.) et Astrachan (S. G. GMEL.), ad m. caspium pr. Gurjew (SOKOLOW ex PALL.)] inque Sibiria uralensi pr. Jekaterinenburg (J. G. GMEL.) et Werchoturia (LEPECH.), altaica! (FL. ALT.) et baikalensi pr. Irkutzk! (BLUM *pl. exs.*). ♃.

17. *S. holopetala* (Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 142) floribus in racemo terminali subsolitariis oppositis erectis polygamis, calycibus subclavatis 10striatis pubescentibus; fructiferis oblongis medio ampliatis: dentibus abbreviatis acutis, petalis lingulatis integerrimis fauce nudis, carpophoro abbreviato glabro, foliis oblongo-linearibus cauleque basi fruticuloso erecto ramoso pubescenti-scabris.

S. holopetala. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 163.

Hab. in deserto soongoro-kirghisico! (Fl. alt.). ♃.

18. *S. argentea*: incano-subsericea, floribus racemoso-paniculatis erectis, pedunculis solitariis oppositis 1—3floris, calycibus dense albo-villosis cylindrico-subclavatis estriatis: dentibus obtusis, petalis fauce nudis (?): laminis bipartitis: laciniis oblongis obtusis, carpophoro . . ., foliis oblongis acutis rigidis, caulibus erectis v. adscendentibus subsimplicibus.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ♃.

Caules subpedales v. breviores, erecti v. e basi obliqua adscendentes, stricti, simplices v. subinde fasciculos foliorum rarius in ramulum brevem elongatos ex axillis emittentes, a basi ad apicem, uti tota planta, incano-subsericei, in parte inferiore dense foliati. Folia oblonga, acuta v. acuminata, integerrima; inferiora versus basin attenuata, internodia aequantia v. superantia; superiora parum angustiora, internodiis duplo v. pluries breviora; subfloralia minuta, ovata, acuminata. Panicula racemosa, e pedunculis composita subtrifloris; inferioribus plerumque alternis, subinde 5floris; reliquis oppositis; supremis subinde unifloris. Calyx dense albo-villosus.

Quoad habitum proxime ad S. holopetalam accedit, sed superficie totius plantae, praesertim calycis et petalorum laminis bipartitis, nec integris, dignoscenda.

19. *S. Gebleriana* (Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 91) floribus racemoso-paniculatis erectis, pedunculis oppositis 3—5floris, calycibus puberulis clavato-subcylindricis: dentibus brevibus obtusis, petalis linearibus integerrimis, carpophoro pubescente capsula oblongo vix breviore, foliis lanceolatis (oblongis?) acutis cauleque erecto ramoso foliosissimo pube minuta scabris.

Hab. in ripa fl. Urdschar des. soongoro-kirghisici (Schrenk). ♃.

Planta habitu, pube, foliis atque inflorescentia S. sibiricae similis, sed calycibus cum carpophoro pubescente elongatis ab illa, sicut a S. holopetala satis distincta; a S. multiflora petalis diversa; S. Falconerianae Royle valde affinis, sed vix eadem. — Folia caulinis illis S. sibiricae longiora, 2½ poll. longa; ramea caulinis minora. Calyces quoad formam et magnitudinem S. multiflorae similes, sed pube brevi canescentes. Petala calyce sesquilongiora, viridula, linearia, obtusa, integerrima, atque glaberrima. Capsula (immatura) cum carpophoro ut in S. multiflora. Semina adhuc haud nota. Schrenk l. c.

20. *S. multiflora* (Pers. *Syn. I*, p. 497) floribus racemoso-paniculatis erectis pedunculis oppositis submultifloris abbreviatis, calycibus elongato-clavatis 10striatis glabris v. puberulis: dentibus rotundato-obtusis,

petalis fauce nudis bifidis: laciniis obovato-oblongis obtusis, carpophoro pubescente capsulam oblongam subaequante, foliis radicalibus subspathulatis caulinisque oblongo-linearibus cauleque simplici stricto elongato pubescenti-scabriusculis.

S. multiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 370. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 146. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 156

S iberica. Willd. *herb.* Nr. 8606. fol. 2.

Cucubalus multiflorus. W. et Kit. *pl. rar. Hung. I*, p. 56. t. 56.

Hab. in Rossia australi [deserto caspio circa mont. Bogdo! (Claus)] inque Sibiria altaica! (Fl. alt.), pr. Semipalatinsk (Karel. et Kiril.). ♃.

21. *S. odoratissima* (Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 148) floribus pedunculatis axillaribus subsolitariis oppositis subsecundis sub anthesi nutantibus demum erectis, calycibus clavato-cylindricis 10striatis glabris: dentibus rotundato-obtusis, petalis fauce nudis: laminis quadripartitis: laciniis lineari-oblongis obtusis, carpophoro puberulo capsula subduplo breviore, foliis omnibus oblongo-linearibus subciliatis cauleque erecto ramoso glabris.

S. odoratissima. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 396. — C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* p. 15. Nr. 48.

Hab. in deserto soongoro-kirghisico haud procul a lacu, qui Noor-Saisan vocatur! (Fl. alt.). ♃.

22. *S. elata* (Otth in Dec. *Prodr. I*, p. 370) glabra, caule longissimo virgato simplici, foliis caulinis paucis linearibus, radicalibus lanceolato-spathulatis, floribus interupte spicatis, verticillis 2—6floris, calycibus clavatis non striatis, petalis bipartitis (Otth).

S. chlorantha. Steven in litt. non Willd. (ex Otth l. c.).

Hab. in Tauria (Otth). ♃.

Species mihi valde dubia, a S. chlorantha forsan non diversa. E speciminibus duobus, quae, sub hoc nomine e museo Acad. petropol. commun., ad Wolgam lecta, in herb. reg. berol. asservantur, alterum ad S. multifloram Pers., alterum ad S. chloranthам Ehrh. pertinere videtur.

23. *S. ruthenica* (Otth. in Dec. *Prodr. I*, p. 370) caulibus repentibus ramosissimis, ramis oppositis erectis, foliis lineari-lanceolatis serrulatis, florum spica longissima, pedunculis calycem aequantibus, calycibus clavatis 10striatis, petalis bipartitis (Otth).

Hab in Rossia? (Otth) ♃. — Affinis S. sibiricae sed distinctissima. An S. tatarica? (Otth).

β pedunculata (Otth l. c.) pedunculis calycem multo superantibus; inferioribus ramosis.

Hab. in „Rossia et Volhynia" (Otth). ♃.

A cl. Eichwald (*Skisse.* p. 172) ad S. inflatam laudatur. — Mihi ignota.

24. *S. tatarica* (Pers. *Syn. I*, p. 497) floribus racemoso-paniculatis secundis sub anthesi in pedunculo erecto cernuis, pedunculis oppositis 1—3floris, calycibus subclavatis obsolete 10striatis glabris: dentibus ovatis acutis, petalis fauce nudis bifidis: laciniis oblongo-linearibus obtusis, capsula elliptica carpophoro puberulo triplo longiore, foliis

lineari-oblongis versus basin attenuatis margine serrulatis glabris, caule geniculis approximatis dense folioso parce piloso.

S. tatarica. Dec. *Prodr. I*, p. 370. — Güldenst. *It. I*, p. 192; *II*, p. 163. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 136. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 517. — Eichwald. *Skisse.* p. 172. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 48. — Wirzén. *Casan.* Nr. 80.

Cucubalus tataricus. L. Sp. 592. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 68. — Pall. *It. I*, p. 21. 37; *III*, p. 624. — Georgi. *It. I*, p. 215; *II*, p. 713. — Lepech. *It. III*, p. 144. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Güldenst. *It. I*, p. 110; *II*, p. 69. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 293. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 259. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 973. — Mart. *Fl. mosq.* p. 78. — Prytz *Fl. fenn. breviar.* p. 45. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 172.

Cucubalus secundus. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 168. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 305.

Lychnis (Cucubalus) petalis bipartitis, floribus secundis decumbentibus, pedunculis oppositis solitariis erectis, caulibus simplicissimis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 139. Nr. 33.

Hab. in Rossia (Falk.) arctica [Lapponia (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Livonia, Curonia circa Jacobstadt! (C. A. Meyer), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Wladimir (Pall.), inter Tula et Woronesch (Gerber, S. G. Gmel.), Wiätka (Lepech.), Kasan! (C. A. Meyer, Wirzén), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Ufa (Georgi)] et australi [Ucrania (Böber, Andrz. ex Besser), gub. Cherson, terra Cosaccorum (Güldenst.), ad Wolgam mediam (Claus) et inferiorem (Pall.)] in provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.), baikalensi (Georgi), pr. Irkutzk! (Blum *pl. exs.*) ♃.

25. *S. viscosa* (Pers. *Syn. I*, p. 497) **inferne subincano-villosa subviscosa, superne villoso-viscosissima, floribus racemoso-paniculatis, pedunculis oppositis axillaribus solitariis v. ternis 1—3floris, calycibus cylindrico-clavatis 10striatis villoso-viscosis: dentibus obtusis, petalis fauce nudis bifidis: laciniis obovatis rotundatis crenulatis, capsula elliptica carpophoro pubescente quadruplo longiore, foliis subnudulatis; radicalibus oblongis basi attenuatis; caulinis lanceolatis subconnato-amplexicaulibus, caule erecto stricto.**

S. viscosa. Dec. *Prodr. I*, p. 370. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 136. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 519. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 147. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 214. — Eichw. *Skisse.* p. 172. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. 30. 31. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 163. (cum variet. platypetala). — Wirzén. *Casan.* Nr. 81. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 157.

Cucubalus viscosus. L. Sp. 592. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 166. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 304. — Habl. *taur.* p. 145. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 333; *III*, p. 304. — Mart. *Fl. mosq.* p. 78. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 45.

Hab. in Rossia media [Fennia australi rarissime (Prytz.), Lithuania (Gilibert, Jundz.), Mosqua (Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén)] et australi [Kiew!, Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning), Wolgam mediam! (Claus), circa Astrachan! (M. a Bieb., Blum *pl. exs.*, Eichwald, Claus), Ural fl.! (Claus)], Tauria (Habl.) et provinc. caucasicis [promont. Caucasi occidentalis versus rivulum Kassaut alt. 800 hexap. (C. A. Meyer), in campestribus (M. a Bieb.), Iberia! (Wilhelms), Somchetia (Eichwald), provinc. Karabagh! (Hohenack. *pl. exs.*) et Talüsch alt. 680 hexap. (Hohenack.)] inque Sibiria altaica! (Fl. alt.) in deserto soongoro-kirghisico (Karel. et Kiril.). ⊙.

β. latifolius, floribus confertioribus.

Cucubalus Royeni. M. a Bieb. *casp.* p. 174. *app.* Nr. 44. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 973.

Hab. in campestribus Caucasi (M. a Bieb.). ⊙.

Sect. IV. ***Coniomorpha.*** **Otth l. c. Flores solitarii v. paniculati. Calyx fundo umbilicato: dentibus longissimis. Capsula basi trilocularis.**

26. *S. conica* (L. Sp. 598) caule cano-pubescente superne dichotomo, floribus alaribus terminalibusque, calycibus 30striatis, petalis fauce coronatis: laminis obcordatis, capsula ovato-oblonga, foliis oblongo-linearibus.

S. conica. Dec. *Prodr. I*, p. 371. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Güldenst. *It. I*, p. 192. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 340. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 214. — Eichw. *Skisse.* p. 172. — Ej. *casp. cauc.* p. 28. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 232. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 163.

S. conoidea. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975.

S. oppositifolia. S. G. Gmel. *It. III*, p. 306. t. 32. f. 2. — *Encycl. méth. VII*, p. 189.

Hab. in Rossia media [gub. Pensa! (Jacquet *pl. exs.*)] et australi [ad m. nigrum pr. Odessa! (Eichw.)] inque Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), in Kachetia et Somchetia (Eichwald), territorio Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenacker), pr. Baku! (C. A. Meyer), Lenkoran! (Hansen *pl. exs.*), provinc. Talüsch!, alt. 670 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.), insula Sara m caspii! (Kieseritzky *pl. exs.*)] inque Sibiria inter Tobol et Tom fl. (Falk.). ⨀.

27. *S. conoidea* (L. Sp. 598) caule glanduloso-pubescente superne dichotomo, floribus alaribus terminalibusque, calycibus 30striatis, petalorum laminis integris crenulatis, capsula lageniformi, foliis anguste oblongis.

S. conoidea. Dec. *Prodr. I*, p. 371. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 214. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 163.

Hab. in Armenia (Koch *in litt.*), pr. Lenkoran (C. A. Meyer) inque mont. Talüsch, alt. 300—670 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.). ⨀.

Sect. V. ***Elisanthe.*** **Fenzl *in litt.* Flores solitarii, terminales v. dichotomo-cymosi. Calyx oblongus, herbaceo-decemcostatus, profunde quinquedentatus, demum vesiculoso-inflatus. Capsula a basi unilocularis. Semina haud cristata. — Saponariae. Sect. Elisanthes γ. Fenzl in Endlicher *gen.* p. 972.**

28. *S. noctiflora* (L. Sp. 599) caule superne dichotomo, pedunculis calycibusque viscoso-villosis, floribus alaribus terminalibusque, calycibus subventricoso-tubulosis 10costatis venulosis; fructiferis ellipticis: dentibus subulato-filiformibus, petalis profunde bifidis coronatis, foliis oblongis acutis; supremis lanceolato-attenuatis; infimis obovatis, carpophoro brevissimo.

S. noctiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 379. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975; *Nachtr.* p. 272. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 340. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 137. — Mart. *Fl. mosq.* p. 78. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 44. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 523. — Lucé. *Fl. osil.* p. 140. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 146. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 215. — Eichw. *Skisse.* p. 172. — Hohenack. *Enum.* p. 232. — Ej. *Enum. Talüsch* p. 163. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 47. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 157.

S. dichotoma. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 170. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 306.

Hab. in Rossia media [Fennia australi (Prytz.), Petropoli (Weinm.), insula Osilia (Lucé), Curonia (Fleischer et Lindem.), Lithuania (Gilibert, Jundz.,

Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (Henning)], Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinc. caucas. [promont. Caucasi occidentalis ad torrentam Kassant, alt. 800 hexap. (C. A. Meyer), Caucaso (Koch *in litt.*), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), prov. Talüsch pr. Tatuni, alt. 680 hexap. (Hohenack.)] inque Sibiria inter fl. Tobol et Tom (Falk.), altaica! (Fl. alt.). ⊙.

Sect. VI. *Stachymorpha.* Otth l. c. Flores spicati, axillares, non oppositi. Calyx 10striatus. Capsula basi trilocularis.

29. *S. gallica* (L. Sp. 595) racemis terminalibus plerumque geminatis viscoso-pubescentibus, floribus alternis, calyce hirsuto cylindrico; fructifero ovato cum pedicello patente v. refracto: dentibus lanceolato-subulatis, petalis obovatis indivisis integerrimis vel denticulatis emarginatisve, foliis oblongis; inferioribus obovatis.

S. gallica. Dec. *Prodr. I*, p. 371. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 514. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 214. — Eichw. *Skizze.* p. 172. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 163.

S. quinquevulnera. L. Sp. 595. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 153. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 974.

S. cerastoides. Georgi l. c.

Hab. in Rossia media [Volhynia (Besser, Eichw.)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (S. G. Gmel.)], pr. Lenkoran! (C. A. Meyer, Hohenacker) inque provinciis caucasicis occidentalibus! (Nordmann). ⊙.

30. *S. dichotoma* (Ehrh. *Beitr. III*, p. 144) racemis terminalibus geminis multifloris, floribus alternis, calycibus tubulosis subventricosis 10striatis aveniis cum pedicello brevissimo cernuis; fructiferis ovato-oblongis erectis: dentibus ovatis acutis, petalis fauce retuso-coronatis: laminis ultra medium bifidis, capsula carpophoro triplo longiore, foliis oblongis v. oblongo-linearibus; infimis spathulatis.

α. magis hispida, floribus majoribus.

S. dichotoma. Dec. *Prodr. I*, p. 373. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 335. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 522. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 214. — Eichwald. *Skizze.* p. 172. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 163.

S. nocturna. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 974.

Hab. in Rossia australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Iberia! (Wilhelms *pl. exsicc.*), territorio Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), provinc. Talüsch pr. Lenkoran! (Hohenack.) alt. 300—670 hexap. (C. A. Meyer]. ⊙.

β. minus hispida, floribus minoribus.

S. iberica. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 135: *III*, p. 304. — Dec. *Prodr. I*, p. 373. — Willd. *herb.* Nr. 8606. fol. 1. — Eichw. *casp. cauc.* p. 28.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (Steven, M. a Bieb. *in herb.* Willd., Wilhelms *pl. exsicc.*), Somchetia et Kachetia (Eichw.)]. ⊙.

γ. minus hispida, foliis angustioribus, floribus rubris.

Hab. in provinciis caucasicis occidentalibus! (Nordmann). ⊙.

Var. *γ.* affinis videtur S. verspertinae, carpophoro autem capsula triplo breviore nec illius longitudine seminibusque granulatis recedit. — Ulterius observanda.

31. *S. altaica* (Pers. *Syn. I*, p. 497; non Dec. *Prodr. I*, p. 374) floribus subracemosis axillaribus alternis terminalique solitariis erectis,

pedicellis bibracteatis, calycibus longe clavatis 10striatis parce pubescenti-villosis: dentibus obtusis, petalis fauce coronatis: laminis bipartitis: laciniis lineari-oblongis obtusis, capsula carpophoro sesquilongiore, foliis linearibus rigidis subpungentibus cauleque erecto ramosissimo rigido basi fruticuloso pubescenti-scabris vel superne glabriusculis.

S. altaica. LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 149. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 172. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 23. in nota ad S. turgidam. — CLAUS. *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 259. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 158.
S. suffruticosa. PALL. *It. II*, p. 522. 569.
S. fruticosa. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 974. quoad pl. altaicum.
S. dianthifolia. OTTH in DEC. *Prodr. I*, p. 373.
Cucubalus fruticulosus. PALL. *It. III*, p. 317. 363. — J. F. GMEL. *Syst. nat. II*, p. 713. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p 974 (excl. pl. caucasica).

Hab. ad superiorem fl. Ural, in mont. Guberlinsk! (CLAUS), in rupestribus montium altaicorum! (PALL., FL. ALT., KAREL. et KIRIL) ♃. ♄.

32. *S. angustifolia* (M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 337; *III*, p. 305) floribus axillaribus alternis terminalique solitariis erectis, pedunculis 2—6bracteatis; inferioribus sensim longioribus, calycibus clavatis subinflatis 10striatis cum pedunculorum apice villosiusculis: dentibus obtusis, petalis fauce coronatis: laminis bifidis: laciniis obovato-oblongis obtusis, capsula carpophoro sublongiore, foliis sublinearibus margine ciliatis caeterum caulibusque erectis glabris.

S. angustifolia. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 214. — WILLD. *herb.* Nr. 8621.
S. petraea. ADAM. in WEBER et MOHR. *Beitr. I*, p. 58. Nr. 25. — HOFFMANN *h. mosq.* (1808), Nr. 3047.
S. linearifolia. OTTH in DEC. *Prodr. I*, p. 372.

Hab. in provinciis caucasicis ad fl. Terek pr. Wladikawkas! (M. a BIEB.) et Darial, alt. 600 hexap. (C. A. MEYER), inque Ossetia! (ADAM. in herb. WILLD.) et Iberia! (STEVEN in herb. WILLD.), ad mont Kasbek! (PARROT *pl. exs.*)]. ♃.

33. *S. tenella* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 216) tenuissime pubescens, floribus axillaribus suboppositis terminalique solitariis erectis, pedunculis lateralibus bibracteatis, calycibusque 10striatis glaberrimis; fructiferis cylindraceo-clavatis: dentibus obtusis, petalis fauce bicallosis: laminis bifidis: laciniis sublinearibus obtusis, capsula carpophoro plus duplo longiore, foliis sublinearibus, caulibus caespitosis erectis.

S. tenella. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 163.

Hab. in graminosis altiorum montium Talüsch, alt. 500—1000 hexap.! (C. A. MEYER, HOHENACK.). ♃.

Sect. VII. *Rupifraga.* OTTH l. c. Caules stricti. Pedunculis filiformes. Calyces campanulati v. cylindrici. Capsula basi trilocularis.

34. *S. rupestris* (L. SP. 602) floribus alaribus terminalibusque erectis, calycibus turbinatis 10striatis glabris: dentibus ovatis obtusis, petalis fauce coronatis: laminis obcordatis, capsula elliptica calycem superante carpophoro plus duplo longiore, foliis ovatis acutis sessilibus glaucescentibus; inferioribus oblongis basi attenuatis caulibusque dichotomis glaberrimis.

S. rupestris. DECAND. *Prodr. I*, p. 375. — LEPECH. *It. III*, p. 48. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975 (excl. pl. sibirica? et caucasica). — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 44. — FELLM. *Ind. Lappon.* Nr. 174.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia (Fellm.)] et media [Fennia austr.! (Prytz.)] inque Sibiria ural. septentr. pr. Werchoturie (Lepech.). ♃.

35. *S. cretica* (L. Sp. 601) inferne pubescens, superne glabra subviscosa, floribus alaribus terminalibusque erectis, calycibus subovato-cylindraceis 10striatis glabris; fructiferis late ovato-ellipticis: dentibus ovatis membranaceo-marginatis acutis, petalis calycem duplo longioribus: laminis bipartitis: laciniis oblongis obtusis, capsula subgloboso-elliptica calycem subaequante carpophoro multoties longiore. foliis superioribus oblongo linearibus; inferioribus subspathulatis, caulibus erectis strictis apice subdichotomis.

S. cretica. Dec. *Prodr. I*, p. 376. — Bertolonii. *Fl. ital. IV*, p. 612.
S. lychnidiflora. Eichw. *casp. cauc.* p. 24.

Hab. in Iberia! et Mingrelia! (Eichw.), in provinciis caucasicis occidentalibus! (Nordmann). ⊙.

36. *S. aprica* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 221) incano-pubescens, floribus alaribus terminalibusque, calycibus ovato-cylindricis 10striatis; fructiferis ellipticis: dentibus elongatis acuminatis recurvatis, petalis calycem subaequantibus, capsula elliptica calycem subaequante, carpophoro brevissimo, foliis oblongo-linearibus, caule erecto stricto subramoso apice dichotomo.

S. aprica. Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* (1835) p. 38.

Hab. in montosis Sibiriae baikalensis! et Davuriae ubique (Turcz.). ⊙.

Sect. VIII. *Heliosperma.* Reichenb. Flores solitarii v. plures patulo-corymbiforme cymosi, longe pedicellati. Calyx clavato-campanulatus. Capsula unilocularis, membranacea, stipitata. Semina lenticulari-compressa, ambitu papillis scariosis cristata. — Saponariae (Silenenthae) sect. α. Fenzl. l. c. — (S. quadridentata Dec. et alpestris Jacq.). — Fenzl. *in litt.*

37. *S. alpestris* (Jacq. *Fl. austr. I*, t. 96) caulibus caespitosis dichotomis, articulis superioribus pedunculisque viscoso-annulatis, floribus alaribus terminalibusque, calycibus turbinatis 10striatis: dentibus ovatis obtusis, petalis fauce coronatis: laminis obovatis quadridentatis, capsula oblonga calyce duplo longiore, seminibus cristato-ciliatis, foliis anguste oblongis.

S. alpestris. Dec. *Prodr. I*, p. 375. — Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs III.* 4. p. 976.
S. alpina. Pall. *Ind. Taur.*

Hab. in Tauria (Pall.). ♃.

Sect. IX. *Siphonomorpha.* Otth. l. c. Flores paniculati, raro solitarii, pedicelli oppositi, breves. Calyx tubulatus. Capsula basi trilocularis.

§. 1. *Floribus nutantibus. Calycibus subcylindricis.*

38. *S. Marschallii* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 214) inferne pube tenui obtecta, superne glabra subglanduloso-viscosa, floribus in panicula erecta vaga nutantibus, ramis pedunculisque 1–3floris oppositis, calycibus puberulis; fructiferis obovato-clavatis: dentibus obtusis,

petalis fauce coronatis: laminis bipartitis: laciniis linearibus obtusis, capsula ovata carpophoro triplo longiore, foliis sublinearibus.

Cucubalus mollissimus. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 334 (excl. synon.); *III*, p. 304.

Hab. in Caucaso orientali (M. a Bieb.), in altioribus montibus Talüsch, alt. 600—1000 hexap.! (C. A. Meyer). ♃.

39. *S. nutans* (L. Sp. 596) **pubescens, superne glanduloso-viscosa, panicula secunda sub anthesi infracto-nutante, ramis oppositis trichotomis 3—7floris, calycibus cylindrico-subclavatis: dentibus acutis, petalis fauce coronatis: laminis bipartitis: laciniis lineari-oblongis obtusis, capsula carpophoro 3—4plo longiore: dentibus recurvatis v. revolutis, foliis inferioribus subspathulatis.**

S. nutans. Dec. *Prodr. I*, p. 377 (excl. var. δ. glabra). — Fisch. *Livl.* p. 231. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 169. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 306. c. icone. — Falk. *Beitr. II*, p. 179 — Güldenst. *It I*, p. 110. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 294. — Pall. *Ind Taur.* — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 257. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 974. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 337. — Jundz. *Fl lithuan.* p. 136. — Mart. *Fl. mosq.* p. 78. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 44. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 518 (c. var. petalis roseis). — Lucé. *Fl. osil.* p. 129. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 31. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 147. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 214. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 193. — Eichwald. *Skisse.* p. 172. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 175. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Weinm. *Tambow* Nr. 66. — Ej. *Fl. petropol.* p. 48. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 222. — Fleischer et Lindemann. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 156. — Wirzén. *Casan.* Nr. 82.
S. nutantis var.? Pall. *It. II*, p. 620.
Lychnis viscosa latifolia. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 70.
Lychnis (Silene) foliis lanceolatis, caule paniculato, floribus nutantibus, calyce striato, corolla convoluta. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 138. Nr. 31. t. 59.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola et Lapponia (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petropoli (Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Andrz. ex Besser, Eichw.), Twer (Böber), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft), Tambow (Weinm.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan! (Wirzén), Simbirsk et Saratow (Claus), pr. Slatoust (Nesterofsky)] et austr. [ad Tanain (Güld.)] Tauria! (Pall.), promontor. caucasico (M. a Bieb.) occidentali (C. A. Meyer), inque omni Sibiria J. G. Gmel.) [inter fl. Tobol et Tom (Falk), Altai! (Pall., Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz.), Baikal! (Turcz., Kruhse *pl. exs.*) et Davuria (Turcz.). ♃.

40. *S. saxatilis* (Sims *botan. Mag.* t. 689) **glabriuscula, superne subviscosa, paniculae subsecundae ramis oppositis subtrifloris, calycibus cylindrico-subclavatis 10striatis: dentibus acutis, petalis fauce coronatis: laminis bipartitis: laciniis lineari-subspathulatis undulatis obtusis, capsula carpophoro duplo longiore: dentibus erectis, foliis inferioribus lineari-oblongis in petiolum attenuatis ciliatis.**

S. saxatilis. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 338; *III*, p. 305. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 215. — Eichw. *casp. cauc.* p. 28. 30. 31. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 163. — Willd. *herb.* Nr. 8620.

S. nutans δ. glabra. Dec. *Prodr. I*, p. 377.

Hab. in provinc. caucas. [ad m. Beschtau (Hohenack. *pl. exs.*), in promontor. et reg. alp. Caucasi occident!. alt. 400—1300 hexap., et orient., alt. 1400 hexap. (C. A. Meyer), Caucasi rupestribus (M. a Bieb.), Iberia! (Wilhelms), Kachetia! et Somchetia! (Eichw.), territorio Elisabethpol (Hohenack.), Armenia! (Eichw., — var. fol. angustioribus — Koch *in litt.*), mont. altior. provinc. Talüsch, alt. 500—1100 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♃.

Variat caule foliisque praeter marginem ciliatum omnino glabris et parte inferiore totius plantae puberula, paniculae ramis uni- et plurifloris. Antecedenti valde affinis, diversa autem videtur foliis angustioribus, radicalibus non spathulatis, floribus minoribus, petalorum laminis undulatis, capsula carpophoro duplo nec 3—4plo longiore: dentibus erectis, nec recurvis v. revolutis. — A. S. graminifolia praeter alias notas differt calyce non inflato et floribus sub anthesi nutantibus.

41. *S. chlorantha* (Ehrh. *Beitr. VII*, p. 146) glabriuscula, floribus racemoso-paniculatis secundis nutantibus, pedunculis oppositis 1—3-floris, calycibus cylindricis glabris submembranaceis estriatis: dentibus obtusis, petalis fauce coronatis: laminis bipartitis: laciniis linearibus, capsula carpophoro triplo longiore, foliis radicalibus oblongis in petiolum longe attenuatis acutis; caulinis paucis abbreviatis linearibus.

S. chlorantha. Dec. *Prodr. I*, p. 378. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 515. — Henning *in Mém de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 71. 86. — Ledeb. *Fl. alt.* p 145. — Eichw. *Skizze.* p. 172. — Lessing *in Linnaea. IX*, p. 163. — Weinm. *Tambow.* Nr. 67. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 157.

S. viridiflora. Güldenst. *It. I*, p. 71. 110. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 295. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975.

Lychnis (Silene) foliis lanceolatis radicalibus, caule paniculato nudo, floribus erectis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 142. Nr. 37?

Hab. in Rossia media [Livonia! (Fleisch. et Lindemann), Lithuania (Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan), Tambow (Güldenst., Weinmann)] et australi! (herb. reg. berol.) [Podolia (Besser), ad Tanain (Güld., Henning), inque Sibiria [mont. et des. ural. (Lessing), inter fl. Jaik et Irtysch (J. G. Gmel.), altaica! (Fl. alt.). ♃.

Ab antecedente dignoscitur: floribus majoribus, calycibus membranaceis vix manifeste striatis, petalorum laminis bipartitis: laciniis planis, carpophoro ratione capsulae breviore, foliis radicalibus latioribus brevissime ciliatis v. omnino nudis.

42. *S. viridiflora* (L. Sp. 597) pilosa, superne viscosa, floribus in panicula elongato-brachiata laxa pauciflora nutantibus, calycibus cylindraceis; fructiferis ovoideo-turgidis 10costatis erectis: dentibus lanceolato-linearibus acuminatis, petalis fauce coronatis: laminis anguste bifidis: laciniis linearibus, capsula ovata carpophoro multoties longiore, foliis ovatis acutis; inferioribus spathulatis petiolatis, caule erecto folioso.

S. viridiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 378. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 338 (excl. syn. Gmel.).

Hab. in Tauria (M. a Bieb.). ♃.

43. *S. catholica* (Otth in Dec. *Prodr. I*, p. 379) pubescenti-scabra, superne viscosa, floribus parvis in panicula elongato-brachiata laxa nutantibus, calycibus subcylindraceis; fructiferis clavatis 10striatis erectis: dentibus obtusis patulis, petalis fauce nudis: laminis bipartitis: laciniis linearibus, capsula ellipsoidea calyce subduplo carpophoro sesquilongiore, foliis ellipticis oblongisve acuminatis: inferioribus petiolatis, caule erecto folioso.

Cucubalus catholicus. L. Sp. 593. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 973. — Clarke. *Trav. I*, p. 601.

Hab. in Rossia australi [ad Borysthenem pr. Nikolajew (Clarke) inque gub. Jekaterinoslaw (Böber)] et Tauria (Böber ex Georgi). ♃?

§. 2. *Calycibus clavatis.* (*Floribus subnutantibus v. erectis.*)

44. *S. tenuifolia* (Otth in Dec. *Prodr. I*, p. 379) vix pubescens, caule erecto ramosissimo folioso, foliis filiformibus acutis basi ciliatis, floribus paucis paniculatis, calycibus vesiculato-clavatis, petalis bifidis (Otth).

Hab. in Davuria ⊙.

Petala purpurea (Otth).

Mihi ignota, neque a clar. Turcz. inter plantas davuricas enumerata.

45. *S. spathulata* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 341; *III*, p. 307) piloso-pubescens, floribus terminalibus subternis, calycibus fructiferis clavatis pilosis 10striatis: dentibus abbreviatis rotundatis petalis fauce coronatis: laminis bifidis: laciniis oblongis obtusis, capsula ovata carpophoro paullo longiore, foliis spathulatis; inferioribus in petiolum attenuatis; supremis ellipticis sessilibus, caulibus simplicibus adscendentibus.

S. spathulata. Dec. *Prodr. I*, p. 379. — Eichw. *casp. cauc.* p. 24. — Willd. *herb.* Nr. 8684.
S. pygmaea. Adam. in Weber et Mohr. *Beitr. I*, p. 59. Nr. 26. — Hoffm. *h. mosq.* p. a. 1808. Nr. 3050.

Hab. in alpibus caucasicis! (M. a Bieb. *in herb.* Willd.), [Ossetia! (Adam. *in herb.* Willd.), Iberia! (Steven *in herb. Zeyheri*)]. ♃.

46. *S. Höfftiana* (Fisch. *in litt.* ex C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 215) pilosa, floribus in panicula diffusa foliosa subnutantibus, calycibus fructiferis clavatis pilosis obsolete striatis: dentibus abbreviatis rotundatis, petalis fauce coronatis: laminis bifidis: laciniis oblongis obtusis, capsula depresse subglobosa longitudine carpophori, foliis suborbiculato-ovatis acutis petiolatis, caulibus prostratis dichotomo-ramosissimis.

Hab. in rupestribus Caucasi occidentalis versus rivulum Kassaut, alt. 1000 hexap. et pr. acidulam Narzana, alt. 600 hexap.! (C. A. Meyer). ♃.

Petala alba (C. A. Meyer).

47. *S. humilis* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 215) tenuissime pubescens, floribus terminalibus solitariis v. geminis, calycibus fructiferis clavatis pubescentibus 10striatis: dentibus oblongis obtusis, petalis fauce coronatis: laminis bifidis: laciniis sublinearibus, capsula oblonga carpophoro triplo longiore, foliis ovatis oblongisve subundulatis abrupte acutatis: apice recurvato, caulibus adscendentibus subsimplicibus.

Hab. in alpibus Tufandagh Caucasi orientalis, inter fragmina schisti, alt. 1500 hexap.! (C. A. Meyer). ♃.

Species tenella, humillima, saepe vix bipollicaris. Radix filiformis, repens, multicaulis. Flores sanguinei (C. A. Meyer).

48. *S. vallesia* (L. Sp. 603) pubescens, floribus terminalibus solitariis v. ternis, calycibus fructiferis clavatis pubescentibus 10striatis: dentibus ovato-oblongis obtusis, petalis fauce coronatis: laminis bifidis: laciniis obovatis obtusis, capsula carpophorum subaequante, foliis oblongis acutis; caulinis sessilibus; radicalibus in petiolum attenuatis, caulibus caespitosis decumbentibus simplicibus.

S. vallesia. Dec. *Prodr. I*, p. 381. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 215.
S. vallesia β. caucasica. Bunge. *Ind. sem. h. dorpat.* 1837. p. 7. — *Linnaea XII. Litter. Ber.* p. 72.

Hab. in alpibus Tufandagh Caucasi orientalis, inter fragmina schisti, alt. 1400 hexap.! (C. A. Meyer), m. Ararat! (semina attulit Hehn, quae in h. dorpat. germinarunt). ♃.

Planta caucasica spontanea ab occidentali non diversa videtur.

49. *S. physocalyx*: pubescens, floribus subterminalibus 1—3 (rarius 4), calycibus floriferis cylindrico-clavatis glanduloso-pilosis 10striatis; fructiferis vesiculoso-inflatis 10sulcato-angulatis: dentibus lato-lanceolatis subelongatis acuminatis dense ciliatis, petalis fauce coronatis (?): laminis bifidis: laciniis oblongis obtusis, capsula ovata carpophoro sesqui v. duplo longiore, foliis oblongis acutis; radicalibus basi attenuatis, caulibus erectis v. adscendentibus subsimplicibus.

Hab. in provinciis caucasicis occidentalibus! (Nordmann). ♃. — (Eandem in m. Tauro a Th. Kotschy lect., Nr. 82. S. spathulata Dec.? insign., vidi in herb. Zeyheri.)

Habitu S. vallesiae, sed calycis structura diversissima. — Species hanc inter et secundam sectionem (Behenanthe) ambigua, florifera huic, fructifera secundae sectioni potius adnumeranda.

50. *S. depressa* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 338; — non Baumgarten. *Fl. transsylv. I*, p. 404) floribus terminalibus (plerumque) solitariis, calycibus longe clavato-cylindraceis pilosis 10striatis: dentibus brevibus obtusis, petalis fauce coronatis: laminis semibifidis: laciniis obtusis, capsula subglobosa (ex M. a Bieb.) carpophoro 3—4plo breviore, foliis oblongis v. oblongo-linearibus acutis.

α. calycibus glanduloso-pilosis, foliis internodiis brevioribus subscabris margine brevissime ciliatis, caulibus herbaceis puberulis basi ramosis procumbentibus.
S. depressa. Dec. *Prodr. I*, p. 381.

β. calycibus glanduloso-pilosis, foliis oblongo-linearibus linearibusve; ramorum floriferorum internodiis subbrevioribus v. illa aequantibus caulibusque uni- v. paucifloris basi ramosissimis pube brevi glandulosa obtectis.
S. depressa. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 151.
S. oligantha. Besser *in herb. Zeyheri*.

γ. calycibus simpliciter pilosis, foliis versus basin attenuatis internodia superantibus plerisque glabris margine integerrimis; inferioribus subscabris versus basin ciliatis, caulibus basi fruticulosis ramosissimis erectis strictis inferne v. ex toto puberulis.
S. depressa. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 216. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 161.

Hab. α. in Iberiae mediae rupestribus circa Tiflis! (Steven ex M. a Bieb. et *in herb. Zeyheri*); β. in Sibiria altaica; γ. in rupestribus et locis lapidosis altiorum montium Talüsch, alt. 700—1000 hexap! (C. A. Meyer), tr. Suwant (Hohenack.). ♃. ♄.

An plures sub hac latent species?

51. *S. incurvifolia* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 160) radice lignosa multicipite, caulibus adscendentibus 1—2floris foliisque lineari-subulatis incurvo-falcatis acutiusculis pube brevi reversa scabris, calycibus longe clavatis 10striatis pubescenti-viscidis petalis bipartitis fauce coronatis brevioribus, carpophoro capsula longiore subcostata obsolete pubescente.

Hab. in Sibiria altaica in rupestribus deserti soongoro-kirghisici pr. Ajagus (Karel. et Kiril.). ♃.

An eadem ac var. β. speciei praecedentis?

52. *S. cretacea* (Fisch. in Spreng. *Syst. Veg. II*, p. 405) floribus terminalibus solitariis erectis, calycibus fructiferis clavatis glaberrimis 10striatis: dentibus oblongis obtusis, petalis fauce nudis (?): laminis bipartitis: laciniis oblongis obtusis, capsula ovata carpophorum subaequante v. paullo longiore, foliis linearibus v. oblongo-linearibus crassiusculis glabris; junioribus basi subciliatis, caule ramosissimo basi fruticuloso, ramis floriferis elongatis erectis parce foliosis inferne tenuissime pubescentibus.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain! (Fischer *pl. exs.*) et Wolgam in mont. cretaceis pr. Norka! (Blum *pl. exs.*)]. ♄.

A S. supina diversissima caule, foliis, floribus solitariis, calyce glaberrimo etc.

53. *S. supina* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 336; *III*, p. 304) pubescenti-hirta, floribus racemoso-paniculatis erectis, pedunculis subalternis 1—3floris, calycibus fructiferis longe clavato-cylindraceis glanduloso-pilosis 10striatis: dentibus oblongis obtusiusculis, petalis fauce coronatis: laminis bifidis: laciniis oblongis, capsula ovata carpophorum subaequante, foliis linearibus v. oblongo-linearibus, caulibus basi ramosissimis.

S. supina. Dec *Prodr. I*, p. 381. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 976; *Nachtr.* p. 272. — Besser. *Enum.* p. 46. Nr. 1413. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 71. 86. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 216. — Eichw. *Skizze.* p. 172.

α. *angustifolia*: foliis sublinearibus, caulibus basi procumbentibus tenuibus, floribus racemoso-paniculatis, calycibus elongatis, capsula carpophorum vix superante.

S. supina. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 151.
S. repentis var. macilenta. Bunge. *Enum.* p. 23.

β. *latifolia*: foliis oblongo-linearibus, caulibus erectis fruticosis, panicula fructifera subdichotoma: floribus terminalibus et alaribus, calycibus brevioribus, capsula carpophoro subsesquilongiore.

S. supina var. latifolia. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 162.

Hab. α. in Rossia australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning)] inque promontorii caucasici saxosis pr. Konstantinogorsk! (M. a Bieb., — alt. 250 hexap. — C. A. Meyer) et Pätigorsk! (Hohenack. *pl. exs.*), inque Sibiria altaica! (Bunge). ♃. ♄.

β. in Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [in aridis lapidosis tr. Suwant prov. Talüsch, alt. 666—916 hexap.! (Hohenack.), in m. Ararat! (Hehn). ♄.

Var. β. a var. α. specie differre videtur, si characteres supra indicati constantes sese manifestabunt. Duo tantum specimina, alterum floriferum, alterum fructiferum, coram habeo. — Taurica planta mihi ignota est.

Planta in Flora altaica recensita ramis 1—3floris, foliis rigidis subpungentibus nonnihil a planta caucasica recedit.

54. *S. suffrutescens* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 340) pubescenti-hirta, floribus terminalibus et axillaribus, pedunculis unifloris, calycibus

10striatis puberulis; fructiferis clavatis: dentibus ovatis obtusiusculis, petalis fauce coronatis (PERS.): laminis bipartitis (M. a BIEB.), capsula carpophoro sesquilongiore, foliis spathulato-oblongis, caule basi ramosissimo fruticoso, ramis floriferis erectis.

S. fruticulosa. WILLD. *herb.* Nr. 8024.
S. caspica. PERS. *Syn. I*, p. 497. — DEC. *Prodr. I*, p. 381.
S. fruticosa. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 974 (excl. pl. altaica).
S. pygmaea. LESSING *in herb. reg. berol.*

Hab. in Caucasi orientalis subalpinis sterilibus lapidosis! (M. a BIEB. in WILLD. *herb.*), ad litt. m. caspii! (LESSING *in herb. reg. berol.*) orient.! (KAREL.). ♄.

55. *S. Schafta* (S. G. GMEL. *It.*) pubescenti-hirta, pedunculis axillaribus unifloris diphyllis 3florisve et terminali aphyllo, calycibus pubescentibus 10striatis; fructiferis longe clavatis: dentibus ovatis obtusiusculis, petalis fauce coronatis: laminis clavatis bifidis: laciniis obovato-oblongis, capsula carpophorum subaequante, foliis obovato-oblongis subacuminatis, caulibus adscendentibus subramosis, radice lignescente multicauli.

S. Schafta. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 161. — FISCH. et MEYER. *Ind. V. sem. h. petropol.* (1839) p. 41.

Hab. in provinciis caucasicis [pr. Lenkoran! (HANSEN *pl. exs.*), in rupestribus m. Keridachi in tractu Suwant prov. Talüsch, alt. 666—916 hexap.! (HOHENACK.)]. ♃. — (In Persiae provincia Ghilan. — S. G. GMEL.)

Caules filiformes, debiles, adscendentes. Ex axillis foliorum in inferiore caulis parte plerumque foliorum fasciculi proveniunt vel ramuli brevissimi steriles, in media vero et superiore parte pedunculi excrescunt 1—3flori, foliis duobus v. pluribus instructi, alterni v. oppositi. Folia laete viridia, pilis brevissimis crassiusculis adspersa; ramea caulinis multo minora. Calyx 10—11 lineas longus.

56. *S. chloraefolia* (SMITH. *Ic. ined. I*, p. 13. t. 13) glaberrima glauca, floribus terminalibus solitariis v. paniculatis, calycibus glaberrimis basi obsolete 10striatis clavatis: dentibus acutiusculis, petalis fauce coronatis: laminis obcordatis bifidis: laciniis apice rotundatis, capsula carpophoro plus duplo longiore, foliis inferioribus spathulatis ellipticisve; superioribus cordato-orbiculatis amplexicaulibus acuminato-mucronatis, caule erecto ramoso.

S. chloraefolia. DECAND. *Prodr. I*, p. 381. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 341. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 216. — EICHW. *casp. cauc.* p. 28. — HOHACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 232. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 163.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (M. a BIEB., WILHELMS), Kachetia et Somchetia (EICHW.), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), Caucaso orientali (M. a BIEB.) inque provinc. Talüsch, alt. 500—700 hexap. (C. A. MEYER), pr. Tatuni (HOHENACK.)]. ♃.

57. *S. italica* (PERS. *Syn. I*, p. 498) pubescens, panicula erecta laxa, ramis oppositis trichotomis viscoso-annulatis tri-multifloris, floribus porrectis, calycibus villosiusculis clavatis: dentibus obtusis, petalis fauce nudis: laminis bifidis, capsula carpophorum subaequante, foliis basi ciliatis; inferioribus spathulato-oblongis in petiolum attenuatis.

S. italica. DEC. *Prodr. I*, p. 381.
Cucubalus italicus. L. SP. 593. — GÜLDENST. *It. I*, p. 192. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 972. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 334; *III*, p. 304. — EICHW. *casp. cauc.* p. 30.

Cucubalus mollissimus. Eichw. *casp. cauc.* p. 29.

Hab. ad fl. Terek (Güldenst.), in Caucasi collibus siccis: pr. Constantinogorsk frequens (M. a Bieb.), in Somchetia! (Eichw.). ♃.

58. *S. nemoralis* (Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hungar. III*, p. 277. t. 249) pubescens, panicula erecta subcongesta, ramis oppositis trichotomis viscoso-annulatis tri-multifloris, floribus porrectis, calycibus villosiusculis clavatis: dentibus obtusis, petalis fauce nudis: laminis bifidis, capsula carpophoro breviore, foliis basi barbato-ciliatis; inferioribus subrotundo-ellipticis in petiolum attenuatis.

S. nemoralis. Dec. *Prodr. I*, p. 382. — C. A. Meyer. *Ind cauc.* p. 216. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 163.

Hab. in provinciis caucasicis [promont. cauc. occid. alt. 300—500 hexap. (C. A. Meyer), Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*), in provinciis occidentalibus! (Nordmann), territor. Elisabethpol (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), in sylvis mont. Talüsch usque ad alt. 600 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♃.

Vix diversa ab antecedente.

59. *S. longiflora* (Ehrh. *Beitr. VII*, p. 144) glabra v. inferne puberula, floribus laxe racemosis v. racemoso-paniculatis erectis pedunculis subunifloris, calycibus glaberrimis clavatis: dentibus acutis v. mucronatis, petalis fauce coronatis: laminis bipartitis, capsula carpophorum subaequante vel breviore, foliis inferioribus oblongis in petiolum attenuatis subciliatis; superioribus lanceolato-linearibus sessilibus integerrimis; supremis membranaceo-marginatis.

S. longiflora. Dec. *Prodr. I*, p. 382. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 337. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 516. — Eichw. *Skizze.* p. 172.

Hab. in Rossia australi [Podolia (Besser), gub. Cherson (Eichw.), ad Tanain (Henning)] et Tauria! (M. a Bieb.). ♃.

β juncea: foliis omnibus linearibus, panicula parva. — In Iberia (Otth in Dec. l. c.).

60. *S. bupleuroides* (L. Sp. 598) glabra, floribus paniculatis erectis, pedunculis oppositis subtrifloris, calycibus glaberrimis clavatis: dentibus acutis, petalis fauce coronatis: laminis bipartitis, capsula carpophoro sesquilongiore, foliis infimis oblongo-; reliquis lanceolato-linearibus; supremis membranaceo-marginatis.

S. bupleuroides. Dec. *Prodr. I*, p. 382.
Lychnis orientalis Bupleuri folio. Tournef. *It.* (ed. Lyon. 1717) *III*, p. 240. c. icon.

Hab. in provincia Karabagh! (Hohenack.). ♃.

Antecedenti maxime affinis et praeter inflorescentiam ramosiorem, ramos v. pedunculos magis elongatos et folia angustiora aegre dignoscenda.

Sect. X. *Atocion.* Otth l. c. Flores corymbosi. Calyx clavatus, decemstriatus. Capsula basi trilocularis.

61. *S. caespitosa* (Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 262) floribus terminalibus subconfertis, calycibus clavatis tomentosis: dentibus obtusis, petalis fauce coronatis: laminis bifidis; laciniis obtusis, capsula carpophorum paullo superante, foliis linearibus carnosis caulibusque simplicibus gracilibus glabris.

S. caespitosa. Dec. *Prodr. I*, p. 383. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 306.

Hab. in rupibus alpinum caucasicarum circa pagum Sudur prov. Kubensis! (Steven *in herb. Zeyheri*). ♃.

62. *S. Armeria* (L. Sp. 601) annua glaberrima, floribus paniculato-corymbosis, calycibus cylindraceo-clavatis glaberrimis: dentibus ovatis obtusis, petalis fauce coronatis: laminis emarginatis, capsula carpophorum aequante v. paullo superante, foliis ovatis oblongisve; supremis subcordatis, articulis caulinis superioribus viscoso-annulatis.

S. Armeria. Dec. *Prodr. I*, p. 383. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975 (quoad pl. lithuanicam). — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 137. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 524 (ex parte)? — Eichw. *Skizze.* p. 172.

S. umbellata. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 170. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 307.

Hab. in Rossia media [Lithuania! (Gilib., Jundz., Eichw., Krumsieg *pl. exs.*), Volhynia (Eichw.)] et australi [Podolia (Eichw.)]. ⊙.

63. *S. compacta* (Fisch. in Hornem. *h. hafn. I*, p. 417) biennis (v. perennis?) glaberrima, floribus densissime fasciculato-aggregatis, calycibus cylindraceo-clavatis glaberrimis: dentibus ovatis obtusis, petalis fauce coronatis: laminis integris, capsula carpophorum aequante v. paullo breviore, foliis ovatis oblongisve; supremis subcordatis.

S. compacta. Decand. *Prodr. I*, p. 383. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 306. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 216. — Eichw. *Skizze.* p. 172. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233.

S. Armeria. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 339. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975 (quoad pl. tauricam)? — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 524 (ex parte). — Eichw. *casp. cauc.* p. 24.

S. bella. Clarke. *It. I. app.* Nr. V. p. 735?

Hab. in Rossia australi [Podolia! (Besser, Eichwald)], Tauria? (Pallas ex Georgi, Clarke) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek pr. Darial, alt. 600 hexap. (C. A. Meyer), m. Beschtau (M. a Bieb.), in Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms *pl. exs.*, Eichw.), Mingrelia (Eichw.), prov. occidentalibus! (Nordmann), territorio Elisabethpol (Hohenack.) inque Armenia (Koch *in litt.*)]. ⊙. (v. ♃?).

Differt ab antecedente imprimis inflorescentia magis compacta, floribus longioribus, petalorum lamina integra et radice bienni (v. perenni?) nec annua. Foliorum latitudo variat. — S. bellam Clarke huc adduxi, licet caulis decumbens et calyces pilosiusculi dicuntur.

Quid?: *S. muscipula.* Pall. *It. II*, p. 110. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 975. — Ural (Pall.). — An Viscaria vulgaris. Röhl.?

„ *mutabilis.* Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 229. — Georgi l. c. p. 974. — Rossia austr. (Böber ex Georgi), in Sibiriae jugo Jablonnoi-Chrebet (Sievers).

„ *quadrifida.* Georgi. *It. I*, p. 215. — Baikal (Georgi).

„ *spec. singularis.* S. G. Gmel. *It. I*, p. 125. — Inter Woronesch et Tscherkask (S. G. Gmel.).

Cucubalus astrachanensis. S. G. Gmelin. *It. II*, p. 197. — Astrachan (S. G. Gmel.).

„ *foetidus.* Güldenst. *It. I*, p. 110. 192. — Ad fl. Tanais et Terek (Güldenst.).

„ *viscosus.* Fisch. *Livl.* p. 232. — Livonia (Fisch.).

142. Melandryum. Röhl.

Deutschl. Fl. ed. 1. p. 254. — Saponariae subgen. c. Melandryum. Fenzl in Endlicher. *gen.* p. 972 et Lychnidis subgen. d. Gastrolychnis. Fenzl l. c. p. 974 (Fenzl. *in litt.*).

Calyx ebracteolatus, 5dentatus. Petala 5, per aestivationem tam dextrorsum, quam sinistrorsum contorta: laminis basi appendiculatis. Stamina 10; alterna, petalis opposita, unguibus basi simul adhaerentia. Ovarium uniloculare. Styli 5, calycis laciniis oppositi. Capsula unilocularis, apice in dentes duplo stylorum numero demum dehiscens.

1. *M. apetalum* (Fenzl *in litt.*) caule stricto uni- v. paucifloro, foliis oblongis v. lineari-oblongis, floribus nutantibus, calycibus post anthesin erectis vesiculoso-inflatis, petalorum laminis emarginatis bifidisve, seminibus reniformibus margine membranaceo inflato cinctis.

Lychnis apetala. L. Sp. 626. — Dec. *Prodr. I*, p. 386 (excl. L. brachypetala). — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 135. t. 7. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 42 (excl. var. *α.* hortensi). — Ledeb. *Fl. alt. II.* p. 186. — Fellmann. *Ind. Kola.* Nr. 198. — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 122. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 91 (excl. L. brachypetala). — Bunge. *Enum. alt.* p. 28. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 225.
Lychnis uniflora. Ledeb. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Peterbourg. V*, p. 536.
Lychnis pauciflora. Ledeb. l. c. p. 537. — Bunge. *Enum. alt.* p. 29.
Lychnis tristis *α.* uniflora. Bunge. *Enum. alt.* p. 28 (ex synon. allat.).
Lychnis calyce inflato, corolla calyce breviore, caule subunifloro, flore hermaphrodito. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 137. Nr. 30.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia! (Wahlenb., Prytz *pl. exs.*) et territ. Kola! (Fellm.), Nowaja Semlia! (Lehmann *pl. exs.*), terra Samojedarum (Schrenk *in litt.*)], Sibiria [altaica (Fl. alt.), baikalensi (Turcz.), orientali ad fl. Aldan, Biela et Jana (J. G. Gmel.)], terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (Cham., Eschscholtz), in insula St. Laurentii! (Cham., Eschsch.) inque America arctica ad sinum Kotzebue! (Cham., Eschsch., Beechey ex Hooker et Arn.). ♃.

Variat magnitudine et superficie totius plantae, florum numero et magnitudine, petalorum ratione calycis longitudine, quae omnes vero formae seminum structura inter se conveniunt.

2. *M. triste* (Fenzl *in litt.*) caule stricto uni- v. paucifloro, foliis oblongis v. lineari-oblongis, floribus nutantibus, calycibus post anthesin vesiculoso-inflatis, petalorum laminis bifidis, carpophoro brevi pubescente, seminibus immarginatis tuberculato-muricatis.

Lychnis tristis. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 184. — Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 3. — Bunge. *Enum. alt.* p. 28 (excl. var. *α.*). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 226. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 161.

Hab. in alpibus altaicis! (Fl. alt.), Narym. inque subalpinis glareosis ad torrentem Tarekty (Karel. et Kiril.), ssojuticis! (Lessing *in herb. reg. berol.*) et baikalensibus! (Turcz.). ♃.

3. *M. brachypetalum* (Fenzl *in litt.*) incano-villosum, caule stricto paucifloro, foliis oblongis, floribus nutantibus, calycibus post anthesin ampliatis inflatis, petalorum laminis emarginato-bifidis, carpophoro brevissimo glabro, seminibus immarginatis granulatis.

Lychnis brachypetala. Hornem. *h. hafn. suppl.* p. 51. — Link. *Enum. h. berol. I*, p. 433. — Fisch. et Meyer. *Ind. IV. sem. h. petropol.* p. 40. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 327.

Lychnis inclusa. LEHMANN. *Ind. sem. h. hamburg.* p. a. 1829.

Hab. in mont. ssojuticis! (LESSING *in herb. reg. berol.*), Davuriae! pratis humidis (TURCZ.). ♃.

Flores quam antecedentis minores, calyces fructiferi minus inflati, petala breviora et pallidiora, carpophorum brevius glabrum, semina granulis parum elevatis dense adspersa, nec tuberculato-muricata. Superficies insuper totius plantae villo incano obducta, varietate glabra hortorum forsan ad speciem antecedente pertinente. Tamen denuo inquirendum, an revera species sit distincta.

Specimina duo possideo, in Sibiria orientali inter Wiluisk et Jakutzk ab am. Rob. KRUHSE lecta, quae huc pertinere videntur, licet habitus diversissimus. Caulis nimirum sesquipedalis, crassitie fili emporetici, undique villo albo tenuissimo arachnoideo hinc inde 2—3 lineas longo satis dense obtectus. Folia superficie caulis; radicalia pauca (2—4), pollice breviora, obovato-oblonga, in petiolum sensim attenuata; caulina per 4 v. 5 paria distributa, oblongo-linearia; inferiora pollice parum longiora; superiora sensim minora. Flores in altero specimine 2, in altero 3, nondum evoluti. — Ulterius observanda.

4. *M. sylvestre* (RÖHL l. c. p. 274) villosum, caule erecto superne dichotomo, foliis superioribus ovatis abrupte acuminatis, floribus alaribus et terminalibus dioicis, calycibus ellipticis, petalorum laminis bifidis, capsula ovato-subglobosa: dentibus revolutis.

Lychnis dioica. *α*. L. SP. 626.
Lychnis dioica. WAHLENB. *Fl. lapp.* p. 134.
Lychnis dioica rubra. JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 141.
Lychnis sylvestris. SCHKUHR. *Handb. I*, p. 403. t. 124. — DEC. *Prodr. I*, p. 386. — MART. *Fl. mosq.* p. 81. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 186. — EICHW. *Skizze.* p. 172. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 49.
Lychnis diurna. SIBTH. *Fl. oxon.* p. 145. — BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 544. c. var. flor. carneis. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 168.
Lychnis sylvestris sive aquatica purpurea simplex. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 69.
Lychnis floribus dioicis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 137. Nr. 29.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia (WAHLENB., SCHRENK *in litt.*)], septentrionali [Fennia (SCHRENK *in litt.*)] et media [Petropoli (WEINM.), Livonia!, Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (MART.)] inque omni Sibiria (J. G. GMEL.), altaica (PATR.). ♃.

5. *M. pratense* (RÖHL l. c. p. 274) inferne villosum, superne glanduloso-hirtum, caule erecto superne dichotomo, foliis superioribus ovatolanceolatis sensim acuminatis, floribus alaribus et terminalibus dioicis, calycibus flor. msc. cylindraceo-clavatis; foem. ovoideis, petalorum laminis bifidis, capsula ovato-conica: dentibus porrectis.

Lychnis dioica. *β*. L. SP. 626.
Lychnis dioica. DEC. *Prodr. I*, p. 386. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 74. — S. G. GMEL. *It. IV*, p. 108. — GEORGI. *It. I*, p. 216. — GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 172. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 308. — LEPECH. *It. III*, p. 144. — FALK. *Beitr. II*, p. 182. — GÜLDENST. *It. I*, p. 11. 109. 191. 423; *II*, p. 141. 171. 178. 179. 192. 262. 327. 344. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 310. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 986. — DRÜMPELMANN. *Fl. liv. IV*, t. 3. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 45. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 145. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 32. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 216. — FELLM. *Ind. Kola.* Nr. 199. — EICHW. *casp. cauc.* p. 23. 30. — HOHENACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — FELLM. *Ind. Lappon.* Nr. 186. — CLAUS *Ind. des. in*

Göbel. *It. II*, p. 259. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 229. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 163. — Wirzén. *Casan.* Nr. 84.

Lychnis dioica alba. Jundz. *Fl. lithuan.* p. 141.

Lychnis alba. Mill. *dict.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 356; *III*, p. 316. — Eichw. *Skizze.* p. 172.

Lychnis pratensis. Mart. *Fl. mosq.* p. 81.

Lychnis arvensis. Schkuhr. *Handb. I*, p. 403. t. 124. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 187. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 48.

Lychnis vespertina. Sibth. *Fl. oxon.* p. 146. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 545. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseepror.* p. 168.

Lychnis sylvestris alba. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 69.

Ocymastrum. Erndt. l. c. p. 84.

Hab. in Rossia arctica (Lapponia et territor. Kola (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petropoli (Gorter, Weinw.), a Newa ad Ural fl. (Falk.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Luce), Livonia! (Drümpelmann, Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Tschernigow et Nowgorod (Güldenst.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Wiätka (Lepech.), Kasan (Wirzén), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), pr. Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Güldenst.), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania et Jekaterinoslaw (Güldenst), ad Tanain (Güld., Henning) et Wolgam (Claus), pr. Astrachan! (Blum *pl. exs.*), ad litt. orient. m. caspii! (Karelin *pl. exs.*)], in Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb., Koch *in litt.*) [in promontor. caucasico inque mont. Beschtau, alt. 200—400 hexap. (C. A. Meyer), ad fl. Terek (Güldenst.), in Iberia! (Güld., Eichw., Wilhelms *pl. exs.*), Mingrelia et Somchetia (Eichwald), territor. Elisabethpol et provincia Karabagh (Hohenack.), pr. Derbent (S. G. Gmel.), in ins. Sara m. casp.! (Kieseritzky *pl. exs.*), provinc. Talüsch pr. Lenkoran! (Hansen *pl. exs.*), et Tatuni, alt. 1—666 hexap. (Hohenack.)] inque Sibiria [uralensi pr. Jekaterinenburg (Uspenski), ad fl. Tobol usque (Falk.), altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi (Georgi, Turcz.)] et Davuria (Turcz.). ⊙. ♃.

6. *M. divaricatum* (Fenzl *in litt.*) viridissimum subglabrum, caule divaricato-diffuso: nodis incrassatis, foliis ovato-lanceolatis, calycibus inflatis quinquefidis, capsula subglobosa.

Lychnis divaricata. Reichenb. *Iconogr. crit. IV*, p. 3. f. 476. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 216?

Hab. pr. Baku? et Lenkoran? (C. A. Meyer). ⊙? ♃?

143. Viscaria. Röhl.

Deutschl. Fl. II, p. 37. — Viscariae subgen. a. Hymenanthe. Fenzl in Endlicher. *gen.* p. 973 (exl. spec. duabus ultimis). — (Fenzl *in litt.*).

Calyx ebracteolatus, 5dentatus. Petala 5, per aestivationem dextrorsum tam, quam sinistrorsum contorta: laminis basi appendiculatis. Stamina 10; alterna, petalis opposita, unguibus basi simul adhaerentia. Ovarium basi 3—5loculare. Styli 5, raro 3 v. 4, calycis dentibus oppositi. Capsula semitri- v. semiquinquelocularis, apice loculicide in dentes simplici stylorum numero dehiscens.

1. *V. vulgaris* (Röhl. l. c.) caule sub geniculis viscoso, foliis anguste oblongis basi subciliatis, floribus racemoso-paniculatis, bracteis lanceolatis v. ovato-lanceolatis margine membranaceis ciliato-lanatis, calycibus clavato-cylindraceis: dentibus acuminatis, petalis indivisis, capsula oblonga carpophoro duplo longiore.

Lychnis Viscaria. L. Sp. 625. — Dec. *Prodr. I*, p. 385. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 73. — Fisch. *Livl.* p. 234. — Lepech. *It. III*, p. 120. 140. 172. — Falk.

Beitr. II, p. 182. — Güldenst. *It. I*, p. 109. 191. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 309. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 985. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 141. — Mart. *Fl. mosq.* p. 81. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 45. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 543. c. var. flor. carneis. — Lucé. *Fl. osil.* p. 145. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 32. — Eichw. *Skizze.* p. 172. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 49. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 167. — Wirzén. *Casan.* Nr. 83.

Lychnis viscosa. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 171. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 307.
Lychnis sylvestris viscosa, rubra, angustifolia. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 70.
Lychnis petalis integris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 142. Nr. 38.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz.)]. media [Petropoli (Gorter, Weinm.), a Newa ad Ural fl (Falk), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fischer, Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsaw (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan, Mart.), Wologda, Wiätka et Perm (Lepech.). Kasan (Wirzén), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Saratow (Claus)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.) ad Tanain (Güldenst.)] inque provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), in m. Beschtau! (Hohenacr. *pl. exs.*), pr. acidulam Narzana! (Steven *pl. exs.*)] et Sibiria [usque ad fl. Tobol (Falk.), a fl. Jaik ad Irtysch (J. G. Gmel.)]. ♃.

2. *V. intermedia*: caule sub geniculis viscoso, foliis lineari-oblongis v. sublinearibus; radicalibus remote ciliatis, floribus racemosis, pedunculis oppositis unifloris, bracteis lanceolatis subciliatis, calycibus campanulato-inflatis: dentibus rotundatis, petalorum laminis bifidis, stylis 3, capsula subglobosa carpophoro brevissimo pluries longiore.

Hab. in Sibiria orientali! (Tilesius). ♃.

Media antecedentem inter et subsequentem, caulis viscositate ad priorem accedens, pedunculis autem unifloris, floribus minoribus, calyces campanulato-inflati dentibus rotundatis, petalorum laminis bifidis, stylis 3, capsulae forma et carpophoro brevissimo ab illa recedens. A subsequente differt: floribus majoribus, calycibus amplioribus, stylorum numero, caulis viscositate bracteisque angustioribus subciliatis. — An potius Silenis adnumeranda? S. paucifoliae sane non dissimilis, sed viscositate caulis, floribus nonnihil minoribus, calyce campanulato, nec elliptico, manifestissime 10striato differre videtur. — S. graminifoliae etiam affinis videtur. — Decidant alii, quibus vivam plantam observandi erit facultas.

3. *V. alpina* (Fenzl *in litt.*) caule glaberrimo viscositate experte, foliis anguste oblongis; radicalibus subinde remote ciliatis, floribus sub anthesi dense fasciculatis demum racemoso-paniculatis, pedunculis 3-(-7-) floris, bracteis ovatis lanceolatisve glaberrimis sub anthesi coloratis, calycibus obovatis: dentibus ovatis obtusis, petalorum laminis bifidis, stylis 5, capsula subglobosa carpophoro brevissimo pluries longiore.

Lychnis alpina. Dec. *Prodr. I*, p. 387. — Pall. *It. III*, p. 237. — Georgi *It. I*, p. 216; *II*, p. 720. — Lepech. *It. III*, p. 65. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 985. — Wahlenb. *Fl. lapp.* p. 134. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 45. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 200. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 185.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia! (Wahlenb, Prytz. *pl. exs.*, Fellm., Schrenk *in litt.*), territor. Kola! (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz., Schrenk *in litt.*)] et Sibiria [in promontorio uralensi (Georgi), mont. uralensibus septentrionalibus (Lepech.) et ad Baikal (Georgi)] inque Davuria (Pall.). ♃.

144. Lychnis. Tournef.

Lychnis Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 385 (excl. sect. I. et IV. ac spec. pl. sect. III.). — Fenzl in Endlicher. *gen.* p. 973 (excl. subgen. a. et d.). — (Fenzl *in litt.*)

Calyx ebracteolatus, quinquefidus v. quinquedentatus. Petala 5, per aestivationem dextrorsum tam, quam sinistrorsum contorta: laminis indivisis v. bi- quadrifidis v. laciniatis, basi appendiculatis. Stamina 10; alterna, petalis opposita, unguibus basi simul adhaerentia. Ovarium uniloculare. Styli 5, calycis laciniis oppositi. Capsula unilocularis, inter stylos simplici eorundem numero marginicide dehiscens. Semina estrophiolata.

Sect. I. *Eulychnis.* Dec. Calyx membranaceus, teretiusculus: laciniis haud tortis. Petalorum appendiculi herbacei, inermes. — Lychnidis subgen. c. Fenzl l. c. — Lychnidis sect. II. et III. ex parte. Eulychnis et Agrostemma. Dec. l. c.

1. *L. chalcedonica* (L. Sp. 625) caule hirsuto, foliis ovato-ellipticis subcordatis, floribus in fasciculum densum multiflorum dispositis, calycibus cylindraceis pilosis; fructiferis clavatis, petalorum laminis bifidis basi subdenticulatis, capsula carpophoro sesquilongiore.

L. chalcedonica. Dec. *Prodr. I*, p. 385. — Pall. *It. I*, p. 184. 196. 219; *III*, p. 687. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 150; *II*, p. 197. — Lepech. *It. I*, p. 73. 204. — Falk. *Beitr. II*, p. 181. — Güldenst. *It. I*, p. 110. 191. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 546. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 168. — Eichw. *Skizze.* p. 172. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 153. 163. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Weinm. *Tambow.* Nr. 69. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 163.

L. floribus fasciculatis fastigiatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 144. Nr. 42.

Hab. in Rossia media [inter Okam et Wolgam (Falk.), Tambow (Pall., Weinmann), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Simbirsk (Pallas, Falk., Lepech., Claus), Orenburg (Claus), pr. Slatoust (Nesterofsky), ad Ural fl. (Falk.)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania (Besser), ad Tanain (S. G. Gmel., Güldenst.), pr. Astrachan (S. G. Gmel.)], in provinciis caucasicis ad fl. Terek (Güldenst.) inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [mont. et desert. ural. (Falk., Lessing), m. Ilmens.! (Lessing *in herb. reg. berol.*), Altai! (Fl. alt.)], in deserto soongoro-kirghisico (Karel. et Kiril.). ♃.

2. *L. fulgens* (Fisch. in Sims. *botan. Mag.* t. 2104. ex Dec.) hirsuta, foliis oblongis v. ovato-oblongis, floribus in fasciculum laxiusculum pauciflorum dispositis, calycibus clavatis sublanatis, petalorum laminis quadrifidis: laciniis exterioribus elongatis subulatis, carpophoro brevi.

L. fulgens. Dec. *Prodr. I*, p. 386. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 224.

Hab. in Davuria! (Turcz., Fisch. *pl. exs.*). ⊙. ♃.

3. *L. saxatilis* (Turcz. in Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. a. 1835. p. 32. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 228) pubescens subviscosa, foliis lanceolatis v. oblongis, floribus paniculatis, calycibus subcampanulatis, pubescentibus petalorum laminis quadrifidis: laciniis exterioribus brevioribus lineari-lanceolatis, carpophoro brevi.

Hab. in Davuriae lapidosis ad fl. Schilka et Argun! (Turcz.). ♃.

Petala alba, multo minora, quam antecedentis.

4. *L. Flos cuculi* (L. Sp. 625) caule scabro v. hirto, foliis oblongo-linearibus, floribus subcorymboso-paniculatis, calycibus subcampanulatis

glabris, petalorum laminis quadrifidis: laciniis linearibus; exterioribus brevioribus angustioribusque, carpophoro subnullo.

L. Flos cuculi. DEC. *Prodr. I*, p. 387. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 73. — FISCHER. *Livl.* p. 234. — LEPECH. *It. III*, p. 144. — FALK. *Beiträg. II*, p. 182. — GÜLDENST. *It. I*, p. 110. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 308. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 985. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 356. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 140. — MART. *Fl. mosq.* p. 81. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 45. — BESSER. *Enum* p. 17. Nr. 542. c. var. fl. albis. — LUCÉ. *Fl osil.* p. 145. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 33. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 187. — EICHW. *Skizze.* p. 172. — WEINM. *Fl petropol.* p. 49. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 231. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 167. c. var. flor. albis. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 85. c. var. flor. albis.

L. laciniata. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 171. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 307.

L. quadridentata. LUCÉ. *Fl. osil* p. 145?

L. pratensis, flore laciniato. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 70.

L. petalis quadrifidis, fructu subrotundo. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 145. Nr. 43.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), a Newa usque ad fl. Ural (FALK.), Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCHER, FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIBERT, JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHWALD), Kursk (HÖFFT.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Wiätka (LEPECH.), Kasan (WIRZEN), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Orenburg pr. Slatoust (NESTEROFSKY)] et australi [Podolia (BESSER), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING)] in Caucasi orientalis pratis montanis altioribus (M. a BIEB.) et Sibiria [provincia Iset. usque ad Irtysch (J. G. GMEL.), uralensi usque ad fl. Tobol (FALK.), altaica! (FL. ALT.) et baikalensi rarissime (TURCZ.). ♃.

5. *L. sibirica* (L. SP. 626) **subhirta, caule subramoso, foliis oblongo-linearibus, floribus in paniculam subcorymbosam subdichotomam dispositis, calycibus turbinatis subhirtis, petalorum laminis emarginatis v. subbifidis, capsula carpophoro quadruplo longiore.**

L. sibirica. DEC. *Prodr. I*, p. 387. — GEORGI. *It. I*, p. 216. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 985. — CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea. I*, p. 44. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 230.

L. (Silene) floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 139. Nr. 32 (excl. synon.).

Hab. in omni Sibiria (J. G. GMEL.) [uralensi pr. Jekaterinenburg? (USPENSKI), altaica pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), baikalensi! (GEORGI, TURCZ.), orientali! (REDOWSKY ex CHAM. et SCHLECHT.), inter Wiluisk et Olekminsk! (KRUHSE *pl. exs.*)] et Davuria! (TURCZ.). ♃.

Sect. II. *Agrostemma.* L. Calyx fructifer coriaceus, costato-angulatus: laciniis elongatis sinistrorsum contortis. Petalorum appendiculi rigidi, pungentes. — Lychnidis subgen. b. FENZL in ENDLICHER. *gen.* p. 974.

6. *L. coronaria* (LAM. *Encycl. méth. III*, p. 643) **tomentosa, caule dichotomo, foliis oblongis, pedunculis elongatis unifloris, calycibus subcampanulatis costatis, petalis subretusis crenulatis, corona connivente subpungente, carpophoro subnullo.**

L. coronaria DECAND. *Prodr. I*, p. 387. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 217. — FISCHER, MEYER et TRAUTVETTER. *Ind. III. sem. h. petropol.* p. a. 1837. p. 40. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 164.

Agrostemma Coronaria. PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 985. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 355.

Hab. in Tauria (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [mont. Talüsch inter Leukoran et Suwant, alt. 500 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ♃.

Quid. ?: *L. apetala.* Fisch. *Livl.* p. 235. — Livonia (Fisch.).
L. n. sp. Clark. *It. I*, p. 224. — Ad Tanain (Clark.).

145. Githago. Desf. Cat. 159.

Lychnidis sect. IV. Dec. *Prodr. I*, p. 387. — Lychnidis subgen. a. Fenzl. in Endlicher. *gen.* p. 974. — (Fenzl. *in litt.*).

Calyx ebracteatus, semiquinquefidus: laciniis praelongis, linearibus, foliaceis, haud contortis demum delabentibus. Petala 5, dextrorsum tam, quam sinistrorsum contorta: laminis integris, basi inappendiculatis. Stamina 10; alterna, petalis opposita, unguibus basi simul adhaerentibus. Ovarium uniloculare. Styli 5, extus pubescentes, haud torti, cum calycis laciniis alterna. Capsula unilocularis, apice dentibus inter stylos, simplici eorundem ordine, marginicide dehiscens.

1. *G. segetum.* Desf. *l. c.* — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 541.

Agrostemma Githago. L. Sp. 624. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 73. — Fischer. *Livl.* p. 234. — Falk. *Beitr. II*, p. 181. — Güldenst. *It. I*, p. 109. 192; *II*, p. 144. 262. 340. 375. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 307. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 984. — Clark. *It. I*, p. 353. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 355. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 140. — Mart. *Fl. mosq.* p. 81. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 46. — Luce. *Fl. osil.* p. 144. — Weinmann. *Fl. petropol.* p. 49.

Agrostemma hirsuta. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 273. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 308.

Lychnis Githago. Lam. *Encycl. méth. III.* p. 643. — Dec. *Prodr. I*, p. 387. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 33. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 217. — Eichwald. *Skizze.* p. 172. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Wirzén. *Fenn.* p. 36. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 232. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 164. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 168. — Wirzén. *Casan.* Nr. 86. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 162.

Lychnis Agrostemma. Ledeb *Fl. alt. II*, p. 184.

Lychnis segetum major. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 70.

Lychnis (Agrostemma) hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 136. Nr. 27.

Nigellastrum, Pseudo-Melanthium. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 83.

Hab. in Rossia (J. G. Gmel., Falk.) septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Luce), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Tschernigow et Orel (Güldenst.), Kursk (Höfft.), Mosqua (Stephan, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Orenburg pr. Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Podolia (Besser, Eichwald), Ucrania (Güldenst.), terra Cosaccorum (Clarke), ad Tanain (Güld., Henning)] et Wolgam mediam (Claus)], Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ad fl. Terek (Güldenst.), in provinc. Karabagh (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), prov. Talüsch pr. Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenack.) et Tatuni. alt. 666 hexap. (Hohenack.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi pr. Jekaterinburg (Uspenski), altaica! (Fl. alt.), in agris ad fl. Irtysch hinc inde (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi] et Davuria (Turcz.). ♃.

146. Cucubalus. Tournef.

Gärtn. *de fruct II*, p. 376. t. 77. f. 7. — Dec. *Prodr. I*, p. 367. — Meisner. *gen.* p. 24. — *Comment.* p. 21. — Endlicher. *gen.* p. 974.

Calyx ebracteolatus, semiquinquefidus; fructifer inflatus. Petala

5: laminis bifidis, basi appendiculatis. Stamina 10, cum petalis inserta. Ovarium uniloculare. Styli 3. Capsula globosa, baccata, unilocularis, indehiscens.

1. *C. bacciferus.* L. Sp. 591. — Dec. *Prodr. I*, p. 367. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 67. — Lepech. *It. I*, p. 237; *III*, p. 73. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 164. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 303. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Güldenst. *It. I*, p. 14. 110. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 135. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 513. — Höfft. *Cat Kursk.* p. 31. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 213. — Eichwald. *Skizze.* p. 172. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 232. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 161. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 156. — Wirzén. *Casan.* Nr. 76.

C. baccatus. Güldenst. *It. I*, p. 192. 197. 210. 257. 343.
Silene baccifera. Willd. *Sp. pl. II*, p. 700. — Clark. *It. I*, p. 601. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 339. — Mart. *Fl. mosq.* p. 78.
Lychnanthus volubilis. S. G. Gmel. *in nov. Comment. Acad. petropol. XIV*, p. 525. t. 17. f. 1. — Ej. *It. I*, p. 171.
Cacubalus vel Cucubalus. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 25.

Hab. in Rossia media [Petropoli (Gorter), a Petropoli ad Sysran (Falk.), Nowgorod (Güldenst.), Livonia (C. A. Meyer), Curonia pr. Illuxt (Fleischer et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft.), Mosqua (Mart.), Kasan (Wirzén), Saratow (Lepech., Claus), Orenburg (Claus)] et australi [pr. Kiew (Güldenst.), in Podolia (Besser), Ucrania (Güld.), gub. Cherson pr. Nikolajew (Clark.), ad Tanain (S. G. Gmel., Güld., Henning), pr. Astrachan! (Blum *pl. exs.*)] in provinc. caucasicis (M. a Bieb.) [promont. Caucasi occident. (C. A. Meyer), Iberia (M. a Bieb.), territor. Elisabethpol et pr. Lenkoran (Hohenacker)] et Sibiria uralensi septentrionali (Lepech.). ♃.

Tribus III. Drypideae. Fenzl. *in Annal. d. Wiener Mus. II*, p. 309.

Capsula inferne membranacea, superne chartacea v. crustacea, medio irregulariter transversim rumpens, mono-oligosperma. Semina oblonga, compressiuscula, umbilico apicali. Embryo periphericus, annularis, v. extremitate cotyledonari involuta subspiralis.

147. Acanthophyllum. C. A. Meyer.

Ind. cauc. p. 210. — Fenzl. *in Annal. d. Wiener Mus. I*, p. 37. t. 5; *II*, p. 309. Meisn. *gen.* p. 24. — *Comment.* p. 21. — Endlicher. *gen.* p. 974.

Calyx tubulosus, quinquedentatus. Petala 5, capsulae hypogynae membranaceae summo margini cum staminibus inserta: lamina basi nuda. Stamina 10; alterna, petalis opposita, breviora. Ovarium uniloculare: ovulis quatuor. Styli duo. Ultriculus abortu di-monospermus. Semina erecta: extremitate radiculari oblique porrecta.

§. 1. *Cymae corymboso-fasciculatae sive paniculatae.*

1. *A. spinosum* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 210) pubescens diffuso-ramosissimum, foliis acerosis triquetro-subulatis rigide patentissimis persistentibus, floribus corymboso-fasciculatis sessilibus, calyce

tenue cylindrico basi apiceque angustato: dentibus ovatis aristato-acuminatis, petalorum laminis oblongo-linearibus obtusis integerrimis (laete roseis), capsula obovata calycem excedens supra crasse pergamenea.

A. spinosum. FENZL. *in Annal. d. Wiener Mus. II*, p. 310.

Dianthus spinosus. DESF. *Mém. du Mus. I*, p. 198. t. 16. f. 1. — DEC. *Prodr. I*, p. 355.

Saponaria pungens. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 133. — LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 4.

Hab. in Sibiriae altaicae arena mobili ad fl. Irtysch haud procul a lacu Noor-Saisan! (FL. ALT.). ♄. — [In Persia (OLIVIER et BELANGER), in regno Cabul (HONIGBERGER)].

2. *A. versicolor* (FISCH. et MEYER. *Ind. IV. sem. h. petropol.* 1837, p. 31) pubescenti-hirsutum, foliis carnosulis linearibus apice sublatioribus planis acutiusculis muticis, floribus cymoso-paniculatis, calycis dentibus linearibus, sinubus acutis, petalorum laminis obovatis retusis (primum ochroleucis, postea albis, demum purpurascentibus), utriculo calyce 4plo longiore.

A. versicolor. FENZL. l. c.

Hab. in locis lapidosis aridissimis desertisque salsis provinciae Nakitschewan, Armeniae (FISCH. et MEYER). ♄.

Corolla facile subirregularis, petalo scilicet infimo porrecto, 2 lateralibus patentibus, 2 superioribus reflexis (FENZL.).

§. 2. *Cymae glomerato-fasciculatim contractae, capituliformes.*

3. *A. mucronatum* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 210) scabriusculum squarroso-ramosum, ramis simplicibus virgatis v. superius simplicius brachiato-paniculatis, foliis teretiusculis filiformibus succulentis mucronatis demum deciduis pseudoverticillatis, florum capitulis terminalibus et ad ramulorum nodos remotos per paria dispositis sessilibus, calyce turbinato pubescente: ore denticulis 5 aequalibus minimis ovatis, marginibus villosulis introflexis, apice mucrone spinescente patenti auctis pentagono; florum centralium ebracteolato; lateralium bibracteolato, petalorum laminis obovatis emarginatis fere obcordatis (albis), capsula calycem aequante.

A. mucronatum. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 159. — FENZL. l. c.

Hab. in locis lapidosis aridis montium Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 666—833 hexap.! (C. A. MEYER, HOHENACK.). ♄.

4. *A. Tournefortii* (FENZL. l. c.) scabriusculum squarroso-ramosum, ramis virgatis simplicibus, foliis teretiusculis filiformibus mucronatis pungentibus demum deciduis pseudoverticillatis, florum capitulis terminalibus et ad ramulorum nodos remotiusculos per paria dispositis sessilibus, calyce cylindrico glabro; florum centralium 4—; lateralium 5—6bracteolato; dentibus inaequilobis late subulatis aristato-mucronatis pungentibus strictis; marginibus glaberrimis haud introflexis, petalorum laminis cuneato-linearibus apice leve emarginatis sive bidentatis (albis), capsula obconico-cylindracea calyce inclusa.

A. mucronatum. FENZL. (nec MEYER) *in Annal. d. Wiener Mus. I*, p. 37. t. 5. deletis capsulae dehiscentis ac embryonis iconibus erroneis.

Hab. in Armenia, inter Erzerum et Tokat (GUNDELSHEIMER in WILLD. *herb.* Nr. 8764). — Intra limites Imperii rossici nondum observatum).

Silenearum distributio in Imperio rossico.

Genera.	In Rossia arctica.	In Rossia septentrionali.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.	In Davuria.	In Sibiria orientali.	In terra Tschuktschorum.	In Sibiria arctica.	In Kamtschatka.	In insulis oceani orientalis.	In America rossica.
Velezia . . .	—	—	—	1	1	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Dianthus . . .	2	3	10	20	7	19	11	7	3	2	2	—	3	—	—	1
Gypsophila . .	—	—	4	12	4	10	4	9	4	2	2	—	—	1	—	—
Saponaria . .	—	—	1	1	2	6	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Vaccaria . . .	—	—	1	1	1	1	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—
Silene	6	3	16	20	14	38	12	21	7	6	4	1	1	1	1	1
Melandryum .	3	2	2	1	1	2	2	5	4	2	1	1	—	—	1	1
Viscaria . . .	1	2	1	1	—	1	2	1	1	1	1 ?	—	—	—	—	—
Lychnis . . .	—	1	2	2	1	3	2	3	2	3	1	—	—	—	—	—
Githago . . .	—	1	1	1	1	1	1	1	1	1	—	—	—	—	—	—
Cucubalus . .	—	—	1	1	—	1	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Acanthophyllum	—	—	—	—	—	2	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—
	12	12	39	61	32	85	36	49	22	17	11	2	4	2	2	3

Tabula comparativa specierum e Silenearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum: Rossia arctica.	Rossia septentrionali.	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinc. caucas.	Sibiria ural.	Sibiria altaica.	Sibiria baikal.	Davuria.	Sibiria oriental.	Terra Tschuktschorum.	Sibiria arctica.	Kamtschatka.	Insul. oceani orient.	America rossica.	Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
Germaniae	10	15	32	31	16	29	22	19	12	7	3	1	3	—	1	1	62
Rossiae arcticae . . .	—	7	9	6	3	5	10	9	9	6	3	2	2	—	2	2	12
Rossiae septentrionali .	—	—	11	9	4	7	10	9	9	6	1	—	1	—	—	—	12
Rossiae mediae . . .	—	—	—	31	14	23	26	24	14	7	4	1	2	1	1	1	39
Rossiae australi . . .	—	—	—	—	27	39	27	27	12	7	3	—	2	—	—	—	61
Tauriae	—	—	—	—	—	27	12	13	5	4	2	—	—	—	—	—	32
Provinciis caucasicis .	—	—	—	—	—	—	22	22	9	6	3	—	1	1	—	—	85
Sibiriae uralensi . . .	—	—	—	—	—	—	—	24	15	9	5	1	2	1	1	1	36
Sibiriae altaicae . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	17	11	8	1	2	1	1	1	49
Sibiriae baikalensi . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	11	5	1	2	1	1	1	22
Davuriae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	5	—	2	1	—	—	17
Sibiriae orientali . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	2	1	2	11
Terrae Tschuktschorum	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2	2
Sibiriae arcticae . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	4
Kamtschatkae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2
Insulis oceani orientalis	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2
Americae rossicae . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	3

Tabula comparativa Silenearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum.				
	In Imperio rossico provenientium.	In Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae communium.	In imperio ross., nec in Germania proveniunt.	In Germania, nec in imper. ross. proveniunt.
Velezia	1	—	—	1	—
Dianthus	35	20	14	21	6
Gypsophila	21	5	4	17	1
Saponaria	6	3	1	5	2
Vaccaria	1	1	1	—	—
Silene	63	24	18	45	6
Melandryum	6	2	2	4	—
Viscaria	3	2	2	1	—
Lychnis	6	3	2	4	1
Githago	1	1	1	—	—
Cucubalus	1	1	1	—	—
Acanthophyllum	3	—	—	3	—
	147	62	46	101	16

Silenearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	⊙.	⚇.	♃.	♄.
Rossia arctica	—	1	12	—
Rossia septentrionalis	1	1	11	—
Rossia media	8	3	29	—
Rossia australis	11	6	44	3
Tauria	8	5	21	1
Provinciae caucasicae	18	6	60	5
Sibiria uralensis	4	1	32	2
Sibiria altaica	5	3	40	—
Sibiria baikalensis	3	1	19	—
Davuria	3	1	14	—
Sibiria orientalis	—	—	10	—
Terra Tschuktschorum	—	—	2	—
Sibiria arctica	—	—	4	—
Kamtschatka	—	—	2	—
Insulae oceani orientalis	—	—	2	—
America rossica	—	—	3	—

Ordo. XVIII. Alsineae. Bartl. *)

Calyx 4—5partitus: laciniis aestivatione imbricatis. Corolla nunc nulla, nunc petala sepalis numero aequalia, rarius abortu pauciora, iisdem alterna. Stamina perigyna vel subhypogyna. Ovarium sessile, liberum, uniloculare, pluri-, rarius uni- ovulatum: placenta centrali, libera. Styli vel stigmata basi distincta. Capsula simplici vel duplici stylorum numero in dentes vel valvas dehiscens. Semina albuminosa. Embryo periphericus, curvatus vel annularis. — Herbae vel suffrutices, foliis exstipulatis.

*) Cfr. adnotationem ad Gypsophilam.

Tribus I. Sabulineae. FENZL. in ENDLICHER. *gen.* p. 963.

Ovarium uniloculare. Capsula in valvas tot quot styli dehiscens: valvis integerrimis.

Subtribus I. Sagineae. FENZL. l. c.

Styli tot quot sepala, iisdem alterni. Capsulae valvulae sepalis oppositae.

148. Sagina. L.

FENZL. *in Annal. d. Wiener Mus. I*, p. 43. — ENDLICHER. *gen.* p. 963. — MEISN. *gen.* p. 25. — *Comment.* p. 22.

Calyx 4—5partitus. Corollae petala 4—5, integra vel emarginata, saepe obsoleta vel nulla. Stamina hypogyna, nunc 4 vel 5, sepalis opposita; nunc 10, iisdem opposita et alterna, omnia fertilia. Ovarium multiovulatum. Stigmata 4—5. Capsula ad basin 4—5valvis: valvis sepalis oppositis.

1. *S. apetala* (L. *Mant. II*, p. 559) annua, glanduloso-puberula v. glabra; cauliculis simplicibus erectis v. ramosis adscendentibus; foliis subulato-setaceis, aristatis v. muticis, basi ciliatis v. nudis; floribus 4-meris, calycis laciniis ovatis vel oblongis, obtusiusculis v. acutis, muticis v. mucronulo inflexo cuspidatis; petalis nullis v. obsoletissimis; capsulis demum calyce $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ longioribus; seminibus diametro majore $\frac{1}{8}$''' latis.

α. imberbis: foliis omnibus glaberrimis, ad oras nudis v. paucissimis basi obsoletissime ciliatis.

β. barbata: foliis omnibus v. plurimis ad oras ciliatis.

S. apetala. DEC. *Prodr. I*, p. 389. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 166.

Hab. utraque var. in Rossia media [Livonia! (C. A. MEYER)], australi [Podolia occidentali! (BESSER)], inque provinciis caucasicis [pr. Leukoran (HOHENACK.)]. ☉.

2. *S. procumbens* (L. SP. ed. 2. *I*, p. 185) perennis, glaberrima; caudiculis laxe caespitantibus v. subsolitariis, procumbentibus v. erectiusculis; foliis anguste linearibus v. filiformibus, muticis v. mucronulatis; floribus 4-meris, 4andris, uno alterove 5mero rarius immixto, calycis laciniis late ovatis obtusis; petalis ovatis integris, calyce dimidio brevioribus v. nullis; capsula ovoidea, calyce demum sesquilongiore, valvulis ovatis, obtusis.

S. procumbens. DEC. *Prodr. I*, p. 389. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 26. — GEORGI. *It. I*, p. 199. — FISCH. *Livl.* p. 194. — FALK. *Beitr. II*, p. 121. — STEPH. *Fl. mosq.* Nr. 113. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 18. — MART. *Fl. mosq.* p. 32. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 49. — BESSER. *Enum.* p. 8. Nr. 184. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 12. — LEDEB. *Fl. alt. I*, p. 155. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 220. — FELLM. *Ind. Kola.* Nr. 81. — EICHW. *Skizze.* p. 173. — FELLM. *Ind. Lappon.* Nr. 74. — CLAUS. *Ind. des.* in GÖBEL. *It. II*, p. 259. — WEINMANN. *Fl. petropol.* p. 21. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 162. — WIEZÉN. *Casan.* Nr. 87.

Sagina. GÜLDENST. *It. I*, p. 426.

Moehringia muscosa. LUCÉ. *Fl. osil.* p. 125.

Alsinella muscoso flore repens. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 11.

Alsine graminifolia saxatilis, flore parvo, tetrapetalo, albo. MESSERSCHM. in AMMAN. *ruth.* p. 68. Nr. 87.

Alsine tetrapetala, foliis angustis origine lutescentibus. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 159. Nr. 69.

α. corollina: petalis distinctis.

β. apetala: petalis nullis.

Ludit utraque var:

αα. Cauliculis simplicissimis v. subramosis, ½—1″ longis, suberectis; foliis angustis, in axillis dense fasciculiferis.

ββ. Cauliculis ramosis, humifusis, varie elongatis; foliis planis, majoribus ⅓‴ latis, fasciculis axillaribus remotis, laxis.

γγ. Cauliculis subramosis adscendentibus, foliis carnosis semiteretibus, basi late connatis, fasciculis axillaribus paucis.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola et Lapponia (FELLMANN)], septentrionali [Fennia (PRYTZ.)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCHER et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH.) et Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Kasan (WIRZÉN), Orenburg (NESTEROFSKI)] et australi [Kiew (TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER, EICHW.), ad Tanain (HENNING), Wolgam (FALK.)] in provinciis caucasicis [Terek, alt 850 hexap. (C. A. MEYER), in Imeretia (GÜLDENST.)], inque Sibiria! [Altai! (FL. ALT.), ad Jeniseam (MESSERSCHM. ex AMMAN.), Baikal (J. G. GMELIN, GEORGI)]. ♃.

3. *S. intermedia* (FENZL. *Alsin. msc.*) annua (?), caespitans, glaberrima, cauliculis subsimplicibus haud radicantibus, 1— v. 2floris; foliis carnosis lineari-subulatis, acutis, muticis v. mucronulatis; floribus omnibus v. plurimis 4meris—paucissimis 5meris immixtis —; calycis laciniis latissime ovalibus v. subrotundis; petalis ovalibus ellipticisve calyce subbrevioribus; staminibus 8 v. 4 saltem pluribus.

Hab. in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii (cum speciminibus S. Linnei: Spergulae saginoidis titulo ab Acad. petropol. museo vindobonensi communicata.). ⊙ ?

4. *S. Linnaei* (PRESL. *Rel. Haenk. II*, p. 14) perennis caespitans, glaberrima; cauliculis radicantibus subsimplicibus 1— v. paucifloris; foliis lineari-subulatis v. filiformibus, acuminatis v. obsolete mucronulatis; floribus omnibus 5meris, decandris v. subdecandris; calycis laciniis ovalibus v. ovato-oblongis, obtusis, ecarinatis; petalis ovatis v. oblongis, obtusis, calycem subaequantibus, rarissime dimidio brevioribus v. nullis; capsulae valvulis oblongo-lanceolatis, calycem duplo excedentibus.

α. micrantha: floribus plerumque subdecandris v. pentandris; petalis calyce saepissime dimidio brevioribus, interdum 5 paucioribus, rarissime nullis.

Spergula micrantha. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 183. — LESSING *in Linnaea. IX*, p. 154.

Spergula semidecandra. TURCZ. *msc.*

Hab.: 1. Lusus tenellus, laxius caespitans in Sibiria uralensi (LESSING), altaica! circa Barnaul et Tomskoi-Sawod (FL. ALT.) et baikalensi pr. Irkutzk! (TURCZ.).

2. Lusus densius caespitans, rigidior in Kamtschatka!, Unalaschka! inque America arctica ad sinum Eschscholtzii! (ESCHSCHOLTZ.). ⊙. ♃.

β. decandra: floribus omnibus decandris, petalis calycem subaequantibus, latis. S. Linnaei. PRESL. l. c.

Spergula saginoides. L. SP. 631. — DEC. *Prodr. I*, p. 394. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 362. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 49. — CHAMISSO et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 46. — FELLM. *Ind. Kola.* Nr. 204. — Ej.

Ind. Uppon. Nr. 190. — HOOKER. *Fl. bor. amer. I*, p. 93. — BONGARD *de Veget. ins. Sitcha.* p. 128. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 233.

Alsine foliis conjugatis angustis linearibus, petalis integris. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 153. Nr. 59.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (FELLM.), Lapponia (FELLM., SCHRENK *in litt.*), terra Samojedarum (SCHRENK *in litt.*)], septentrionali [Fennia (PRYTZ., SCHRENK *in litt.*)], alp. caucasicis (M. a BIEB.), Sibiria baikalensi pr. Irkutzk! (TURCZ.), insulis St. Pauli!, Unalaschka (CHAMISS., ESCHSCHOLTZ) et Sitcha! (MERTENS) inque America arctica ad sinum Eschscholtzii! (CHAMISS., ESCHSCHOLTZ.). ♃.

5. *S. nodosa* (FENZL. *Verbreit. d. Alsin. tab. synopt. ad* p. 18) perennis, glaberrima v. glanduloso-puberula; cauliculis adscendentibus, ramulosis, raro simplicissimis; foliis teretiusculis filiformibus, muticis v. mucronulatis, radicalibus et caulinis infimis longioribus, late vaginantibus, confertis, superioribus remotis, brevissimis; fasciculis axillaribus glomeriformibus minimis; floribus decandris; petalis late ovatis, calycis lacinias obtusas duplo superantibus.

Ludit 1: herba tota glaberrima.

S. nodosa. FENZL. l. c.

Spergula nodosa. L. SP. 630. — DEC. *Prodr. I*, p. 394. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 75. — FISCH. *Livl.* p. 234. — GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 156. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 297. c. icone. — FALK. *Beitr. II*, p. 182. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 316. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 139. — MART. *Fl. mosq.* p. 83. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 49. — BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 553. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 146. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 33. — EICHW. *Skizze.* p. 173. — FELLMANN. *Ind. Kola.* Nr. 203. — CLAUS. *Ind. dec. in* GÖBEL. *It. II*, p. 259. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 49. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 163.

Alsine foliis fasciculatis, petiolis simplicibus, petalis integris. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 153. Nr. 58.

2. herba modo passim, modo tota glanduloso-puberula.

Spergula glandulosa. BESSER. *Primit. Fl. Galic. I*, p. 298; *II*, app. p. 359. — Ej. *h. cremen.* p. a. 1811. p. 105. — DECAND. *Prodr. I*, p. 394.

Spergula nodosa β. pubescens. M. et KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 363.

Spergula nodosa β. glandulosa. BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 553. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 49. — FLEISCH. et LANDEMANN. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 163.

Hab. in Rossia arctica [territ. Kola (FELLMANN)], septentrionali [Fennia (PRYTZ.)], media [a Newa fl. ad Kamam fl. et Orenburg usque (FALK.), Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Orenburg (CLAUS)] et australi [Podolia! (BESSER)] inque Sibiria inter fl. Jaik et Ob (J. G. GMEL.). ♃.

Subtribus II. Eualsineae. FENZL. *in* ENDLICHER. *gen.* p. 964.

Calyx 4—5partitus. Styli 2—3, interdum 4—5, calycis laciniis in aestivatione exterioribus v. omnibus oppositi. Capsulae valvulae calycis laciniis alternae v. dum iisdum numero pauciores interioribus oppositae.

149. Buffonia. Sauvage.

Decand. *Prodr. I*, p. 388. — Fenzl. *in Annal. d. Wiener Mus. I*, p. 51. t. 6. f. 1—5. — Meisn. *gen.* p. 25. — *Comment.* p. 22. — Endlicher. *gen.* p. 964.

Calyx 4partitus: laciniis exterioribus conduplicatis, brevioribus. Petala 4, minuta, integerrima v. apice bidentata. Stamina nunc 4, laciniis calycinis opposita, nunc 8, iisdem opposita et alterna. Stigmata 2, laciniis calycinis exterioribus opposita. Capsula lenticulari-compressa, usque ad basin bivalvis: valvis calycis laciniis interioribus oppositis. Semina 2, basilaria.

1. *B. tenuifolia* (L. Sp. 179) annua v. biennis; caulibus erectis, ramis contractis, glabris; foliis subulato-setaceis, basi connato-vaginantibus, erectis, infimis longioribus; cymulis paniculaeformibus, copiosis, longitudine ramorum ac ramulorum racemose v. spicatim confertis; calycis laciniis acuminatis v. cuspidatis, petala 2—3plove superantibus; staminibus 4 v. 2—3.

β. intermedia: calycis laciniis demum vix $1\frac{1}{4}'''$ longis, 3—v. subquinquenerviis, pedicellis apice puberulis; seminibus granulatis v. subechinulatis.

B. tenuifolia. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 115. — Eichw. *casp. cauc.* p. 26.
B. annua. Dec. *Prodr. I*, p. 388. — Besser. *Enum.* p. 51. Nr. 1462. — Eichwald. *Skizze.* p. 173.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (Besser, Eichwald)], Tauria! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Somchetia et Kachetia (Eichwald)]. ⊙. et ⊙.

150. Queria. Löfl.

Dec. *Prodr. III*, p. 379. — Meisn. *gen.* p. 25. — *Comment.* p. 21. — Endlich. *gen.* p. 964.

Calyx 5partitus: laciniis inaequalibus, una alterave uncinatim recurva. Corolla nulla. Stamina 10, omnia fertilia. Styli 3. Capsula tenerrime membranacea, unilocularis usque ad medium in valvas tres, integerrimas, calycis laciniis interioribus oppositas dehiscens. Semen unicum.

1. *Q. hispanica.* Löfl. *It.* p. 48. — L. Sp. 132. — Dec. *Prodr. III*, p. 379. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 90. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 232. — Eichw. *casp. cauc.* p. 28.

Alsine hispanica. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 165.

Hab. in Tauria! (Steven, Parreyss) et provinciis caucasicis [Iberia (Wilhelms), pr. Constantinogorsk (M. a Bieb.), in Somchetia et Kachetia! (Eichw.), pr. Helenendorf! (Hohenack.) inque provinc. Talüsch pr. Suwant, alt. 670 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ⊙.

151. Alsine. Wahlenb.

Wahlenberg. *Fl. lappon.* p. 129 (excl. spec. stipulat. et A. peploide). — Fenzl. *Monogr. Alsin. ined.* — Meisn. *gen.* p. 25. — *Comment.* p. 21. — Endlicher. *gen.* p. 964.

Calyx 5-, rarissime 4partitus. Petala 4 v. 5, rarissime obsoleta vel nulla. Stamina 10 v. 8, rarius 5, rarissime pauciora, omnia fertilia. Stigmata 3, calycis laciniis exterioribus opposita, interdum 4 v. 5, rarissime 2. Capsula ovoidea v. conica, usque ad basin in valvas

stigmatum numero, calycis laciniis interioribus oppositas v. omnibus alternas dehiscens. Semina plurima, columnae centrali inserta.

Sect. I. *Sabulineae.* Fenzl. in Endlicher. *gen.* p. 964. Herbae amphigeae, extratropicae, boreales, annuae, fugaces, cauliculis a basi v. ultra medium dichotomiis iteratis in cymam paniculaeformam, effusam, rarius fastigiato-contractam, multifloram solutis. Folia trinervia, subulata v. setacea. Flores minuti, interdum apetali, bi-triandri v. penta-decandri, distincta pedicellati. Calyx fructifer basi haud induratus, laciniis subaequilongis, trinerviis, concoloribus, corollam superantibus, raro subaequantibus. — Alsinella. Hartm. (Endlicher. *Enchirid.* p. 505).

1. *A. tenuifolia* (Crantz. *Instit. II*, p. 407) annua, glaberrima v. passim v. tota glanduloso-pubescens, simplex v. a basi ramosa, erecta v. diffusa; foliis subulato-filiformibus v. subulato-setaceis, in vivo uni-, in sicco trinerviis, remotis; pedicellis folia bractealia superantibus v. aequantibus, post anthesin stricta v. subincurvato-patentibus, demum erectis; calycis laciniis oblonge lanceolatis lanceolatisve acuminatis v. attenuatis trinerviis, herbaceis; petalis ovalibus, ellipticis, lanceolatisve obsoletissime unguiculatis, calyce quadrante, dimidio v. subtriplo brevioribus, interdum nullis; staminibus 2—10; capsula ellipsoideo-subcylindrico-conica, calycem aequante v. superante; seminibus minimis, dorso subtilissime muricatis, opacis.

α. grandiflora: decandra, petalis ovalibus, calycem fere aequantibus; capsula ellipsoideo-conica, calycem plus minusve superante; bracteis plerumque subulatis.

Ludit herba glaberrima v. passim v. tota glanduloso-pubescente.
A. tenuifolia. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 219 (ex parte ad var. *δ*).
Arenaria tenuifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 405. var. *α.* et *γ.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 349 (var. *β.* ad lusum pubescentem spectant.); *III*, p. 310. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 173 (ad lusum eglandulosum spect.).
Arenaria hispida. Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 979 (ad lusum glanduloso-pubescentem spect.).

Hab. in Rossia media [pr. Mosquam! (fide spec. herb. mus. acad. petropol.)] et australi [pr. Odessam! (Szowits ex Besser), ad Tanain (Güldenst. ex Georgi, Henning), in Tauria et Caucaso (M. a Bieb.), pr. Baku! (C. A. Meyer), inque Sibiria altaica [deserto soongoro-kirghisico (Karel. et Kiril.)]. ⊙.

β. tenella: glanduloso-pubescens, 5—10andra; petalis plerumque lanceolatis, calyce $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$brevioribus; capsula ellipsoideo-conica, calycem subaequante v. aequante; bracteis setaceis.

A. breviflora. Gilib. *Fl lithuan. V*, p. 150. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 293.
A. viscosa. Schreb. *spicil.* p. 30.
Arenaria viscidula. Thuill. *Paris. I*, p. 219.
Arenaria tenuifolia. Eichw. *Skisse.* p. 173. — Dec. *Prodr. I*, p. 405. var. *ε.*
Hab. in Rossia media occidentali [Lithuania (Gilib., Eichw.)]. ⊙.

(*γ. confertiflora* in imperio Rossico occurrentem desideravi.)

δ. brachypetala: 3—5andra, raro 10andra; petalis calyce $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{2}$ ac brevioribus, saepe 5 paucioribus, subinde nullis; capsulis anguste conicis, calycem superantibus.
Ludit herba glaberrima v. calycibus passim glanduloso-puberulis.
A. tenuifolia. C. A. Meyer l. c. (ex parte ad var. *α*).
A. mucronata. L. Sp. *I*, 389 (nec Lam. et auct.). — Sibth. *Fl. graec.* t. 293.
Arenaria tenuifolia. Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 979. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 29, 30. — Dec. *Prodr. l. c.* var. *β.* et *δ.*

Arenaria mediterranea. LEDEB. in LINK. *Enum. h. berol. I*, p. 431.
Arenaria triandra. SCHRANK. *h. monach.* t. 30.
Arenaria calycina. hort. nec POIR.
Minuartia tenuifolia. MART. *hort. erlang.* 44.
Hab. in Rossiae mediae desertis orientalibus (BÖBER ex GEORGI), in regionibus caspio-caucasicis! (EICHW., C. A. MEYER, KIESERITZKY), ad ostia Cyri fl.! (STEVEN), inque ins. Sara m. caspii! (C. A. MEYER). ⊙.

Sect. II. ***Minuartieae.*** FENZL. l. c. Herbae europaeae, mediterraneae, canarienses, taurico-caucasicae, persicae, syriacae et arabicae, annuae, biennes v. perennes, cauliculis specierum annuarum in cymas fasciculiformes foliosas sensim transeuntibus, perennantium cymis corymbiformibus v. paniculaeformibus pedunculatis terminatis. Folia 3—7nervia, nervis primariis crassitie aequalibus, lineari-subulata v. setacea. Flores saepe subsessiles v. sessiles, 3—5—10andri. Calycis clausi, conici, basi demum indurati laciniae plerumque inaequilongae, acutissimae, rigidae, albidae, striis duabus dorsalibus parallelis pictae, rarissime concolores, virides. Corolla inconspicua, minima v. nulla, specierum perennantium interdum calycem aequans v. superans. — *Minuartia.* LÖFL. (ENDLICHER. *Enchirid.* p. 505).

2. *A. sclerantha* (FISCH. et MEYER in HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 164. — *Bullet. de la Soc. des Natur. de Moscou.* 1838. *III*, p. 400) annua; caule simplici v. fastigiato-ramoso, erecto, villosulo; foliis bracteisque subulato-setaceis, trinerviis, glabris; floribus plurimis coarctato-cymose fasciculatis, sessilibus, summis bracteolas subaequantibus v. iis dimidio brevioribus; calycibus e basi truncata, cartilagineo-gibba anguste pyramidatis, rigidissimis, laciniis inaequalibus, subulatis, glabris parallele albo-trinerviis; petalis nullis vel 2—5 obsoletissimis, setaceis; staminibus 10, perigynis, brevissimis; capsula angustissime cylindrica, calyce multo breviore, 3—4sperma; seminibus oblongo-cubicis, brevissimis.

Arenaria fasciculata. HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 232.
Queria hispanica. *Un. itiner. Würtemberg.* 1834 (pl. caucasica ab HOHENACKER lect.).
Hab. in provinciis caucasicis [territorio Elisabethpol, inque provinc. Karabagh et Talüsch! (HOHENACKER), pr. Baku! (C. A. MEYER in litt. ad FENZL., KARELIN in herb. LEDEB.)], Turcomannia! (KARELIN in herb. LEDEB.). ⊙.

3. *A. campestris* (FENZL. *Verbreit. d. Alsin. in tab. ad* p. 57) annua; caulibus rigidis, villosulis; foliis bracteisque lineari-subulatis, 3—5nerviis, ciliatis, glabris; floribus per cymas axillares ac terminales subpedunculatas, foliis bractealibus squarrosis longe superatas dispositis capituli- v. fasciculiforme coarctatis, brevissime pedicellatis, superioribus subsessilibus; calycis conici laciniis inaequalibus, subulatis, attenuato-mucronatis, glabris v. subglandulosis, parallele albo-trinerviis, petalis nullis v. 1—5 obsoletis, lanceolatis v. setaceis; staminibus perigynis 5—10, brevissimis; capsula conica, calyce multo breviore, 5—10-sperma seminibus subpyriformibus, levissime seriato-granulatis.

A. montana. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 165.
Minuartia montana. DEC. *Prodr. III*, p. 380 (excl. syn. LÖFL.). — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 90 (excl. synon.). — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 155. — EICHWALD. *casp. cauc.* p. 27.

Minuartia campestris. GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 259 (num ad A. montanam?).

Arenaria globosa. HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 232.

α. capitata: cymis capituliformibus; floribus summis sessilibus; petalis nullis v. setaceis; calycibus glaberrimis. — Vulgatissima.

β. corollina: cymis fasciculiformibus; floribus omnibus subsessilibus v. breve pedicellatis; calycibus plerumque glandulosis, petalis 2—5 anguste lanceolatis. — Rara, transitum in A. globulosam facilitans!

Hab. in Rossia australi [ad Tanain (HENNING)], in Tauria (M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [Iberia! (M. a BIEB., STEVEN in litt. ad FENZL, EICHW.), pr. Helenendorf! (HOHENACK.) et Baku! (C. A. MEYER)]. ⊙.

4. *A. globulosa* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 219) annua, glanduloso-puberula; caule simplici v. diffuse ramoso; foliis late linearibus v. lineari-subulatis, 5—7nerviis; cymis fasciculiformibus axillaribus ac terminalibus; floribus semper erectis, distincte pedicellatis; calyce ovato-conico, fructifero apice patulo, laciniis inaequalibus, lanceolatis, longe attenuato-mucronatis, supra basin arcuato-trinerviis, concoloribus; petalis minimis ovalibus v. oblongis; capsula ovoideo-conica, calyce subbreviore, polysperma; seminibus reniformibus, rugulosis.

A. globulosa. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 165 (excl. synon. LABILL.).

A. globulosa *β. nana*. C. A. MEYER l. c. (excl. synon. DEC.).

Hab. in aridis lapidosis mont. Talüsch alt. 670—900 hexap! (C. A. MEYER, HOHENACKER). ⊙.

5. *A. montana* (FENZL. *Verbr. d. Alsin. in tab. ad* p. 46) annua, glanduloso-pubescens, caule subsimplici v. diffuse ramoso, foliis bracteisque subulato-setaceis, basi 3-, parte reliqua uninerviis, floribus pedicellatis, per cymas axillares ac terminales, fasciculi- v. corymbiformes, confertas dispositis, calyce anguste pyramidali, basi rotundato, apice patulo, laciniis summe inaequalibus, longe attenuato-subulatis, obsolete 3nerviis, nervis confertissimis parallelis viridibus, petalis minimis ovatis v. ellipticis, capsula cylindrica calyce triente breviore 6—10sperma, seminibus globuloso-pyriformibus rugulosis.

Minuartia campestris. DEC. *Prodr. III*, p. 380 (excl. syn. LÖFL.). Fide speciminis ab auct. commun. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 259.

Hab. in aridis arenosis planitierum ac collium Rossiae australis! (PALLAS — fide specim. Pallasiani in herb. acad. petropol. ac herb. DELESS. vis. — FENZL. msc.). ⊙.

6. *A. glomerata* (FENZL. *Verbr. d. Alsin. in tab. ad* p. 46) biennis, tota pube subglandulosa densa canescens, caulibus strictis simplicibus v. erecto-ramosis, foliis e basi lata 3nervia subulato-setaceis adpressis v. erectis, floribus subsessilibus v. pedicello sublongioribus; summis bracteolas $\frac{1}{3}$—3plo superantibus, per cymas iterato-dichotomas coarctato-corymbi-v. turbinato-fasciculiformes dispositis, calycis anguste conici laciniis lineari-subulatis aristato-mucronatis eburneis dorso parallele viridi-bistriatis, petalis calyce $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ brevioribus lineari-oblongis obtusis, capsula conica inclusa polysperma, seminibus oblongis compressiusculis granulatis v. raro ambitu solum muricatis.

Arenaria glomerata. M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 350; *III*, p. 311. — DEC. *Prodr. I*, p. 487. — BESSER. *Enum.* p. 46. Nr. 1419. — EICHW. *Skizze.* p. 174.

Arenaria fasciculata. PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *casp. app.* p. 209. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 979.

Arenaria agglomerata. POIR. *Encycl. méth. Suppl. V*, p. 6.

α. *longebracteata:* floribus summis bracteolas dimidio tantum superantibus plerumque subnudis glomerato-fasciculatis, seminibus granulatis.

β. *brevibracteata*: floribus summis bracteolas 2—4plo superantibus plerumque dense puberulis interdum laxe fasciculatis, seminibus granulatis.

Utraeque varietates ludunt:

1) caulibus procerioribus, floribus infimis cymae internodia aequantibus v. parum superantibus.

2) caulibus humilioribus, floribus omnibus subsessilibus cymae internodia brevissima longe superantibus.

γ. *echinosperma*: floribus summis bracteolas 2—4plo superantibus puberulis glomerato-fasciculatis, seminibus ambitu plus minus distincta muricatis.

Hab. in aridis lapidosis planitierum, collium ac montium formationis calcareae Rossiae australis. Var. α. et β. in Podolia! (Andrz. ex Besser, Eichwald) et Tauria! (Pall., M. a Bieb., Steven, Szovits); γ. in Tauria! (Steven). ⊙.

7. *A. setacea* (M. et Koch. *Deutschl. Fl. III*, p. 286) basi suffruticulosa caespitans, cauliculis florigeris simplicibus raro paniculato-ramosis inferius scabris superne laevissimis rarius cum pedicellis puberulis, foliis subulato-setaceis 3nerviis strictis flaccidisve recurvis; junioribus fasciculatis, cyma terminali pauci-multiflora corymbi-v. paniculaeformi, bracteolis late subulatis semiscariosis, pedicellis calyce ut plurimum duplo quadruplove longioribus, calycis ovoideo-conici laciniis ovatis v. ovato-lanceolatis viridi-bistriatis glaberrimis, petalis calycem superantibus oblongis v. ovalibus obtusissimis, capsula polysperma ovoidea calycem aequante v. subsuperante, seminibus reniformibus: faciebus ruguloso-granulatis; dorso laevibus v. muricatis, nigris.

α. trachysperma (Fenzl. *Alsin. monogr. msc.*) cauliculis cum pedicellis superne glaberrimis, seminibus dorso granulis acutis scabris v. muricatis.

Ludit: 1) calycibus plurimis 1½—2 lin. longis, seminibusque hinc plerumque dorso muricatis.

2) calycibus plurimis 2—3 lin. longis, seminibus hinc plerumque dorso scabris.

Arenaria setacea. Thuill. *Par. ed.* 2. p. 218 (ex parte ad var. β. spect.). — Dec. *Prodr. I*, p. 407 (var. β). — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 219!

Arenaria heteromalla. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 350; *III*, p. 311! — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 534! — Eichw. *casp. cauc.* p. 26. 29. 31! (ex parte ad var. β. spectant.).

Arenaria laricifolia. L. herb. fide specim. comparati! et Sp. *pl. I*, p. 607 (ex parte). — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 979 (verosimillime ad hanc v. ad sequentem var. spectat.).

Arenaria verna. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 979 (verosimillime ad hanc et sequentes varr. referenda).

β. *psilosperma* (Fenzl. l. c.) cauliculis plerumque valde multifloris, foliis saepe homo-v. heteromallo-subfalcatis, pedicellis glaberrimis, seminibus dorso ruguloso-granulatis.

Ludit: 1) cauliculis simplicissimis v. superne solum subramosis, pedicellis glaberrimis.

2) cauliculis paniculato-ramosis, cyma effusa 60—200flora, pedicellis glaberrimis.
Arenaria setacea var. ramosissima. M. a Bieb. l. c. p. 350.

3) pedicellis ad lentem puberulis (Transitus in var. sequentem, a qua floribus minoribus cymisque valde multifloris differt.).

Arenaria setacea. Dec. *Prodr. l. c.* (var. α). — Eichw. *Skisse.* p. 173.

Arenaria heteromalla. M. a Bieb. l. c. (ex parte).

Arenaria setacea. Besser. *Enum.* p. 46. Nr. 1448.

Hab. utraeque varietates in Rossia australi [Podolia pr. Krzemieniec! (Besser), ad fl. Tyram et Jaorlik! (Andrz. ex Besser, Eichw.), gub. Cherson! (Besser), ad Tanain (Georgi)], Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis! (M. a Bieb., Szowits) [promontor. Caucasi occident. alt. 300—400 hexap. (C. A. Meyer), Iberia! (Steven), Karhetia et Somchetia! (Eichw.), provinc. Radscha (Koch *in litt.*)] inque Sibiriae uralensis des. orenburg.! (Lessing, Nesterofsky) et mont. Guberlinsk! (Lessing). ♃.

Var. α. plerumque in montosis (Speciminibus Lessing., Meyer., Eichw. et Bieberst. huc spectantibus).

Var. β. plerumque in planitiebus (Speciminibus podolicis, odessanis et caet. huc utplurimum spectantibus).

γ. *pubescens* (Fenzl. o. c.) cauliculis foliis pedicellisque ad lentem puberulis, calycis laciniis plerumque margine purpurascentibus, seminibus dorso ruguloso-granulatis. — A. hirsutae affinis, quacum frequentius confusa, calycis laciniis semper 3-, nec 5-nerviis, facile distinguenda.

Ludit: 1) herba tota puberula, cymis 3—12floris, laxius confertiusve corymbiformibus.

2) herba ultra medium solum puberula superne glabrata (cymis lusus praecedentis).

3) cauliculis ½—1½uncialibus 1—3floris, foliis dense imbricatis distincte 3nerviis.

Hab. in Tauriae summo monte Tschatyrdagh! (Ledeb.), Caucaso! (Steven *pl. exs.*, Wilhelms *pl. exs.*). ♃.

8. *A. granuliflora* (Fenzl. *in herb.* Ledeb.) incano-pubescens, superne dense glanduloso-viscidula, basi suffruticulosa caespitans, cauliculis simplicibus v. subfastigiato-ramosis strictis, foliis subulato-setaceis trinerviis strictis, cyma terminali multiflora contracta corymbiformi, bracteolis late ovatis semiscariosis carinato-trinerviis, pedicellis infimis calycibus sublongioribus; superioribus duplo brevioribus, calycis ovoidei obtusiusculi laciniis ovatis viridi-bistriatis glanduloso-pubescentibus (1—1½ lin. longis), petalis subrotundo-ovalibus calyce sublongioribus, staminibus 10 plus dimidio brevioribus, capsula . . .

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ♃.

Species facile in posterum delenda, A. setaceae var. β. lusui puberulo valde accedens, floribus confertioribus brevissime pedicellatis late bracteatis extus glanduloso-pubescentibus petalisque latioribus diversa.

Sect. III. *Tryphane.* Fenzl. l. c. Herbae amphigeae, extratropicae, boreales et arcticae, collinae et alpinae, humiles, perennes, caespitantes, haud proserpentes. Folia subulato-linearia v. setacea, 3nervia, infima et turionum confertissima, saepe imbricata. Flores solitarii, pauci v. plurimi, in cymam terminalem bracteolatam dispositi. Calycis clausi, ovoidei, basi haud indurati laciniae concolores, 3—7nerviae, aequilongae. Petala e basi latiore in unguiculum brevissimum contracta, ovato-subrotunda, ovata v. ovato-oblonga, nunquam obovata v. cuneata, apice integerrima, obtusa.

9. *A. hirsuta* (Fenzl. *Verbr. d. Alsin. in tab. ad* p. 46) basi suffruticulosa caespitans, cauliculis simplicibus cumque foliis lineari-subulatis v. setaceis 3nerviis patulis v. erectis v. homomallo-falcatis

glanduloso-pubescentibus v. rarius glabris: horum infimis confertioribus saepe incurvo-reflexis, cyma terminali 2—15flora corymbiformi, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis v. acuminatis v. cuspidatis; exterioribus (in sicco) 5—7nerviis, petalis oblongis v. late ovalibus obtusissimis brevissime cuneato-unguiculatis cum capsula ovoidea calycem aequantibus v. superantibus, seminibus reniformibus dorso granulato-scabris v. muricatis castaneis.

(*α*. foliis setaceis glaberrimis. — In Rumeliae mont. editioribus; in imperio Rossico desideratur).

β. *denudata:* glaberrima v. superne cum pedicellis glanduloso-puberula, foliis omnibus lineari-subulatis, seminibus dorso granulato-scabris.

Ludit: 1) cauliculis fere cunctis digitalibus ac altioribus 3—15floris. — Lusus montanus v. subalpinus.

2) cauliculis longe plurimis 1—2uncialibus 1—3floris. — Lusus alpinus.

A. recurva. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 218.

Arenaria recurva. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 348 (excl. syn. omn.); *III*, p. 310. — Steven in *Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 263. — Eichw. *casp. cauc.* p. 30.

Arenaria striata. M. a Bieb. *casp. app.* p. 209. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 979.

Hab. in provinciis caucasicis [subalpinis et alpinis Caucasi orientalis! circa Kurt-Bulak aliisque locis (M. a Bieb., Steven, alt. 1300—1500 hexap. C. A. Meyer), occidentalis ad rivulum Kassaut alt. 800—1000 hexap., in locis lapidosis ad torrentem Terek, in m. Gutgora (Kaischaur) et in alpe Kasbek! alt. 860—1550 hexap. cum var. sequente (C. A. Meyer), in Somchetia circa Alawersk! et Besabdal! (Eichw.)]. ♃.

γ. *vestita:* tota dense glanduloso-pubescens, foliis lineari-subulatis plerumque glaucescentibus, seminibus dorso scabris v. muricatis.

Ludit: 1) cauliculis digitalibus et altioribus multifloris, foliis rectis v. homomallo-falcatis; infimis plerumque incurvo-reflexis. — Lusus montanus et subalpinus.

2) cauliculis 1—2uncialibus 2—3floris, foliis plerumque rectis carnosulis. — Lusus alpinus ac nivalis.

Arenaria hirsuta. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 349! — Dec. *Prodr. I*, p. 406 (Lusus montanus).

A. recurvae var. hispidula. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 164! (Lusus subalpinus et alpinus).

Hab. in Tauriae summo monte Tschatyrdagh! (M. a Bieb., Steven, Parreyss) Lus. 1, in Caucasi tam occid. quam orient. subalpinis et alpinis! (Steven, Wilhelms), in monte Bärnäsär in tractu Suwant alt. 833 hexap.! (Hohenack.), in montis Ararat jugis altissimis alt. 1200 hexap! (Parrot. — Lusus minimus, nivalis). ♃.

10. *A. verna* (Bartl. *Beitr. II*, p. 63) perennis caespitans interdum basi suffruticulosa, foliis lineari-setaceis v. lineari-subulatis planis; siccis subtus trinerviis totaque longitudine parallele bisulcatis, rectis v. recurvo patentibus (nunquam secundis) glabris v. glanduloso-puberulis, cyma depauperata 1—3- v. multiflora corymbi- v. paniculaeformi coarctata v. diffuse glanduloso-puberula rarissime glabra, calycis laciniis ovatis v. ovato-lanceolatis acutis v. acuminatis distincte 3nerviis, petalis brevissime unguiculatis e basi ovata v. subrotundis v. oblongis v. lanceolatis obtusis cum capsula calycem $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ superantibus, rarius eo subbrevioribus, seminibus reniformibus rugulosis v. granulato-scabris v. muricatis, primum testaceis v. fuscis, demum nigro-castaneis.

Observ. Species extensionis geographicae maximae, pro varia stationis elevatione, indole tellurica ac coeli temperie mirifice ludens, invita natura dirimenda, inutili negotio diremta, varietatum limitibus difficillime coërcenda, synonymia taediosa ac inextricabili fere modo confusa, botanicorum omnis aevi cruciamentum.

α. nivalis: pulvinatim caespitans, cauliculis $\frac{1}{2}$—3pollicaribus, omnibus v. saltem plurimis unifloris, paucissimis bifloris, foliis glaberrimis, petalis latis calyce longioribus, seminibus muricatis $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ lin. latis.

Arenaria costata γ. pulchella. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 171 (Lusus fl. plenis!).

Arenaria liniflora. Jacq. (nec L. et auct.) *austr. V*, t. 445. fig. minor.

Hab. in regionis altaicae alpinis ad fl. Koksun (Ledeb.!). — (In alpium cacuminibus, potissimum calcareis, totius Europae centralis.) ♃.

β. alpestris: pulvinatim caespitans v. multicaulis, cauliculis 1—12pollicaribus simplicissimis v. subramosis, omnibus v. saltem plurimis 2—5-v. ∞floris, petalis latis calyce longioribus, seminibus muricatis v. granulato-scabris $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ lin latis.

(Seminum magnitudo et aspredo cum petalorum magnitudine increscunt ac decrescunt.)

Lusus: *1.* Cauliculi plurimi bi-v. subtriflori cum foliis glaberrimis stricti, semina muricata $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ lin. lata.

„ *2.* Praecedens, foliis glanduloso-puberulis strictis.

„ *3.* Cauliculi plurimi v. cuncti 3—∞floris cum foliis glaberrimis stricti, semina muricata plerumque $\frac{1}{3}$ lin. lata.

„ *4.* Praecedens, foliis glanduloso-puberulis strictis.

Synon. Lus. 1—4:

Arenaria costata β. humilior. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 171 (Lusus 1 et 2)!; var. α. elatior l. c. (Lusus 3 et 4)!

Arenaria Gerardi. Willd. *Spec. pl. II*, p. 729 (Lusus foliis glabris)!

Alsine verna β. Koch *Deutschl. Fl. III*, p. 285!

Arenaria liniflora. Jacq. *austr. V*, t. 445. fig. major.!

Arenaria marginata. M. a Bieb. in herb. Willd. ex Schlechtend. *in Berlin. Mag.* 1816. p. 212! — Dec. *Prodr. I*, p. 408 (Lusus 1).

Arenaria verna. Engl. *Bot.* t. 512. — Sturm. *Deutschl. Fl.* p. 26. t. 15. — Gerard. *prov.* t. 15. f. 1. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 172.

Alsine foliis gramineis (alternis subulatis) tenuissimis, pedunculis longissimis unifloris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 156. Nr. 63 (verosimilius huc, quam ad Arenarias graminifolias ex descriptione et synonymo dubitanter allato referenda).

Hab. cum praecedente varietate in alpibus caucasicis! (Wilhelms *in herb. acad. petropol.* et Ledeb.), in alpinis ac subalpinis regionis altaicae! (Gebler, Ledeb., Bunge), in mont. Tarbagatai inque rupestribus subalpinis ad torrentes Terekty et Tscheharak-Assu (Karel. et Kiril.), in Sibir. baikalensi pr. Irkutzk! (Schtschukin *in herb.* Besser), maxime orientali! (M. a Bieb. *in herb.* Willd. Nr. 8795). ♃.

Lusus 5. Cauliculi 5—12pollicares 3—∞flori cum foliis glaberrimis flaccidissimi simplices v. ramosi, semina muricata $\frac{1}{3}$ lin. potissimum lata.

„ *6.* Praecedens, foliis glanduloso-puberulis.

Arenaria divaricata. Adams ex Fisch. in litt. ad. Dec. (*Prodr. I*, p. 405). Vidi specim. Adams. *in herb. acad. petropol.*! (Lusus 5). — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 229.

Arenaria debilis. Turcz. in herb. Ledeb.! (Lusus 6).

Alsine foliis conjugatis, linearibus subulatis, caulibus paniculatis, petalis integris, longitudine calycis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 153. Nr. 60. t. 63. f. 1. (certo-certius!)

Hab. in regionibus **baikalensibus**! (ADAMS), ad Sludenkam! (TURCZ.), in montibus Jablonnoi-Chrebet (SIEVERS). ♃.

γ. montana. (Arenaria verna. L., JACQ., KOCH) *δ. mediterranea.* (Arenaria verna. Italorum) *ε. ramosissima.* (Arenaria ramosissima. WILLD.)	Desiderantur in Flora rossica.

ζ. borealis: multicaulis v. laxe caespitans, cauliculis adscendentibus v. erectis strictis flaccidisve 1—∞floris cum foliis glanduloso-puberulis, petalis calycem subsuperantibus ovato-subrotundis v. ovato-oblongis rarissime ovato-lanceolatis, seminibus rugulosis $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$ lin. latis.

Lusus 1. Cauliculis $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$unciales 1-subtriflori, petala interdum e basi ovata lanceolata calyce quadrante exserta.

Alsine verna. C. A. MEYER et STEVEN *in litt.!*
Arenaria verna. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 258. c. var. (Specimina minima)!

Hab. in alpibus **caucasicis** orientalibus! (STEVEN, C. A. MEYER), in alpibus **baikalensibus** et **Davuriae**! (TURCZ.). ♃.

Lusus 2. Cauliculi plerumque fastigiato-subramosi 2—3unciales 4—∞flori, petala calyce quadrante exserta lata.

Arenaria paniculata. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 168! — LEDEB. *Icon. pl. Fl. ross.* t. 417! — LESSING *in Linnaea IX*, p. 154. 174!
Arenaria collina. TURCZ. *msc. in herb.* LEDEB.! et BESSER!
Arenaria verna. HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 99! — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 258 (Specimina intermedia in herb. LEDEB.)!
Alsine mexicana. BARTL. *Rel. Haenk. II*, p. 14!

Hab. in montibus, subalpinis ac alpinis **uralensibus**! (LESSING), **altaicis**! (GEBLER, BUNGE) et **baikalensibus**! (TURCZ.). ♃.

Lusus 3. Cauliculi graciles simplices erecti 4—6unciales ∞flori, petala lata calyce triente exserta.

Arenaria verna. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 258 (Specimina majora)!
Arenaria debilis. TURCZ. *msc. in herb.* BESSER (ex parte, alio specimine hoc nomine designato herbarii LEDEB. ad var. *β.* (Lus. 6) spectante)!

Hab. in regionibus **baikalensibus** cum praecedente! (TURCZ., GEBLER). ♃.

η. hirta: caespitans, cauliculis plurimis 2—∞floris, paucissimis v. nullis unifloris, 1—4uncialibus cum foliis subulato-setaceis angustissime bisulcatis glanduloso-pubescentibus, petalis latius angustiusve basi ovatis calycem subaequantibus, seminibus subtilissime rugulosis $\frac{1}{4}$ lin. latis.

Lusus 1. Cauliculi plurimi 3—∞flori.

Arenaria propinqua. RICHARDS. in FRANKL. *1. Journ. ed.* 2. app. p. 17! — HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 99! — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 260!
Arenaria hirta. WORMSK. *in Fl. dan.* t. 1646. — HOOKER l. c. — HOOKER et ARN. in BEECHEY's *Voyage.* p. 122. — DEC. *Prodr. I*, p. 405 (excl. omnibus synon.).
Alsine muscorum. ADAMS (teste C. A. MEYER *in litt.!*).
Arenaria tenuifolia. STELLER *msc. in herb. acad. petropol.!* — GEORGI. *It. I*, p. 216 (verosimile).

Lusus 2. Cauliculi plurimi 1-subtriflori.

Alsine rubella. SCHRENK *in litt.*
Arenaria villosa. LEDEB. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V*, p. 534! — DEC. *Prodr. I*, p. 406.
Arenaria hirta. *β.* pubescens. CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 46!
Arenaria pubescens. REDOWSKI *msc. in herb. acad. petropol.!*

Hab. utrique lusus in **Rossia arctica** [terra magna Samojedarum! (SCHRENK *in litt.*)], in regione **baikalensi**! et **Davuria**! (TURCZ. — praesertim

Lus. 1), in extima Sibiria orientali circa Ochotzk! (TILESIUS in herb. LEDEB.), in Kamtschatka, ad portum St. Petri et Pauli!, in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii!, ad fretum Senjawin! (REDOWSKI, CHAMISS. et ESCHSCHOLTZ, LAY et COLLIE in herb. DELESS.!), inque America arctica ad sinum Kotzebue! (BEECHEY). ♃.

β. glacialis: caespitans, cauliculis ½—2uncialibus 1—2floris, foliis anguste linearibus obtusiusculis remote trinerviis, petalis e basi ovata oblongis, rarius lato-ovatis, calycem aequantibus v. subaequantibus, seminibus rugulosis v. obsolete granulatis.

A. rubella. WAHLENB. *Fl. lappon.* p. 128. t. 6!
Arenaria rubella. HOOK. *Fl. londin.* t. 203; *Engl. Botan.* t. 2638; *Fl. bor. am. I*, p. 100!
Arenaria hirta et glabrata. CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 56! (Lusus in varietatem praecedentem ex speciminibus visis transiens)!
Arenaria quadrivalvis. R. BR. in PARRY's *1. Voy.* App. p. CCLXXI.

Hab. in alpibus baikalensibus ad torrentem Tessa! (KUSNETZOW in herb. LEDEB. a TURCZ. commun.), in Kamtschatka inque terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (CHAMISSO). ♃.

(Sect. IV. *Aretioideae.* FENZL. et V. *Lanceolatae.* FENZL. Desiderantur in imperio rossico.)

Sect. VI. *Acutiflorae.* FENZL. in ENDL. *gen. l. c.* Herbae v. suffrutices gerontogei, alpini et subalpini, laxe caespitosi, rigidi v. flaccidi. Folia lanceolato-linearia, subulata v. filiformia, in sicco distincte trinervia, nervo medio validissimo. Calycis laciniae acutissimae, longe acuminatae, rigidulae v. pungentes. Petala obovato-oblonga, cuneata v. lineari-lanceolata, integerrima, retuse v. obsolete emarginata. — (Calalsine ENDL. Enchirid. p. 505.)

11. *A. Villarsii* (M. et KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 282) caespitans, caudiculis fragilibus, cauliculis simplicissimis cum foliis anguste linearibus v. lineari-subulatis acutis laxis rigidisve planis subtus trinerviis glaberrimis v. glanduloso-pubescentibus, cyma 3—7flora terminali patula corymbiformi, calycis laciniis elliptico-lanceolatis elevato-trinerviis mucronato-acuminatis glabris v. glanduloso-pubescentibus, petalis calyce subduplo longioribus cuneato-v. obovato-oblongis in unguem attenuatis apice erosis v. retusis v. subemarginatis, capsula conica calycem aequante v. subsuperante, seminibus fuscis dorso ac faciebus scabris v. laevibus rugulosis.

α. trachysperma: seminibus dorso et faciebus granulis acutiusculis scabris (nec cristato-muricatis uti in A. austriaca).

Lusus 1 Herba tota glanduloso-puberula.
„ *2.* Herba glabra, cyma calycibusque solum glanduloso-puberulis.

Alsine austriaca. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 219 (ex parte!).
Arenaria austriaca. M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 348; *III*, p. 310 (ex parte!).
Arenaria Helmii. FISCH. ex DEC. *Prodr. I*, p. 404 (ex parte)! — LESSING *in Linnaea. IX*, p. 174 (ex speciminibus visis)!
Arenaria stellarioides. WILLD. *herb.* Nr. 8762 (ex parte; specimina ab ADAMS missa, littera b. inscripta, nec SCHLECHTEND. *in Berlin. Mag.* 1816, nec DEC. *Prodr.*).

Hab. in rupestribus Caucasi! (M. a BIEB., ADAMS), ad fl. Terek alt. 1000 hexap. inque mont. Talüsch alt. 800—1000 hexap.! (C. A. MEYER), in latere

orientali tractus uralensis! (FISCHER), pr. Troitzk! (LESSING). ♃. — Sequente varietate rarior in Sibiria occurrere videtur, in Caucaso et Europa occidentali longe frequentissima. Transitus in sequentem insensiles.

β. psilosperma: seminibus dorso et faciebus obtuse granulatis v. laevibus rugulosis.

Lusus 1. Herba tota glanduloso-pubescens.

Arenaria Helmii var. *α.* pubescens. LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 170!

Alsine foliis conjugatis linearibus trinerviis, caule hispido, petalis integris calyce majoribus. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 156. Nr. 62.

Lusus 2. Herba omnino glabra v. apice solum puberula, folia haud subpungenti-rigida.

Arenaria Helmii var. *β.* glabra. LEDEB. *Fl. alt. l. c.* (excl. synon. Pallasii)!

Arenaria laxa. FISCH. msc. ex DEC. *Prodr. I*, p. 404 (fide FISCH. in litt. huc revocanda)!

Arenaria grandiflora *δ.* stolonifera. SER. in DEC. *Prodr. l. c.* (excl. diagnosi et synon. praeter Pallasii et Fischeri)!

Ad utrosque lusus spectant:

Alsine austriaca. C. A. MEYER l. c.!

Arenaria austriaca. M. a BIEB. l. c. (excl. omnibus synon.).

Lusus 3. Herba glaberrima, cauliculis foliisque strictissimis subpungentibus.

Arenaria lineata. C. A. MEYER *in litt.!*

Arenaria Gmelini. BONGARD. ***msc. in herb. acad. petropol.!***

Saxifraga aizoides. GMEL. jun. Bongardii fide.

Hab. cum praecedente locis citatis; praeterea

Lusus 1. in Tauriae summo monte Tchatyrdagh! (STEVEN). Lusus 2. in rupibus ad fl. Tschussowaja lateris occidentalis tractus uralensis gub. Perm (PALL. herb. fide DEC.). Lusus 3. in alpibus samamisicis prov. Ghilan! (herb. petropol.) et in mont. Talüsch! (C. A. MEYER). ♃.

12. ***A. juniperina*** (FENZL. *Verbr. d. Alsin. in tab. ad* p. 18) caespitans, caudiculis prostratis lignescentibus ad nodos globoso-tumidos utrinque abbreviato-fasciculigeros fragilissimis, cauliculis strictis simplicibus, foliis subulato-linearibus setaceisve rigidis carinato-subtrinerviis patulis demum divergenti-recurvis persistentibus acerosis glabris v. glanduloso-pubescentibus, cyma terminali corymbiformi, pedicellis summis subumbellatim confertis calycem $\frac{1}{3}$—3plo superantibus, calycis laciniis lanceolatis mucronato-acuminatis, petalis angustis cuneato-linearibus v. oblongis integerrimis emarginatisque $\frac{1}{3}$—2plo brevioribus, capsula cylindrico-conica calycem dimidio superante, seminibus rugulosis laevibus fuscis.

Arenaria juniperina. L. *Mant. I*, p. 72 (nec *Mant. II.* nec Syst. ed. XIII, ad Als. vernam *β.* spectantibus). — SMITH. *Ic. ined.* p. 35. t. 35. — LAM. *Ill.* t. 378. f. 2 (copia mala!). — DEC. *Prodr. I*, p. 403 (excl. syn. FISCH. A. acicularis, ad Arenariam subulatam. SER. et FL. ALT. verosimillime spectante).

Hab. in Imeretia austro-occidentali versus fines turcicas! (NORDMANN *in herb.* LEDEB.). ♃. — Ex Armenia boreali olim retulerunt TOURNEF. et GUNDELSHEIMER! (*herb.* WILLD. Nr. 8783). — Minime in Sibiria occurrit!

Specimina Nordmanniana, in herb. Ledebouriano visa, ad var. *β.* laevem glaberrimam, foliis subulato-linearibus, nec setaceis, spectant. — Desiderantur in imperio rossico varietates *α.* (nitida) et *γ.* (pubescens).

Sect. VII. *Spectabiles*. FENZL. in ENDL. *gen. l. c.* Suffruticuli amphigei, boreales et arctici, alpini et subalpini, basi decumbentes, densius v. laxius caespitosi. Folia subulato-filiformia v. subulato-linearia, recta v. falcata, uni-v. obsolete plurinervia, caudiculorum saepissime aggregato-fasciculata. Flores plerumque speciosi, interdum hermaphrodito-mono-dioici. Calycis clausi, plerumque cylindrici, rarissime ovoidei laciniae late ovales v. oblongo lineares, omnes v. saltem inferiores obtusae, apice membranaceo-marginatae. Petala late obovata, cuneata v. rarissime linearia emarginata v. retusa. — (Sabulinae. REICHENB. ex parte, ENDLICH. Enchirid. p. 505).

13. *A. laricina* (CRANTZ. *Instit. II*, p. 408), glabra, caudiculis decumbentibus ramosis cauliculisque simplicibus adscendentibus strictis dissite foliosis, foliis rigidis lineari-subulatis acutis v. obtusiusculis carinatis facie uninerviis margine subdenticulato setoso-ciliatis axillis alternis fasciculiferis, cyma terminali 1—5flora subfastigiata contracta, calycis laciniis late linearibus obtusis (marginibus membranaceis ad apicem involutis facie acutiusculis) parallele trinerviis glabris, petalis obovato-oblongis cum capsula cylindrico-conica calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longioribus, seminibus discoideis dorso fimbriato-cristatis faciebus laevibus castaneis.

Arenaria laricina. CHAM. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 57! — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 254!

Arenaria pilifera. FISCHER. *msc. in herb.* DELESSERT! — TURCZ. *msc. in herb.* BESSER!

Arenaria fimbriata. M. a BIEB: *msc. in herb. acad. petropol.!*

Arenaria laricifolia. GEORGI. *It. I*, p. 216?

Spergula laricina. L. SP. *I*, p. 631. — POIRET. *Encycl. méth. VII*, p. 305. — DEC. *Prodr. I*, p. 396. — SMITH. *Ic. ined. I*, p. 18. t. 18. — LAM. *Ill.* t. 392. f. 3.

Spergula arenarioides. WILLD. *herb.* Nr. 9044!

Alsine foliis oppositis linearibus rigidis fasciculatis basi ciliatis, petalis integris calyci aequalibus. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 155. Nr. 61.

Hab. in Sibiria baikalensi? (GEORGI), in rupestribus Davuriae ad fl. Schilka et Argun versus eorum confluvium! (TURCZ.), in Sibiria orientali inter Wiluisk et Olekminsk! (KRUHSE *in herb.* LEDEB.), inter Jakutzk et Ochotzk (STELLER ex J. G. GMEL.), ad oceanum borealem Sibiriae arcticae! (MERSK, REDOWSKI). ♃.

14. *A. imbricata* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 217) proserpenti-caespitans, caudiculis confertissime vaginato-foliatis, cauliculis 1—3floris abbreviatis oligophyllis, foliis lineari-subulatis planis v. lineari-lanceolatis acutiusculis glabris margine subdenticulato setoso-ciliatis patulis, turionum stellato-patentibus, axillis fasciculiferis, pedicellis calycibusque pubescentibus v. hirsutis, petalis ovato-oblongis calycis lacinias late lineares v. oblongas obtusissimas subnervosas duplo superantibus, capsula conica calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longiore, seminibus discoideis fimbriato-cristatis faciebus laevibus.

α. vestita: foliis ultra medium setoso-ciliatis, pedicellis calycibusque dense hirsutis.

Lusus 1. Foliis omnibus lineari-subulatis, basibus vaginantibus confertissime imbricatis.

Lusus 2. Foliis omnibus lineari-subulatis per caudiculos elongatos distinctius remotis.

„ *3.* Foliis plurimis lineari-lanceolatis, caulinis paucioribus ovato-v. elliptico-lanceolatis.

Alsine imbricata. var. *α.* C. A. MEYER l. c. p. 218!

Arenaria imbricata. M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 344! (nec *III.* p. 308, nec STEVEN). — WILLD. *herb.* Nr. 8745 (Specimen Biebersteinianum!).

Arenaria glutinosa. WILLD. *herb.* Nr. 8746 (Specimen Adams.!).

Hab. in rupestribus excelsarum Caucasi alpium frequens circa Kobi! (M. a. BIEB.), in reg. alpina Caucasi occid., alt. 1300—1500 hexap., inque rupestribus ad torrentem Terek, alt. 1100—1630 hexap.! (C. A. MEYER), in alpibus caucasicis! (ADAMS, WILHELMS, NORDMANN, STEVEN *in herb.* LEDEBOUR). ♃.

β. denudata: foliis basi subciliatis, pedicellis calycibusque pube brevi vestitis.

Ludit cum var. praecedente simili modo.

Alsine imbricata. *β.* C. A. MEYER l. c.!

Hab. in alpibus Tyfandagh Caucasi orientalis, alt. 1400—1500 hexap.! (C. A. MEYER). ♃.

15. *A. inamoena* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 218) proserpenticaespitans ramosissima hirsutissima imbricato-foliolata, cauliculis 1-subtrifloris obsoletissimis, caudiculis similaribus, foliis lineari-subulatis subnervosis imbricatis erectis, axillis fasciculiferis, pedicellis calycem aequantibus v. ipso brevioribus, petalis oblongis integerrimis calycis lacinias lineari-oblongas obtusissimas triente superantibus v. cum capsula cylindrico-conica aequantibus, seminibus discoideis fimbriato-cristatis faciebus granulatis.

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis inter fragmina lapidum, alt. 1550 hexap.! (C. A. MEYER). ♃.

Inter praecedentis ac sequentis speciei lusus pumilos media, priori caeterum affinior, ab utrisque petalis ac capsulae longitudine diversa.

16. *A. macrocarpa* (FENZL. *Verbr. d. Alsin. in tab. ad* p. 18) humifuse caespitans, caudiculis ramosissimis confertissime imbricatim vaginato-foliatis, cauliculis adscendentibus oligophyllis unifloris cum pedicellis glanduloso-hirsutis, foliis lineari-subulatis planis obtusis glabris hirsutisve margine denticulato dense setoso-ciliatis, turionum erectis coarctatis falcatis, calycis laciniis late linearibus oblongisve obtusissimis obsoletissime trinerviis hirsutis, petalis speciosis late obovatis integerrimis cum capsula pyramidali calyce 2½—3plo longioribus, seminibus discoideis fimbriato-cristatis faciebus papilloso-tuberculatis fuscis.

Arenaria macrocarpa. PURSH. *Fl. bor. am. I*, p. 318 (nec HORNEM.) fide Asa Gray! — DEC. *Prodr. I*, p. 405. — CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 55. — HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 101.

Arenaria heteromalla. RUDOLPHI! *in herb. acad. petropol.*

Lusus 1. Laxe caespitans, cauliculis pedicellisque elongatis, foliis remotiusculis recurvo-patentibus, floribus capsulisque maximis.

„ *2.* Confertim caespitans rigidior, foliis arctissime imbricatis erecto-patulis, pedicellis calyce vix longioribus, floribus minoribus.

Hab. in regionibus summe arcticis Sibiriae orientalis! (MERK *in herb. acad. petrop.*), in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ), in insulis St. Laurentii! et Chamissonis! (CHAMISSO,

Eschsch.), inque regione arctica Americae boreali-occidentalis! (Nelson ex Pursh et Asa Gray), ad sinum Kotzebue! (Mertens). ♃.

17. *A. pinifolia* (Fenzl. *Verbreit. d. Alsin. in tab. ad* p. 46) caudiculis caespitantibus lignosis, cauliculis adscendentibus erectisve cum pedicellis calycibusque superne glanduloso-villosis v. eglanduloso-puberulis, foliis lineari-v. setaceo-subulatis planis carnosulis, siccatis uninerviis glabris margine scabriusculis v. laevibus, turionum arctissime fasciculatis rectis, annotinis imbricato-vaginantibus a basi divergenti-reflexis, cyma 1—10flora corymbi-v. contracto-paniculaeformi, calycis laciniis linearibus obtusissimis, petalis obovato-oblongis v. cuneato-linearibus calyce duplo longioribus integerrimis, capsula anguste conica calycem aequante v. subsuperante, seminibus subreniformibus laevissimis hepaticis.

α. eglandulosa: foliis setaceo-subulatis margine laevibus, cauliculis cum pedicellis calycibusque superne eglanduloso-puberulis.

Cerastii spec. Parreyss *pl. Taur. exs.* Nr. 205!

Hab. in Tauriae summo monte Tschatyrdagh! (Parreyss). ♃.

β. robusta: turionum foliis late lineari-subulatis elongatis strictis, nervo mediano valido, emarcidis distincte trinerviis, pedicellis calycibusque glanduloso pubescentibus.

Alsine laricifolia. β. robustior. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 218.
Arenaria laricifolia. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 347; *III*, p. 309 (excl. omnib. synon.).
Arenaria caucasica. Adams *msc. in herb. acad. petrop.!*
Arenaria setosa. Willd. *herb.* Nr. 8757. fol. 2! (Specim. Bieberstein!).

Hab. in regionibus subalpinis Caucasi occidentalis, alt. 700—1000 hexap.! (C. A. Meyer) et orientalis? (Adams!). ♃.

γ. gracilis: turionum foliis augustissime lineari-v. setaceo-subulatis margine scabris patentissimis v. recurvis, emarcidis 1-v. obsoletissime trinerviis, pedicellis calycibusque glanduloso-villosis.

Lusus 1. Dense caespitans, turionibus brevissimis, foliis omnibus rectis, cauliculis strictis 3-multifloris (Transitus in var. α. et β.).

„ *2.* Turionum elongatorum foliis recurvo-patentibus, cauliculis adscendentibus multifloris.

Alsine laricifolia. α. C. A. Meyer l. c.!
Arenaria laricifolia. Eichw. *casp. cauc.* p. 4. 31. 32! — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 263.
Arenaria pinifolia. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 348. — Dec. *Prodr. I*, p. 403.
Arenaria stellarioides. Willd. *herb.* Nr. 8762 (Specimina litt. a. a. signata, ab Adams commun.!).

Hab. in provinciis caucasicis [cum sequente in alpibus Kasbek, alt. 1300—1600 hexap. et in reg. alpina Caucasi orientalis, alt. 1400—1500 hexap. (C. A. Meyer!, Steven!, Nordmann!, Adams!, Wilhelms!), in provincia Daghestan pr. Tarki in viciniis m. caspii inque Ossetia et Kartalinia (Eichwald!)]. ♃.

δ. pumila: pulvinatim caespitans, foliis setaceis v. late subulatis 2—3 lin. longis confertissimis stellato-rosulatis, cauliculis $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$uncialibus 1—2floris.

Lusus 1. Foliis setaceis rigidis. — (Transitus in Lusum 1. var. γ.)

„ *2.* Foliis late subulatis crassis, bracteis ad lentem margine scabris.

„ *3.* Foliis latissime subulatis rigidis, summis cum bracteis ciliatis.

Alsine laricifolia. α. C. A. Meyer l. c. (Lusus 1. ex parte!).

Arenária imbricata. STEVEN *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 263 (fide specim. auct.!).

Hab. cum praecedente in alpibus Caucasi orientalis! (C. A. MEYER, STEVEN). ♃.

18. *A. arctica* (FENZL. *Verbreit. d. Alsin. in tab. ad* p. 18) caespitans, caudiculis lignescentibus epigaeis foliorum nervis residuis rigidis setaceis imbricato-fasciculatis tunicatis, cauliculis oligophyllis 1—2floris superne cum pedicellis calycibusque glanduloso-pubescentibus, foliis e basi latissime vaginante carinata lineari-subulatis semiteretibus obtusis imbricato-fasciculatis rectis falcatisve glabris v. subglanduloso-puberulis, calycis laciniis lineari-oblongis trinerviis obtusissimis, petalis late obovatis v. late spathulato-oblongis in unguem attenuatis calyce duplo longioribus (deformitatis angustissime linearibus v. setaceis calyce brevioribus v. nullis), capsula calycem dimidio superante, seminibus laevissimis fuscis.

Lusus 1. Cauliculi 1—3unciales 1-raro 2flori, calyce saepe purpurei.
„ *2.* Cauliculi 4—8 lin. longi 1flori.

Arenaria arctica. STEVEN in DEC. *Prodr. I*, p. 404! — CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea. I*, p. 54 (Lusus 2)! — var. *α.* et *β.* HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 100. t. 34 (Lus. 1 et 2)! — HOOK. et ARN. in BEECHEY *Voyage. I*, p. 112. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 24. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 255!

Arenaria laricifolia. CHAMISS. et SCHLECHTEND. l. c. (Lus. 1)!

Arenaria muscorum. FISCH. (nec ADAMS) in DEC. *Prodr. I*, p. 409 (testante simul auct. in litt. ad FENZL.!).

Arenaria bryoides, altaica et serpens. FISCH. ex DEC. l. c. p. 404.

Arenaria grandiflora. PALL. *It. III*, p. 34! (fide specim. a SUJEF lect. in herb. Acad. petropol. visi). — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 980. — WILLD. *herb.* Nr. 8761. Fol. 2!

Hab. in Sibiria arctica ad sinum Karicum m. glacialis et circa ostia fl. Ob (SUJEF ex PALL.), altaica! (BUNGE, SALESSOW), in mont. Sajanensibus! (LESSING), baikalensibus! (TURCZ.), Kamtschatka! (TILESIUS, ESCHSCHOLTZ, PALLAS herb. fid. FISCHER), terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! inque insula St. Laurentii! (CHAMISSO, CHORIS), in freto Sinjawin! (herb. Acad. petropol.) inque plaga arctica Americae boreali-occidentalis ad sinum Kotzebue! (LAY et COLLIE ex BEECHEY). ♃.

Deformitas: pulvinatim caespitans, caudiculis lignescentibus, foliis arctissime imbricato-fasciculatis falcatis emarcidis valide carinatis uncinatis persistentibus, petalis angustissime linearibus v. setaceis 2—3dentatis, calyce hebetato brevioribus v. nullis, disci perigyni glandulis nectariferis bifidis, capsulis plurimis abortivis.

Hab. in alpibus altaicis! (LEDEB.). ♃.

19. *A. biflora* (WAHLENB. *Fl. lappon.* p. 128) caespitans, caudiculis herbaceis v. sublignescentibus foliorum nervis remanentibus capillaribus flaccidis foliisve emarcidis reflexis v. patentibus rectis imbricato-vaginatis, cauliculis oligophyllis 1—3floris puberulis, foliis confertis v. remotis vaginantibus lineari-subulatis semiteretibus rectis falcatisve obtusis glabris, petalis lineari-oblongis v. lineari-subspathulatis integerrimis v. 2—3dentatis v. oblique eroso-truncatis calycis lacinias lineares obtusissimas v. dimidio superantibus v. aequantibus, capsula calyce dimidio longiore, seminibus levissime rugulosis testaceis.

α. rigidula: caudiculis sublignescentibus, foliis confertissimis strictis, emarcidis persistentibus erecto-patentibus, petalis calycem ut plurimum superantibus v. aequantibus angustis.

Arenaria occulta. Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 408! (fide specim. auct. in herb. Delessert. visi ac litt. ad Fenzl.).
Arenaria stenopetala. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 256! (fide specim. auct. visi in herb. Ledeb.).
Arenaria polygonoides. β. occulta. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 408.
Hab. in alpibus altaicis! (Fischer) et baikalensibus pr. Bargusinsk ad fl. Gremiäczaja! (Turcz.). ♃.

β. *carnosula:* caudiculis ut plurimum herbaceis foliis emarcidis flaccide reflexis v. eorum vaginis cum nervo mediano capillari flexuoso persistentibus tunicatis, foliis vegetis carnosulis planiusculis rectis curvatisve patentibus, turionum laxe confertis, petalis plerumque calyce dimidio longioribus.

Lusus 1. Caudiculi elongati laxe caespitantes humifusi, cauliculi 1—5flori plerumque $1\frac{1}{2}$—3unciales, folia vetustiora plerumque 4—8 lin. longa.

Arenaria arctica. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 172! (partim ad lus. 2. spect.). — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 415! (petalis nimis latis depict.).

Lusus 2. Caudiculi abbreviati dense caespitantes, cauliculi 1—2flori plerumque $\frac{1}{3}$—$1\frac{1}{3}$unciales, folia vetustiora plerumque 2—4 lin. longa.

Arenaria sajanensis. Willd. *herb.* Nr. 8737! (ex Schlechtend. *berl. Mag.* 1816. p. 200). — Dec. *Prodr. I*, p. 408.
Arenaria occulta. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 257! (fide specim. auct. in herb. Besser visi).
Arenaria stenopetala. Turcz. l. c.! (fide specim. auct. in herb. Ledeb. ex parte ad var. α. simul spectantibus).

Synon. generalia:
Alsine biflora. Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 190. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 181. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 46.
Arenaria scandinavica. Spr. *Syst. Veg. II*, p. 402.
Stellaria biflora. L. Sp. p. 604 (excl. omn. synon. praeter Fl. suec. ed. 2). — Dec. *Prodr. I*, p. 398 (excl. synon. Oederi). — Pall. *It. II*, p. 35; *III*, p. 34. — Lepech. *It. III*, p. 27. 52. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 977.
Alsineila biflora. Swartz.
Sabulina biflora. Reichenb.
Arenaria bavarica. Pall. *It. II*, p. 522 (verosimillime).
Hab. in Rossia arctica [territorio Kola (Fellm.), Lapponia rossica (Wahlenberg, Fellm., Schrenk *in litt.*), tornensi (Prytz.)], in montibus uralensibus septentrionalibus (Pall., Lepech.) in Sibiria arctica ad sinum Karicum m. glacialis (Sujef ex Pall.), in alpibus altaicis! non raro (Pall., Ledeb., Bunge, in baikalensibus! (Turcz.). ♃.

(Sect. VIII. *Cherleriae.* IX. *Saginellae* et X. *Spergellae* (Fenzl. l. c.) species desiderantur in imperio Rossico).

Sect. XI. *Alsinanthe.* Fenzl. l. c. Herbae amphigeae, boreales, perennes graciles, humiles v. elongatae, plerumque laxe caespitosae. Folia triquetro-subulata v. filiformia, carnosa, uninervia v. lineari-subulata aut setacea, carinate-bisulcata, caudiculorum saepissime fasciculata. Calycis herbacei, ovoidei laciniae acutiusculae v. acuminatae. Petala obovata, cuneata v. angustissime linearia, rarissime nulla. Semina daedaleo-rugulosa.

20. *A. Rossii* (Fenzl. *Verbreit. d. Alsin. in tab. ad* p. 18) perennis glaberrima caespitans, caudiculis fastigiato-ramosissimis dense foliatis apice florigeris, cauliculis distinctis nullis, foliis brevibus triquetro-subulatis carnosis muticis, axillis fasciculiferis, floribus solitariis

terminalibus demum axillaribus, pedicellis persistentibus, calycis laciniis ovatis acutiusculis basi subcarinatis, siccis obsoletissime trinerviis, petalis obovato-cuneatis calyce sublongioribus v. depauperatis angustissime ligulatis calyce tunc saepe brevioribus v. omnino nullis, disco subhypogyno incrassato scutelliformi, capsula ovoideo-globosa calycem subaequante v. aequante, seminibus paucis reniformibus denso ac subtilissime daedaleo-rugulosis nigris.

α. corollina: petalis obovatis v. oblongo-cuneatis.

Arenaria Rossii. R. Br. in Parry's *I. Voyage*. app. p. 17!
Arenaria elegans. Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 57!

Hab. in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (Chamisso). ♃.

(*β*. apetala. — Intra limites imperii nondum reperta).

21. *A. stricta* (Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 127) glaberrima, caudiculis confertim caespitantibus foliosis, cauliculis strictis remote oligophyllis v. scapiformibus aphyllis, foliis semitereti-filiformibus enerviis rectis v. incurvis v. subfalcatis, axillis omnibus v. inferiorum plurimis fasciculiferis, cyma terminali 3—∞flora v. depauperata 1—2flora, pedicellis ut plurimum longissimis, calycis laciniis late ovatis v. ellipticis v. ovato-lanceolatis acutiusculis enerviis, siccis trinerviis, petalis calycem aequantibus v. subsuperantibus cuneato-oblongis apice rotundatis v. retusis, rarissime nullis, disco subhypogyno obsoletissimo membranaceo, capsula ovoidea calyce sublongiore, seminibus reniformibus daedaleo-rugulosis atrofuscis.

Arenaria uliginosa. Schleich. *Cent. exsicc.* Nr. 47! — Dec. *Prodr. I*, p. 407! — Cham. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 57! — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 259!
Arenaria lapponica. Spr. *Syst. Veg. II*, p. 402. — Fellm. *Ind. Kola*. Nr. 192.
Arenaria muscorum. Adams (nec Fischer) ex Fischer in Dec. *Prodr. l. c.* sub var. *β*.
Arenaria tenella. Turcz. *in herb.* Besser! et Steudel. *Nomencl.* ed. 2.
Arenaria baikalensis. Steudel. *Nomencl.* ed. 2.
Spergula stricta. Swartz.
Sabulina stricta. Reichenb.
Alsine floribus (foliis) gramineis saepe fasciculatis glabris, pedunculis longis nudis unifloris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 157. Nr. 64.

Hab. in Rossiae arcticae territorio Kola in alpe Kipinä (Fellm.), in humidioribus paludosis transbaikalensibus pr. Tibilti! et ad fl. Uda! (Turcz.), in Sibiria orientali! (Redowsky ex Cham. et Schlecht.). ♃.

152. Honkeneja. Ehrh.

Beitr. II, p. 181. — Endlicher. *gen.* p. 966. — (Honckenya) Meisn. *gen.* p. 25. — *Comment.* p. 21.

Flores hermaphrodito-dioici. *Masc.* Calyx 5partitus. Petala 5, calycem aequantia. Disci perigyni glandulae crassae, profunde emarginatae: lobis subglobosis. Stamina 10, disci glandulis inserta; omnia fertilia. Ovarium sterile. Styli imperfecti. *Fem.* Calyx marium. Petala 5, calyce multo breviora. Stamina 10, minutissima: antheris effoetis. Ovarium uniloculare. Stigmata 3, saepe 4 v. 5. Capsula carnosa, subglobosa, unilocularis, stigmatum numero in valvas latissime ovatas, coriaceas, venulosas dehiscens. Semina pauca, maxima, pyriformia, apice radiculari rostellata, facie umbilicali cochleariformi-exsculpta.

1. *H. peploides.* EHRH. l. c.

α. latifolia: ramosissima, foliis valde carnosis, omnibus v. saltem plurimis ellipticis v. ovato-ellipticis; ramulorum sterilium minutis.

Lusus 1. Prolixus, folia magna, ramuli abbreviati foliatione a ramis cardinalibus vix abludentes, calycis laciniae 2—3 lin. longae saepe acutae.

„ *2.* Habitus praecedentis, omnibus partibus vero parum imminutus, calycis laciniae plerumque 1½—2 lin. longae late ovatae obtusiusculae.

„ *3.* Ramuli steriles foliis minutis confertissimis patentim imbricatis heteromorphi 1—3unciales simplicissimi, calycis laciniae 1½—2 lin. longae late ovatae obtusae.

(Specimina visa fere cuncta foeminea!)

Arenaria peploides. L. SP. p. 736. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 71. — PALL. *It. III*, p. 33. — S. G. GMEL. *It. IV*, p. 44. — FALK. *Beitr. II*, p. 180. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 977. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 46. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 141. — FELLM. *Ind. Kola.* Nr. 199 — HOOK. et ARN. in BEECHEY *Voyage.* p. 113. 122. — ERMAN. *Verz.* Nr. 114. — WEINMANN. *Fl. petropol.* p. 47.

Adenarium peploides. RAFIN. in DESV. *Journ. phys.* LXXXIX (1818) p. 259. — DEC. *Prodr. III*, p. 356. — EICHW. *Skizze.* p. 174.

Halianthus peploides. FRIES. *Halland.* p. 75.

Alsine peploides. WAHLENB. *Fl. suec.* p. 282. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 159.

Telephium maritimum Portulacae folio. BUXB. *Comment. Acad. petropol. III*, p. 270.

Alsine (Arenaria) foliis ovatis acutis carnosis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 160. Nr. 70. t. 64.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (FELLM.), Lapponia et reg. arctica terrae Samojedarum ad fretum Ingricum (SCHRENK *in litt.*)], septentrionali [Fennia (PRYTZ., SCHRENK *in litt.*]), media [Petropoli (GORTER, FALK, WEINM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia et Curonia! (FLEISCH. et LINDEMANN), Lithuania! (EICHW.)] et australi [insula Swätoi m. casp.? (S. G. GMEL.)] inque Sibiria arctica ad sinum karicum m. glacialis (SUJEW ex PALLAS), et orientali pr. Ochotzk! (J. G. GMEL., TURCZ. *in litt.*) inque Kamtschatka (BEECHEY ex HOOK. et ARN., ERMAN). ♃.

β. oblongifolia: cauliculis ramisque paucis elongatis flaccidis, foliis minus carnosis, omnibus v. plurimis oblongis v. lanceolatis, ramulorum sterilium caulinis subaequalibus, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis. — (Transitus inter hanc et praecedentem insensiles.)

H. oblongifolia. TORR. et GRAY. *Flora of North Amer. I*, p. 176.

Arenaria peploides. CHAM. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 37. — BONGARD. *Veget. Sitcha.* p. 128.

Arenaria peploides. *β.* major. HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 102.

Hab. ad littora maris in omni terra cis et trans fretum Beeringii! (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ), ad sinum Kotzebue (BEECHEY ex HOOK. et ARN.) inque insula Sitcha! (BONG.). ♃.

153. Lepyrodiclis. FENZL.

in ENDLICHER. *gen.* p. 966.

Calyx 5-interdum 6—7-partitus. Petala 5—7. Disci subhypogyni glandulae lineares, truncatae, postice poro nectarifero sacciformi. Stamina 10 v. 12—14, omnia fertilia, longiora disci glandulis inserta. Ovarium uniloculare. Stigmata 2 v. 3. Capsula membranacea, globoso-inflata, usque ad basin 2—3valvis; valvis obtusis, conchiformibus,

indivisis. Semina 1 v. 2, rarissime 3, globosa, tuberculoso-echinata, funiculis carnosis, subglobosis.

1. *L. holosteoides* (FENZL. *Monogr. Alsin. ined.*) pedicellis calyce longioribus, petalis obovatis apice retusis, filamentis alternis basi ovatis (FISCH. et MEYER in SCHRENK. *Enum. pl. nov.* p. 93 in nota).

Gouffeia holosteoides. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 217. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 164.

Hab. in provinciis caucasicis [Armenia (KOCH *in litt.*), in montibus Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 650 hexap.! (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ⊙.

Facie Stellariae holosteae.

2. *L. stellarioides* (SCHRENK. *Enum. pl. nov.* p. 93) pedicellis calyce brevioribus, petalis sublinearibus apice acute emarginatis, filamentis omnibus filiformibus.

Hab. in deserti soongoro kirghisici collibus Kuguldyr (SCHRENK). ⊙.

Antecedenti valde affinis et toto habitu cum illa convenit, sed floribus diversa. Sepala in L. stellarioide 2 lin. longa, sub anthesi in calycis cylindracei formam conniventia (in L. holosteoide sepala 2½ lin. longa, sub anthesi patentia); petala in L. stellarioide diluta rosea, 3 lin. longa, latitudine lineam vix aequantia, sublinearia apiceque vix latiora, profunde emarginata, sinu angusto acuto, lobis parvis angustis acutiusculis (in L. holosteoide petala sunt nivea, obovata, basi valde attenuata, 4 lineas longa et apicem versus 3 lin. lata, apice sinu lato rotundato retusa, lobis latis obtusis); filamenta in L. stellarioide omnia filiformia, alterna, quae ima basi externe glandula viridi notata sunt, non (ut in L. holosteoide) dilatata; capsulae et semina in L. stellarioide minora (SCHRENK l. c.).

Tribus II. Merckieae. FENZL. in ENDLICHER. *gen.* p. 966.

Ovarium incomplete v. complete 3—5loculare. Capsula in valvas tot quot styli dehiscens: valvis integerrimis.

154. Merckia. FISCH.

ex CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 59. — Wilhelmsia. REICHENBACH. *Conspect.* 206.

Calyx 5partitus. Petala 5. Disci subhypogyni glandulae carnosulae, minutae. Stamina 10, disci glandulis inserta, omnia fertilia. Ovarium 3—5loculare: loculis semisepto secundario incompleto bilocellatis. Stigmata 3—5, calycis laciniis alterna. Capsula membranacea, vesiculoso-inflata, depresso-subglobosa, sulcis latis 3—5loba, incomplete 3—5locularis, septicide 3—5valvis: valvis cocciformibus, dorso profunde sulcatis, apice uncinato inflexo integerrimis. Semina plurima, laevia, nitida.

1. *M. physodes.* FISCH. l. c. — HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 103. — TORREY et GRAY. *Flora of North Amer. I*, p. 176.

Arenaria physodes. DEC. *Prodr. I*, p. 413.

Stellaria ovalifolia. HOOKER. *Fl. bor. am. I*. p. 97 (fide TORREY et GRAY l. c. p. 674). — HOOK. et ARN. in BEECHEY *Voyage*. p. 122.

Hab. ad litt. maris in regionibus arcticis Asiae orientalis et Americae occidentalis! (CHAMISS., ESCHSCHOLTZ), pr. Nishnii-Kowymsk! (FISCH. in litt. ad FENZL.), in Kamtschatka (MERCK), ad sinum Kotzebue (BEECHEY ex HOOK. et ARNOT, TORREY et GRAY). ♃.

Tribus III. Stellarineae. FENZL. in ENDLICHER. *gen.* p. 966.

Ovarium uniloculare. Styli 2—5, calycis laciniis alterni v. oppositi. Capsula duplo numero stylorum in valvas integerrimas dehiscens, v. valvis tot quot styli, apice bidentatis bifidisve.

Subtribus I. Arenarieae. FENZL. l. c. p. 967.

Styli 2—3, rarissime 4 v. 5, calycis laciniis oppositi. Capsula globosa, ovoidea v. oblonga, rarissime conica.

155. Arenaria. L.

MERT. et KOCH. *Deutschl. Fl. III*. p. 262. — FENZL. in ENDLICHER. *gen.* p. 967.

Calyx 5partitus. Petala 5 perigyna, rarissime nulla. Disci subhypogyni v. perigyni glandulae membranaceae v. carnosae, obsoletae v. distinctae, plerumque bigibbosae v. retuso-truncatae. Stamina 10, disco inserta, omnia fertilia. Stigmata 2—3, rarius 4, rarissime 5, filiformia. Capsula primum dentibus duplo stylorum numero dehiscens, demum in valvas duas v. tres, bidentatas, interdum longitudinaliter fissas secedens. Semina scabra v. rugulosa, opaca, rarissime laevia, nitida, umbilico estrophiolato.

Subgenus. Eremogone. FENZL. l. c. p. 967.

Calyx basi demum induratus. Styli 3, in nonnullis floribus saepe 4. Capsula pergameneo-crustacea, nitida, in dentes sero bifidos v. valvulas bidentatas dehiscens. Semina compressa, pyriformia v. oblonga. Cotyledones oblique acumbentes v. incumbentes. — Herbae suffruticosae, erectae, caudicibus lignosis, polycephalis v. ramosis, caulibus floriferis elongatis, strictis, simplicissimis, basi cum turionibus brevissimis, rarissime remotinode-elongatis, foliis setaceis v. lineari-filiformibus apice in comam densatis, vegetis, fasciculata axillaria nunquam foventibus, imbricato-vaginatis; cyma terminali simplici depauperata v. geminis, ternis aut pluribus per thyrsum brachiatum paniculae-v. corymbiformem dispositis.

Divisio I. *Glomeriflorae*. FENZL. *Als. gen. msc.* Flores in cymis capitato-aggregatis v. glomerato-fasciculatis subsessiles.

1. *A.* (*Eremogone*) *dianthoides* (SM. *Icon. ined.* p. 16. t. 16) caudiculis proserpentibus filiformibus subnudis, turionum coma laxa oligophylla, foliis canaliculato-setaceis longissimis; caulinis strictioribus latioribus in ochreas longas connatis, cymularum pauciflorarum sessilium

fasciculo ellipsoideo v. obovato, bracteis vaginantibus ventricosis latissimis longe cuspidatis ferrugineo-scariosis, calycis laciniis oblongis acutis basi acute carinatis nervo dorsali purpureo pictis, petalis calyce 2—3plo longioribus late linearibus v. oblongo-linearibus obtusissimis v. retusis in unguem longissimum attenuatis.

A. dianthoides. Dec. *Prodr. I*, p. 403. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 220.

Hab. in provinc. Talüsch, alt 1100 hexap.! (C. A. Meyer), pr. Erivan! (Steven). ♃.

2. (*Eremogone*) *cephalotes* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 346; *III*, p. 309) caudicibus polycephalis crassis superne vaginatis, turionum foliis copiosis lineari-filiformibus margine scaberrimis longissimis curvatis; caulium duplo latioribus brevioribus; superioribus rigidissimis adpressis: ochrea brevi, thyrso glomerifloro campacto turbinato v. hemisphaerico, bracteis late subulatis rigidissimis elongatis, calycis laciniis ovatis acuminatis basi cartilaginea obtusa valideque carinatis, petalis calycem subsuperantibus v. aequantibus exunguiculatis e basi sublatiore rotundata oblongis obtusissimis.

A. cephalotes. Dec. *Prodr. I*, p. 402. — Besser. *Enum.* p. 46. Nr. 1416. — Eichwald. *Skisse.* p. 174.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (Andrz. ex Besser, Eichw.), Bessarabia! (Besser), gub. Cherson! (M. a Bieb., Steven, Henning, Besser, Szowits)]. ♃.

Divisio II. *Rariflorae.* Fenzl. *msc.* Flores pedicellati, in cyma solitaria v. pluribus corymbose aut thyrsoideo-paniculatim dispositis patuli v. laxe subfasciculati.

Subdivisio 1. *Xerolemmae.* Calycis laciniae chartaceo-scariosae, nitidae, praeter nervum dorsalem viridem, in mucronem herbaceum haud excurrentem flavae v. albidae, basi indurata demum tumida saturatiore. Flores plerumque copiosissimi, thyrsoideo-paniculati.

3. *A.* (*Eremogone*) *rigida* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 346; *III*, p. 309) glauca, caudicibus abbreviato-ramosissimis fasciculatis, turionibus polyphyllis basi squamis phylloideis acute carinatis quadrifariam imbricatis, foliis praelongis strictiusculis rectis curvatisve canaliculato-setaceis margine scaberrimis; caulinis latioribus rigidissimis patulis: ochrea brevissima, thyrso coarctato-paniculaeformi multifloro, bracteis scariosis subulatis elongatis, calycis oblongi laciniis ovatis attenuato-acuminatis acute carinatis: stria dorsali viridi angustissima, petalis calyce brevioribus v. aequilongis oblongis obtusissimis exunguiculatis supra basim rotundatam constrictis.

A. rigida. Dec. *Prodr. I*, p. 402. — Besser. *Enum.* p. 46. Nr. 1417. — Eichw. *Skisse.* p. 173.

Hab. in Rossia australi! (Haupt *in herb. Acad. petropol.*) [Ucraniae arena mobili circa oppidum Pawlograd! (Steven ex M. a Bieb.), Podolia australi circa Kosy et Jaorlik! (Andrz., Besser, Eichwald), gub. Cherson Odessam inter et Hypanin ac praedia Kobliowka inter et Krasny Tractir! (Szowits) et pr. Jekaterinoslaw! (Steven), ad Moloschna! (herb. Ledeb.). ♃.

4. *A.* (*Eremogone*) *graminea* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 220)

caudicibus abbreviatis polycephalis crassis, turionibus polyphyllis basi squamis phylloideis latis chartaceis laxe imbricatis, foliis praelongis firmis rectis recurvatisve late lineari-filiformibus margine scabris; caulinis latioribus subbrevioribus patulis: ochrea brevissima; thyrso paniculaeformi effuso v. confertim multifloro, bracteis scariosis ovato-lanceolatis acuminatis brevibus, calycis laciniis late ovatis acutis obtuse carinatis, patulis calyce sesqui v. duplo longioribus spathulato-linearibus v. oblongis patentissimis, disci perigyni glandulis staminiferis elongatis bipartitis.

α. grandiflora: thyrsi ramis ramosissimis elongatis, calycis laciniis laete viride carinatis $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{4}$ lin. longis, disci glandulis cum filamentis setaceis incrassatis.

Eremogone graminea. C. A. Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 7. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 165.

Hab. in aridis saxosis, arenosis provinciae Talüsch! (C. A. Meyer) prope pagum Tatuni alt. 500—666 hexap.! (Hohenack.). ♃.

β. parviflora: thyrsi ramis confertis abbreviatis gracilibus, calycis laciniis obscure viridi-carinatis 1—$1\frac{1}{2}$ lin. longis, disci glandulis obsoletioribus, filamentis subtilissime setaceis. — (Sequenti proxima, disci glandulis bifidis solum dignoscenda).

Hab. in Armenia pr. Erivan! (Steven). ♃.

Utraeque varietates thyrsi ramis ac pedicellis glabris et glanduloso-viscidis ludunt.

5. *A.* (*Eremogone*) *longifolia* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 345; *III*, p. 308) caudicibus crasse filiformibus ramosis radicantibus superne adpresse squamatis, turionum gracilium vaginis foliiferis, foliis longissimis lineari-setaceis margine scaberrimis rectis v. heteromallo-curvatis patulis; caulinis parum latioribus: ochrea elongata saepe fissa, thyrso parvi- simulque confertim multifloro paniculaeformi patulo demum contracto, calyce ellipsoideo basi decemcostato: costis alternis longioribus in laciniarum latissime ovalium obtusarum (rarius mucronulatarum) carinam acutam concolorem excurrentibus, corollae infundibuliformis petalis obovatis v. obovato-oblongis rotundatis cum capsula calyce duplo longioribus, disci perigyni glandulis staminiferis obsoletis ovatis integerrimis.

α. grandiflora: thyrso patulo, calycibus post anthesin $1\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{4}$ lin. longis, capsula ovoidea.

A. longifolia. M. a Bieb. (fide spec. in herb. Willd. Nr. 8752. fol. 4. 5)!

β. parviflora: thyrso contracto, calycibus post anthesin $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{4}$ lin. longis, capsula oblonga.

A. longifolia. M. a Bieb. (fide spec. in herb. Mus. acad. petropol.!). — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 165. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 403. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 168. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. — Weinm. *Tambow.* Nr. 68 (Synon. tria ultima quoad varietates, cuinam accensenda, dubia). — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 167.

A. otitoides. Adams in Dec. *Prodr. l. c.* et spec. a Dec. mecum commun.!

A. androsacea. Fisch. *msc.* ex Dec. *Prodr. l. c.* et spec. in herb. Ledeb.!

A. saxatilis. L. *herb.!* (fide specim. cum Linnaeano comparati) et *Sp. pl.* p. 607. excl. omn. synon.! — Dec. *Prodr. I*, p. 405. excl. syn. Barrel. — Pallas. *It. I*, p. 170; *II*, p. 38. 498 (fide specim. plurium in herb. Acad. petropol. et Jacq.!). — Georgi. *It. I*, p. 216. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 979. — Falk. *Beitr. II*, p. 180.

Hab. utraeque varietates in Rossia media [Tambow (Weinmann), infra Simbirsk! (Pall., Falk), pr. Orenburg (Pall., Claus, Lessing)] et australi [Podolia! (Besser *herb.*), gub. Cherson pr. Odessa! (Pander *in herb. Acad. petropol.*), des. Kumanensi (Falk), ad Wolgam inferiorem circa Saratow et Sarepta! (M. a Bieb., Claus), des. Calmuccorum, Kirghisorum et Baschkirorum! (Pall., Falk, Eversmann)] inque Sibiria [uralensi (Pallas) usque ad fl. Irtysch! (Pall., Falk, Adams), regionis altaicae subhumidis graminosis deserti soongoro-kirghisici (Fl. alt., Karel. et Kiril.), in utroque littore fl. Irtysch (Karel. et Kiril.) non procul a fl. Schulba! (Patrin ex herb. Delbss.) et baikalensi (Georgi)]. ♃.

6. *A.* (*Eremogone*) *Koriniana* (Fisch. *in litt.* ad Fenzl.) caudicibus longissimis fruticuloso-ramosissimis squarrosis procumbentibus, turionibus elongatis remote foliosis demum subvirgatis, foliis gramineo-setaceis margine scabris strictissimis; caulinis et turionum inferioribus, comae brevioribus, adpressis, cyma simplici 1—7flora v. bi-ternata corymbiformi, pedicellis elongatis, calycis ovoidei chartacei laciniis ovali-subrotundis obtusissimis subcarinatis concoloribus, corollae campanimorphae petalis late obovatis calyce duplo longioribus, disci glandulis staminiferis integerrimis.

Hab. in deserto orenburgensi! (Korin). ♃.

Affinis A. graminifoliae varietatis β. lusui paucifloro, ast caudicibus frutescentibus et turionibus remote foliatis facile distinguenda. Fortasse nihilominus varietas?

7. *A.* (*Eremogone*) *graminifolia* (Schrad. *h. goetting. I*, t. 5. — Ej. *n. Journ. f. d. Bot. 1810, II*, p. 139) caudicibus fasciculato-ramosis adscendentibus, turionibus vaginato-foliatis, foliis praelongis lineari-setaceis v. capillaribus margine scabris erectis patulis v. flaccide recurvis; caulinis latioribus: ochrea brevi, cymis v. pluribus per thyrsum brachiato-paniculaeformem patentem v. ternatis per corymbum dispositis, rarius solitaria 1—7flora, pedicellis elongatis, calyce ovoideo v. subgloboso basi demum cartilaginea turbinata obtuse pentagono: laciniis ovati-subrotundis obtusissimis nervo lato-lineari obtuso ecarinato discoloribus, corollae cyathimorphae petalis calyce duplo triplove longioribus late obovatis v. obovato-oblongis rotundatis v. eroso-subtruncatis, disci perigyni glandulis staminiferis ovatis integerrimis.

α. parviflora: cymis glaberrimis frequentius pluribus thyrsoideo-, quam ternis corymbose dispositis, pedicellis alaribus inferioribus vix semiuncialibus (inde confertius multifloris), calycibus post anthesin 1½—2 lin. longis.

A. graminifolia β. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 164 (ex specim. visis!). — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 159 (var. α. glabra).

A. stenophylla. Ledeb. *Ind. h. dorpat.* p. a. 1823.

A. longifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 402 (excl. syn. M. a Bieb.). — Chamisso et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 54.

A. procera. Spreng. *hist. rei herb. II*, p. 268 (fide syn. Gmelin). — Id. in Hornem. *h. hafn.* p. 424.

Alsine foliis subulatis, inferioribus longissimis, calycibus glabris, floribus umbellatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 157. Nr. 65. t. 63. f. 2 (ex icone lusus pauciflorus, ex specimina originali in herb. acad. petropol. viso lusus multiflorus, in varietatem sequentem vergens!).

Alsine glabra longis gramineis foliis, floribus albis, umbellatis. Amman. *ruth.* p. 67. Nr. 86.

Synonyma ad hanc et sequentes varietates facile simul spectantia:

Arenaria graminifolia. Güldenstädt. *It. I*, p. 192. — Besser. *Enum.* p. 17.

Nr. 533. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 32. — Eichw. *Skizze.* p. 173. — Ej. *casp. cauc.* p. 1. 31. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 155. 163. 168. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258.

Arenaria. Pall. *It. I*, p. 201.

β. grandiflora: cymis glaberrimis, frequentius ternis corymbose, quam pluribus thyrsoideo dispositis, pedicellis alaribus inferioribus plus semi- v. biuncialibus (inde patentioribus magisque sparsifloris), calycibus post anthesin 2—3 lin. longis.

A. graminifolia. Willd. *Enum.* p. 481.

A. graminifolia *β.* M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 308. — Dec. *Prodr. I*, p. 402.

γ. pubescens: cymis glanduloso-puberulis ternis, rarius pluribus v. solitariis, plerumque scaberrimis.

A. graminifolia. Schrad. l. c. ut supra. — Dec. *Prodr. I*, p. 401.

A. graminifolia. *α.* M. a Bieberst. *Fl. t. c. III*, p. 308. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 165.

A. filifolia. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 344!

A. Biebersteinii. Schlechtend. ex C. A Meyer. *Ind. cauc.* p. 220!

Alsine viscosa, longissimis et angustissimis foliis. Amman. *ruth.* p. 66. Nr. 85.

Hab. omnes — var. *α.* praesertim in terris borealibus, *β.* et *γ.* frequentius in australioribus — in Rossia media [Livonia!, Curonia! (Fleisch. et Lindemann). Lithuania! (Eichw.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Simbirsk! et Orenburg (Heinzelmann ex Amman, Pallas, Claus, Nesterofsky)] et australi [Podolia! (Andrz., Besser), Ucrania! (M. a Bieb., Andrz., Besser), ad Tanain (Henning) et Wolgam inferiorem (M. a Bieb., Eichw., Claus), in deserto cumano (M. a Bieb., C. A. Meyer), pr. Astrachan! (Eichw.)] in provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), Iberia! (Steven), Somchetia (Eichw.), Armenia (Koch *in litt.*)] et Sibiria [uralensi (Lessing), des. ischim. et barab. (Turcz.), inter Jaik et Jenisei fl. (J. G. Gmel.), et altaica! (Fl. alt.), transbaikalensi (J. G. Gmelin, Amman) et orientali! (Redowsky ex Chamisso), inter Irkutzk, Olekminsk, Wiluisk et Jakutzk! (Kruhse)], in Davuria (J. G. Gmelin, Amman) et Kamtschatka! (Eschscholtz). ♃.

8. *A.* (*Eremogone*) *holostea* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 345) caudicibus abbreviatis incrassato-filiformibus fasciculato-ramosis, turionibus haud elongatis polyphyllis basi squamatis, foliis e basi dilatata scariosa lineari-setaceis v. filiformibus elongatis laxiusculis margine scabris: ochrea brevissima, cyma solitaria depauperata v. ternis 1—3floris corymbose patulis, bracteis scariosis attenuatis rigidulis, calycis laciniis ovatis longe acuminatis (3—4½lin longis) nervo viridi excurrente angustissimo basi subcarinatis, corollae amplae petalis late obovatis integerrimis calyce sesquilongioribus.

α. glabra: cyma glaberrima.

A. holostea. Willd. *herb.* Nr. 8751. fol. 1. 2 (Spec. ab Adams commun.)! — Dec. *Prodr. I*, p. 402.

β. pubescens: cyma puberula.

A. holostea. M. a Bieb. l. c. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 219?

Hab. in provinciis caucasicis [ad fl. Terek, alt. 1000 hexap. inque alpe Kasbek alt. 1200—1450 hexap. (C. A. Meyer), in Caucaso iberico! (Adams, M. a Bieb.)]. ♃.

Diagnosis ad specimina Adamsii, praeter pubescentiam pedicellorum cum descriptione Biebersteiniana optime quadrantia, facta. Synonymum Meyeri vero e specimine auctoris viso, A. holosteae nomine in herb. acad. petropol. servato, A. lychnideae lusum, calycis laciniis acutioribus insignitum, exhibente mihi dubium. Species ulteriori examini recommendanda!

Subdivisio 2. *Chromolemmae.* Calycis laciniae chartaceo- v. membranaceo-scariosae, nervo dorsali in mucronem herbaceum recurvo-patulum excurrente pictae v. subherbaceae, marginibus cum nervo dorsali lato ad apicem plerumque purpureo coloratae. Flores rarius copiosi, thyrsoideo-paniculati, frequentius in cymis ternatis, binis v. solitaria saepe depauperata dispositi.

9. *A.* (*Eremogone*) *gypsophiloides* (L. *Mant. I*, p. 71) caudice multicipite crasso v. in ramos decumbentes validos lignescentes imbricato-squamatos polycephalos diviso, turionibus abbreviatis laxe polyphyllis, foliis elongato-gramineis linearibus v. lineari-setaceis firmis margine scabris; caulinorum rigidiorum ochrea brevissima, cymis pluribus thyrsoideo-paniculatis confertim multifloris rarissime corymbose ternatis, calycis ovoideo-oblongi demum chartacei nitidissimi laciniis ovatis acuminato-mucronatis apice purpurascente herbaceo recurvinsculis, petalis calyce 2—3plo longioribus patentibus ovato-oblongis v. obovato-linearibus integerrimis, capsula ovoideo-oblonga calyce duplo longiore.

α. glabra: pedunculis pedicellis calycibusque glaberrimis.

A. dianthoides. H. Paris. aliorumque!

A. cucubaloides (glabra). C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 220!

β. viscosa: pedunculis pedicellis calycibusque viscoso-puberulis.

A. gypsophiloides. L. l. c. — Schreb. *in Nov. Act. Acad. Nat. curios. IV*, p. 139!

A. cucubaloides (glandulosa). C. A. Meyer l. c.!

Eremogone cucubaloides. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 165 (non Fenzl.)!

Hab. utraeque varietates in provinciis caucasicis [Talüsch, alt. 700—800 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenackr.), ad lacum Gokt-schai! (Eichw.), Armenia! (Koch *in litt.*, Tournef. et Gundelsheimer! fide ejus speciminum in herb. gener. mus. reg. berol., adscripta phrasi Tournef. a Linnaeo et Schrebero citata!)]. ♃.

10. *A.* (*Eremogone*) *cucubaloides* (Smith. *Ic. ined. I*, p. 17. t. 17) caudice . . . . . apice polycephalo, turionibus . . . . ., foliis caulinis basilaribus paucis marcescentibus, reliquis elongatis late subulato-filiformibus carnosulis subtriquetris patulis marginibus incrassatis carinaque scabris in ochream longam connatis, cyma solitaria 4—7flora v. binis ternatisve fastigiatis paucifloris, calycis magni ovoideo-oblongi chartacei nitidi laciniis late ovalibus v. obovatis valide carinatis ultra medium membranaceis coloratis obtusis v. marginibus convolutis longe recurvato-cuspidatis, petalis calyce plus duplo longioribus obovato-v. cuneato-oblongis integerrimis anguste unguiculatis. — Flores fere magnitudine Lini tenuifolii. Sequenti valde affinis.

α. glabra: cymis calycibusque glaberrimis.

A. cucubaloides. Willd. *herb.* Nr. 8744! (Lusus floribus confertioribus).

Hab. in Armenia! (Gundelsheimer). ♃.

β. viscida: cymis calycibusque viscido-puberulis.

A. cucubaloides. Sm. l. c. (nec C. A. Meyer).
A. gypsophiloides. Steven *in litt.* (nec L. et Schreb.)!
Eremogone cucubaloides. Fenzl. *diss. ined.* (nec Hohenacker)!

Hab. in Armenia! (Gundelsheimer *in herb. gen. mus. berol.* — Lusus laxiflorus, pedicellis ½—1pollicaribus), pr. Erivan! (Steven). ♃.

11. *A.* (*Eremogone*) *juncea* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 309) caudice hypogaeo crasso polycephalo, turionibus polyphyllis caulibusque inferne foliorum emortuorum basibus longe productis dilatatis subchartaceis multifariam imbricatis, foliis longissimis subulato-filiformibus canaliculatis rectis v. recurvatis margine scabris; caulinis in ochream longam connatis, cymis geminis v. solitaria, rarius ternis elongatis strictis fastigiato-sparsifloris, cum calyce ovoideo-oblongo basi demum cartilagineo tumente glanduloso-pubescentibus, calycis laciniis semiherbaceis viridibus ovatis attenuato-mucronatis, petalis calyce 1½—2plo longioribus obovatis integerrimis late unguiculatis.

A. juncea. Dec. *Prodr. I*, p. 408.

A. daburica. Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 402. test. Fisch. et Meyer in litt. ad Fenzl.! — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 251.

A. gypsophiloides. Willd. *herb.* Nr. 8741! nec Sp. pl.

Hab. in Sibiria ulteriore (M. a Bieb.), Davuriae pratis, ad fl. Argun pr. Nertschinsk, nec non in mont. Jablonnoi-Chrebet! (Turcz.), in turfosis circa mont. Odon-Tschelo! (Patrin *in herb.* Ventenat, nunc Delessert). ♃.

Ludit caulibus palmaribus et bipedalibus.

12. *A.* (*Eremogone*) *formosa* (Fischer in Dec. *Prodr. I*, p. 402) caudicibus abbreviatis polycephalis v. elongatis radicantibus fasciculato-ramosissimis foliorum consumtorum vaginis laxis dentatis nervis plerumque filamentosis imbricato-tunicatis, turionibus polyphyllis, foliis subulato-filiformibus carnosulis stricte erectis plerumque curviusculis laevissimis v. margine scabriusculis; emortuis flaccidissimis varie contortis, cyma 1—8flora corymbiformi, rarissime ternata, calycis subcampanulati laciniis late ovalibus obovatisve obtusis v. acutiusculis incrassato-membranaceis viridibus v. purpureis, corollae amplae petalis late elliptico-obovatis calyce sesqui- v. duplo longioribus integerrimis v. retusis, disci glandulis staminigeris globosis distinctissimis.

α. glabra: cyma calycibusque glaberrimis. — Calycis plerumque virescentis laciniae exteriores ut plurimum acutiusculae.

A. nardifolia. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 166! — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 6. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 98. t. 32! — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 168.

β. glandulosa: cyma calycibusque glanduloso-pubescentibus. — Calycis plerumque purpurascentis laciniae omnes ut plurimum obtusae.

A. formosa. Fisch. l. c. (fide specim. auct. commun. aliisque in herb. Deless. visis!). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 252 et in herb. Besser! et Ledebour! — Dec. *Prodr. I*, p. 402.
A. nardifolia *β*. Ledeb. *Fl. alt. l. c.!*
A. lychnidea. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 253.
A. colorata. Turcz. *in herb.* Besser! et Ledeb.!

Hab. utraeque varietates in rupestribus alpinis Sibiriae altaicae! (Fl. alt., Karel. et Kiril.), baikalensis in alpe Nuchu-Daban! (Turcz.) et Davuriae! (Turcz.). ♃.

13. *A.* (*Eremogone*) *lychnidea* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 347; *III*, p. 309) caudicibus polycephalis v. elongato-subramosis humifusis, foliorum consumtorum vaginis laxis membranaceis imbricato-tunicatis, turionibus polyphyllis, foliis anguste subulato-filiformibus haud carnosis plerumque curviusculis confertissimis erectis margine scabriusculis: emortuis marcescentibus, cyma (cum calyce pubescente) plerumque

3- interdum 1—5flora corymbiformi, pedunculis brevissimis, pedicellis capillaribus subaequilongis calyce subbrevioribus aequalibus v. rarius sesquilongioribus, calycis laciniis ovalibus ellipticisve acutiusculis membranaceis plerumque coloratis, corollae patentis petalis cuneato-oblongis v. cuneato-linearibus integerrimis v. retusis calyce sesqui-v. duplo longioribus, disci glandulis staminigeris obsoletis.

A. lychnidea. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 219! (nec Dec., nec Turcz.) — Willd. *herb.* Nr. 8758 et 8759! (Specimina M. a Bieb. et Adams).

Hab. in regione alpina Caucasi alt. 1400 hexap.! (C. A. Meyer) iberici! (M. a Bieb.), in m. Ararat! (Parrot *in herb.* Ledeb.). ♃.

Species subdubia, ulterius examinanda, praecedentis facile varietas stenopetala.

14. *A.* (*Eremogone*) *capillaris* (Poiret. *Encycl. méth. VI*, p. 380) caudicibus hypogaeis ramosis tortuosis torulosis undique gemmiferis; epigaeis inferne aphyllis apicibus fasciculato-polycephalis, turionibus brevissimis polyphyllis coarctato-comatis foliorum consumtorum basibus squamaeformibus stricte aristatis membranaceis arctissime imbricatis, foliis abbreviatis capillaribus rigidis calloso-mucronatis rectis curvatisve laevissimis v. margine scabriusculis; emortuis persistentibus strictis, cyma patula 1—7flora, rarissime binis, pedicellis plerumque elongatis, calycis ellipsoidei basi haud cartilagineo-tumentis laciniis late ellipticis v. ovalibus obtusis v. acutiusculis semiherbaceis, petalis calyce dimidio v. duplo longioribus late obovatis v. obovato-oblongis integerrimis.

α. glabra: cyma calycibusque glaberrimis.

Lusus 1. Procerior, foliis subtilissime setaceis rectis 2—3uncialibus, caulibus 4—8uncialibus plerumque 4—7floris, pedicello alari primo 8 lin.—1½ unc. longo.

A. capillaris. Poiret l. c. (fide spec. auct. a Mosquin-Tandon mihi commun. aliisque a Patrinio lectis in herb. Deless. visis!)
A. sibirica. Pers. *Syn. I*, p. 504.
A. lychnidea *β*. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 402.
A. Laxmanni. Fisch. ex Dec. *Prodr. l. c.*

Lusus 2. Humilior, foliis rigidissimis plerumque glaucescentibus erectis v. squarroso-patulis ¾—2 poll. longis, caulibus digitalibus 1—4floris, pedicello alari primo semiunciali v. subbreviore.

Alsine foliis subulatis, inferioribus longissimis, calycibus glabris, floribus umbellatis. var. I. pumila. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 158. Nr. 65. — Alsine alpina junceo folio. C. B. P. *Ind. Transbaik.* e Gmel. l. c.
A. subulata. *β*. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 403.

β. glandulosa: cyma calycibusque plus minusve glanduloso-v. viscoso-pubescentibus.

Lusus 1. Omnino praecedentis.

A. subulata. *α*. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 402.
A. airaefolia. Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 402. sub A. lychnidea! — Ind. pl. quae a mus. acad. petropol. offeruntur. 1840. Nr. 234!
A. lychnidea. Turcz. *in herb.* Ledeb.! et Besser! (nec M. a Bieb.).
A. capillacea. Willd. *herb.* Nr. 8787. fol. 2!

Lusus 2. Pariter idem varietatis *α*.

A. setacea. Adams ex Fischer in Dec. *Prodr. I*, p. 403. sub A. subulatae (test. Meyer *in litt.* ad Fenzl!).

A. lychnidea. DEC. *Prodr. I*, p. 402 (nec M. a BIEB.!).
A. viscosa. FISCH. in DEC. l. c.
A. airaefolia et subulata. herb. LEDEB. et BESSER.
A. setosa. WILLD. *herb.* Nr. 8757. fol. 1 (nec 2)!

Hab. singuli varietates et lusus in Sibiria! (HOFFMANN *in herb. acad. petropol.*), mont. uralensibus? (PALLAS *in herb.* JACQ.! cum A. longifolia simul communicata), transbaikalensis et Davuriae aridis, lapidosis, desertis, rupestribus, montosis! (TURCZ. aliique), inter Nertschinsk et Gazimur! (PATRIN), in Mongholia! (BUNGE). ♃.

Species polymorpha inter A. junceam, formosam, lychnideam ac Meyeri ambigens, ab illarum prima praesertim foliis rigidis angustissimis ad summum digitalibus, in basim brevem abrupte dilatatis, ab altera pariter foliis rigidioribus, emortuis stricte persistentibus ac consumtorum basibus recto-aristatis, a tertia bracteis minimis, floribus longe pedicellatis, foliis rigidioribus et caudicibus tortuosis, ab ultima caudicibus nudis, nec tota longitudine foliis squarrosis emortuis tunicatis, turionum brevissimorum coma coarctata distincta, calycis laciniis haud cuspidatis petalisque latis differt.

15. *A.* (*Eremogone*) *Meyeri* (FENZL) caudicibus fastigiato-ramosissimis pulvinatim caespitantibus cum turionibus foliis emortuis persistentibus squarrosis imbricato-vaginatis, foliis abbreviatis semitereti-subulato-setaceis acerosis rectis v. subfalcatis patentissimis margine scabris, cyma terminali 3—10flora corymbiformi patula, calycis laciniis membranaceis ellipticis acuminato-mucronatis, petalis calyce duplo longioribus late cuneato-linearibus v. angustius obovato-oblongis integerrimis. — Cyma glanduloso-puberula.

A. subulata. C. A. MEYER in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 167 (excl. omnib. synon.)! — LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 400!

Hab. in rupibus granitosis m. Kent deserti soongoro-kirghisici! (FL. ALT.). ♃.

Caudiculis ac turionibus semper subelongatis, tota longitudine foliis emortuis vegetisque squarrosis imbricato-vaginatis, ultimis mere acerosis, nunquam gramineis, nec in comam erectam densatis, plerumque stellatim patentibus petalisque linearibus ab A. capillari proxime affini differt. Transitum ad Euthaliae species foliis acerosis molitur, turionum autem foliis vegetis, minora axillaria fasciculata nunquam alentibus recedens.

Subgenus. Euthalia. FENZL. in ENDLICHER *gen.* p. 967.

Calyx basi haud indurescens. Petala interdum nulla. Styli 3, in nonnullis floribus interdum 4 v. 5. Capsula ovoidea, calyce inclusa v. illo paullo longior, oligo- v. polysperma, in dentes v. valvulas dehiscens. Semina globulosa v. lenticularia, scabra, raro laevissima, lucida. — Herbae annuae v. biennes, amphigeae; foliis planis, latis v. angustis, caule in cymam paniculaeformem, foliosam, raro depauperatam soluto, v. suffrutescentes, caespitosae, caulibus filiformibus, floribus nunc terminalibus axillaribusque solitariis, nunc per cymas depauperatas, terminales dispositis.

16. *A.* (*Euthalia*) *serpyllifolia* (L. SP. p. 606) annua v. biennis multicaulis rarissime simplex, cauliculis in cymam dichotomam demum

flexuoso-racemiformem effusam foliosam solutis, foliis sessilibus ovatis rarius elliptico-lanceolatis acuminatis; siccis plurinerviis, pedicellis calyce 2—5plo longioribus post anthesin divergentibus demum erectis, calycis laciniis ellipticis v. lanceolatis acuminatis carinato-trinerviis petala ovalia triente v. dimidio superantibus, capsula ovoidea ore dentato constricta calycem aequante.

α. *scabra*: tota pube minutissima eglandulosa scabra v. hirta.

β. *glutinosa* (Koch. *Syn. Fl. germ.* p. 117) tota v. superne pube minutissima glandulosa scabra v. hirta.

A. uralensis. Spr. *Syst. II*, p. 296!

A. serpyllifolia. Willd. *herb.* Nr. 8728. fol. 5! (Spec. Pallasii e rupibus uralensibus).

Utraeque varietates ludunt:

1) cauliculis firmis crassius filiformibus, foliis late ovatis.

2) cauliculis laxis gracillime filiformibus, foliis ovatis v. ellipticis (var. γ. tenuior Koch l. c.).

3) cauliculis plerumque solitariis erectis 1—3pollicaribus, foliis lanceolatis.

Synonyma utrasque varietates simul spect.:

A. serpyllifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 411. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 72. — Fisch. *Livl.* p. 232. — Falk. *Beitr. II*, p. 180. — Güldenst. *It. I*, p. 191. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 301. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 343; *III*, p. 307. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 133. — Mart. *Fl. mosq.* p. 79. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 46. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 532. — Luce. *Fl. o.i.* p. 141. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 32. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 175. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 219. Eichw. *Skizze.* p. 173. — Ej. *casp. cauc.* p. 26. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 232. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 258. — Weinm. *Tambow.* Nr. 47. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 165. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 160. c. var. β. glutinosa (viscida Loisel.). — Wirzén. *Casan.* Nr. 97. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 170. c. var. pusilla Nr. 171 (omnibus in partibus triplo minor.).

A. breviflora. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 155. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 296.

Alsine foliis lanceolatis, petalis integris calycis magitudine. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 159. Nr. 67.

Hab. in Rossia media [a Newa ad Kamam fl. usque (Falk.), Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Luce), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindemann), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Kasan (Wirzén), Orenburg (Nesterofsky)] et australi [Podolia! (Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning), lacum Indersk et Wolgam inferiorem (Claus)], Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ad fl. Terek (Güldenst.), in promontorio, imo in subalpinis ubique alt. 400—900 hexap.! (C. A. Meyer), Ossetia (Koch *in litt.*, Kachetia! et Somchetia! (Eichw.), territor. Elisabethpol! (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), provinc. Talüsch pr. Lenkoran! (Hohenacker), ins. Sara m. caspii! (Kieseritzky *pl. exs.*)] inque Sibiria uralensi! (Pall.), altaica! (Fl. alt.), in desert. soongoro-kirghisico inque mont. Aktschavly (Karel. et Kiril.), ad Jenisei superiorem (J. G. Gmel.). ⊙. ⊙.

17. *A.* (*Euthalia*) *rotundifolia* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 343) perennis undique proserpens ramosissima, caudiculis ramisque herbaceis filiformibus polyphyllis, cauliculis propriis nullis, foliis abbreviatis v. ovato-subrotundis ovatisve obtusissimis in petiolum brevissimum cuneato-linearem ciliatum rursus constrictis integerrimis uninerviis obsolete

ramuloso-venosis glabris, cymis 1—∞floris corymbi-v. squarroso-paniculaeformibus terminalibus alaribus v. axillaribus pedunculatis, bractearum pari primo foliiformi; reliquis minimis complicato-subulatis, calycis glaberrimi laciniis ovatis acuminatis uninerviis, petalis ovatis (nec obovatis ex M. a BIEB.) acutis v. obtusis calycem subaequantibus v. subsuperantibus.

A. rotundifolia. DEC. *Prodr. I*, p. 412. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 219! — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 232! — WILLD. *herb.* Nr. 8720! (Spec. M. a BIEB.).

Hab. in alpibus caucasicis ad scaturigines! (M. a BIEB., NORDMANN), in alpe Kasbek alt. 1300 hexap. (C. A. MEYER), in herbidis subalpinis m. Sarial! (HOHENACK.). ♃.

18. *A.* (*Euthalia*) *Redowskii* (CHAMISSO et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 58) perennis? multicaulis subcaespitans, caudiculis tenuissime filiformibus abbreviatis, cauliculis dissite foliosis adscendentibus erectisve gracillimis simplicissimis linea decurrente manifestius puberulis uni-subbifloris, foliis sessilibus ellipticis utrinque acutis mucronatis tenue membranaceis uninerviis reticulato-subvenulosis glabris basi ciliatis, axillis haud fasciculigeris, pedicellis elongatis cum calyce puberulis, calycis laciniis herbaceis ovatis acuminatis, petalis patentibus ovato-subrotundis (nec obovato-cuneatis ex CHAMISS.) in unguiculum brevissimum constrictis calyce sublongioribus.

Hab. in Kamtschatka! (ex schedula adjecta specimini unico, in herb. gener. mus. berol. servato, autographa [?] Redowskii). ♃?

19. *A.* (*Euthalia*) *ciliata* (L. SP. p. 608) perennis dense caespitans, caudiculis tenue filiformibus ramosissimis humifusis haud radicantibus, cauliculis nullis v. distinctis dissite foliatis adscendentibus 1—9 floris, foliis subsessilibus imbricatis v. remotis late ovatis v. ellipticis v. oblongis v. lanceolatis aut obovato-oblongis v. subspathulatis rotundatis acutisve glabris basi attenuata ciliatis; siccis apice 3—7nerviis v. carnosulis uninerviis, axillis plurimis fasciculigeris, pedicellis puberulis distinctis calyce longioribus v. brevioribus, calycis laciniis ovatis v. ovato-lanceolatis acutis, petalis calycem longioribus latis ovato-oblongis rotundatis raro obovato-oblongis in unguiculum basi constrictis.

Ocurrit solummodo intra imperii rossici limites:

β. frigida: (KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 267) foliis siccis uninerviis, plerumque oblongis v. lanceolatis aut subspathulatis.

A. ciliata. *β.* DEC. *Prodr. I*, p. 411. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 47.

Lusus 1. Cauliculis distinctis dissite foliosis 1—2floris, pedicellis calyce plerumque longioribus.

„ 2. Cauliculis distinctis nullis, caudiculis florigeris sterilibusque foliatis minimis confertissime imbricatis, pedicellis calyce plerumque aequilongis v. brevioribus.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia inque regionis arcticae terrae Samojedarum ins. Waigatsch! (SCHRENK)] et septentrionali [Fennia (PRYTZ.)]. ♃.

Species prorsus dubiae, delendae:

Arenaria biflora. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 978. — Pr. Astrachan (GÜLDENST. ex GEORGI).

Arenaria ciliata. GÜLDENST. *It. I*, p. 110. — GEORGI l. c. p. 978. — Ad Tanain (GÜLDENST.).

" *montana.* GÜLDENST. l. c. — GEORGI l. c. p. 979. — Ad Tanain (GÜLDENST.).

156. Moehringia. L.

gen. Nr. 264. — KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 271. — ENDLICHER. *gen.* p. 968.

Calyx 4—5partitus. Petala 4 v. 5, perigyna. Disci subhypogyni glandulae obsoletae v. distinctae, retuso-truncatae v. bigibbosae. Stamina 8 v. 10, disco inserta, omnia fertilia. Stigmata 2 v. 3, interdum 4, filiformia. Capsula duplo stigmatum numero in valvas recurvatas dehiscens. Semina laevissima, lucida, umbilico distincte strophiolato.

1. *M. trinervia* (CLAIRVILLE MANUEL *d'herbor.* p. 150) annua v. biennis glabriuscula v. scaberula multicaulis diffusa rarissime simplex, cauliculis filiformibus flaccidis mox in cymam foliatam multifloram solutis, foliis ovatis v. ovato-ellipticis 3—5nerviis acutis mucronatis; infimis longius petiolatis; bractealibus summis subsessilibus, pedicellis post anthesin cum flore nutante divergentibus, calycis pentameri laciniis ovato-lanceolatis acutis carinatis, petalis obovato- v. spathulato-oblongis calyce brevioribus.

M. trinervia. M. et KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 273. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 219. — FLEISCH. et LINDEM *Fl. d. Ostseeprov.* p. 159.

Arenaria trinervia. L. SP *I*, p. 605. — DEC. *Prodr. I*, p. 412. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 71. — GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 154. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 296. — FISCH. *Livl. Zus.* p. 117. — FALK *Beitr. II*, p. 180. — GÜLDENST. *It. I*, p. 110. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 343. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 133. — MART. *Fl. mosq.* p. 79. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 46. — BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 531. — LUCE. *Fl. osil.* p. 409. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 32. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 175. — EICHW. *Skizze.* p. 173. — Ej. *casp. cauc.* p. 26. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 165. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 47. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 98.

Hab. in umbrosis, humentibus, nemoribus, ad sepes tam planitierum, quam regionum alpinarum Rossiae septentrionalis [Fennia (PRYTZ.)], mediae [a Newa ad Kamam fl. (FALK.), Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEMANN), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia! (BESSER, EICHW.), Kursk (HÖFFT.), Mosqua (MART.), Kasan (WIRZÉN)] et australis [Podolia! (BESSER, EICHW.), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING)], Tauriae (M. a BIEB.), provinciarum caucasicarum [Iberia! (WILHELMS), Kachetia et Somchetia (EICHWALD), pr. Helenendorf (HOHENACK.) et Lenkoran! (C. A. MEYER, HOHENACK.)] et Sibiriae altaicae! (FL. ALT.). ⊙. ⊙.

2. *M. lateriflora* (FENZL. *Verbreit. d. Alsin. in tab. synopt. ad* p. 18 et 38) perennis glabriuscula scabra v. hirta simplicissima erecta v. multicaulis repenti-diffusa ramosa, cauliculis filiformibus rectis v. flexuosis, foliis late ovalibus oblongis v. lanceolato-linearibus obtusis 1 v. 3nerviis, cymis axillaribus v. subterminalibus pedunculatis 1—5floris minute bracteolatis, pedicellis laxis elongatis, calycis laciniis ovatis ovalibusve obtusissimis, petalis obovato- v. spathulato-oblongis calyce duplo longioribus, staminibus basi pubescentibus.

Lusus 1. Foliis latis ovalibus ad oras nervumque medium subtus scabris, caeterum glabris v. punctato-scabriusculis, caulibus simplicibus v. ramoso-diffusis.

Arenaria lateriflora. L. SP. *I*, p. 605. — HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 102. t. 36.

Alsine Arenaria foliis ovatis obtusis, pedunculo laterali bifloro. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 159. Nr. 68.

Lusus 2. **Foliis plerumque oblongis lanceolatisve utrinque scabris v. hirtis, caulibus simplicibus v. ramosis.**

Arenaria buxifolia. POIRET. *Encycl. méth. IV*, p. 262! (fide specim. auct. a Moquin-Tandon commun.!)

Synonyma ad utrosque lusus spectantia:

Arenaria laterifolia. DECAND. *Prodr. I*, p. 412. — GEORGI. *It. I*, p. 216. — FALK. *Beitr. II*, p. 180. — CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 57. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 173. — FELLM. *Ind. Kola*. p. 188. — HOOKER et ARN. in BEECHEY's *Voyage*. p. 112. — LESSING *in Linnaea IX*, p. 154. 157. 174. — FELLM. *Ind. Lappon.* Nr. 182. — BONGARD *de Veget. ins. Sitcha*. p. 128. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 261. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 99.

Hab. in umbrosis, humidiusculis, ad arborum truncos putredine consumtos Rossiae arcticae [territor. Kola (FELLM.), Lapponia! (FELLM., SCHRENK)], septentrionalis [terrae magnae Samojedarum reg. sylvatica et subarctica! (SCHRENK)], mediae [Kasan! (C. A. MEYER, WIRZÉN)] inque omni Sibiria (J. G. GMEL.) [Ural (LESSING, NESTEROFSKY). inter Tobolsk et Tara (FALK.), Altai! (PATR., FL. ALT.). Krasnojarsk! (TURCZ.), Baikal! (GEORGI, TURCZ.)], Davuria! (TURCZ.). plaga orientali! (REDOWSKY ex CHAM. et SCHLECHTEND.), Kamtschatka! (REDOWSKY, ESCHSCHOLTZ, BEECHEY), insulis Kuril.! (FISCHER), Unalaschka! (FISCHER) et Sitcha! (MERTENS, BONGARD). ♃.

Corrugatione petalorum frequentissima in speciminibus siccatis corolla longitudine calycem subsuperante decipit.

3. ***M. umbrosa*** (FENZL. *Verbreit. d. Alsin.* p 38) **perennis scabrido-pubescens, caulibus filiformibus simplicibus v. ramosis strictiusculis erectis, foliis ovato-oblongis oblongis lanceolatisve obtusiusculis v. acutis 1—3nerviis firmis, cymis axillaribus v. subterminalibus pedunculatis 1—3floris minute bracteolatis, pedicellis strictis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis v. acuminatis, petalis obovato-v. spathulato-oblongis calycem dimidio v. duplo superantibus, staminibus basi pubescentibus.**

Lusus 1. Foliis obtusiusculis ovato-oblongis oblongisve glabriusculis v. scabris.

M. umbrosa. KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 164.

Arenaria umbrosa. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 173! — LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 322!

Lusus 2. Foliis lanceolatis obtusiusculis et acutis glabriusculis v. scabris.

M. macrophylla. FENZL. l. c. in tab. synopt. ad p. 18.

Arenaria macrophylla. HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 102. t. 37!

Hab. in humidiusculis, umbrosis, nec non alpinis Sibiriae altaicae! (PATR., FL. ALT.). ♃.

4. ***M. muscosa*** (L. SP. p. 515) **foliis lineari-filiformibus, floribus tetrapetalis octandris.**

M. muscosa. DEC. *Prodr. I*, p. 390. — ? PALL. *It. II*, p. 219. 225. — ? GEORGI. *It. II*. p. 720. — ? Ej. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 938.

Hab. in montibus uralensibus (PALL., GEORGI)? — Nimis certe dubia imperii rossici civis, Alsines specie, quod verosimillimum, a Pallasio pro genuina sumta.

157. Krascheninnikowia. Turcz.

Cat. Baikal. Nr. 271. — Endlicher. *gen.* p. 968.

Calyx 5partitus. Petala 5, subhypogyna. Stamina 10, subhypogyna, omnia fertilia. Stigmata 3, capillaria, elongata. Capsula duplo stylorum numero in valvas patentissimas dehiscens. Semina tuberculis diglochidatis hispidissima, umbilico estrophiolata. Embryo annularis, albumen farinaceum cingens.

1. *K. rupestris* (Turcz. l. c.) perennis, caudiculis hypogaeis gracillimis repentibus tubera globulosa passim agentibus, cauliculis simplicibus v. ramosis flaccidis tetragonis glaberrimis v. linea decurrente villosulis, foliis lanceolatis ac lanceolato-linearibus laxe patentibus glabris v. ad oras ciliatis, floribus alaribus et axillaribus solitariis sparsis longe pedicellatis, corolla calyce triente longiore.

Hab. in Sibiriae baikalensis rupestribus! ad torrentes Bystraja, Urgudei etc. (Turcz.). ♃.

158. Holosteum. L.

Endlicher. *gen.* p. 968.

Calyx 5partitus. Petala 5, perigyna. Disci subhypogyni glandulae obsoletae v. distinctae, carnosulae, lineares, truncatae. Stamina subhypogyna 3 v. 5, rarius 10. Stigmata filiformia 3, rarius 4—5. Capsula apice duplo stigmatum numero, dentibus apice spiraliter revolutis dehiscens. Semina scabra, concavo-convexa, facie cava longitudinaliter elevato-carinata, umbilico apicali estrophiolato. Embryo hippocrepiformis, albumen parcum farinaceum includens.

1. *H. umbellatum* (L. Sp. p. 130) annuum omnino v. in cauliculis tantum superne glanduloso-pubescens, foliis radicalibus rosulatis cuneato-linearibus v. lanceolatis v. oblongis vel subspathulatis in petiolum attenuatis; caulinis ovatis ovalibus oblongisve lanceolatis acutis obtusisve basi plus minusve connatis, cyma umbelliformi, bracteis scariosis v. subherbaceis calycibus multo brevioribus, calycis laciniis ovatis v. ovato-lanceolatis obtusis v. acutiusculis, petalis obovatis v. obovato-oblongis v. late cuneatis apice eroso-denticulatis v. subemarginatis rarissime integerrimis calyce quadrante v. subdimidio longioribus, staminibus 3—10, seminibus obtusissime granulatis.

a. oligandrum: staminibus 3—5, petalis plerumque obovato-oblongis v. cuneatis.

Lusus 1. Herba glabra v. parum glandulosa, pedicellis calycibusque glaberrimis.

„ *2.* Herba cum pedicellis calycibusque plus minusve glanduloso-pubescens.

Cauliculi utrorumque unciales et spithamaei altioresve, 2—10flori.

H. umbellatum. Dec. *Prodr. I*, p. 393. et auctorum plurimorum. — Güldenstädt. *It. I*, p. 189. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 89; *III*, p. 97. — Besser. *Enum.* p. 6. Nr. 239. — Lucé. *Fl. osil.* p. 27. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 220. — Eichw. *Skizze.* p. 173. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 215. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 165.

Hab. in Rossia media [ins. Osilia (Lucé), Livonia!, Lithuania (Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain

(Henning)], **Tauria** (M. a Bieb.) et **provinciis caucasicis** (M. a Bieb.) [ad fl. Terek (Güldenst.), in Iberia (Koch *in litt.*), pr. Helenendorf inque provinc. Karabagh (Hohenack.), pr. Baku (C. A. Meyer), in provinc. Talüsch (Hohenack.)]. ⊙.

β. pleiandrum: staminibus 6—10, petalis plerumque praecedente latioribus ac sublongioribus, herba tota glanduloso-pubescente.

Ludit caule unciali solitario paucifloro et pluribus digitalibus ac spithamaeis multifloris.

H. liniflorum. Fisch. et Meyer. *Ind. III. sem. h. petropol.* p. 39 (nec Steven). — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 165 (ex parte).

H. glutinosum. Fisch. et Meyer. *Ind. VI. sem. h. petropol.* p. 52!

H. an glutinosi var.? (Viride, caulis simplex piloso-viscosus, petala minus majora sepalis, flores [non perfecte evoluti] 3—5 umbellam formantes, hermaphroditi, decandri) C. Koch *in Linnaea XV*, p. 708. Nr. 180.

Arenaria glutinosa. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 344! — Dec. *Prodr. I*, p. 401 (Lusus pumilus, fide specim. auct. in herb. Besseri visi!).

Hab. in **Tauria**, in deserto cumanensi et pr. Astrachan (M. a Bieb.!), ad m. caspium! (C. A. Meyer). ⊙.

2. *H. liniflorum* (Steven ex Fisch. et Meyer. *Ind. IV. sem. h. petropol.* p. 10. Nr. 1303) omnino v. superne glanduloso-pubescens, foliis radicalibus cuneato-oblongis lanceolatisve obtusis in petiolum longe attenuatis rosulatis, caulinis oblongis v. e basi sublatiore late lanceolato-linearibus obtusis v. acutis vix connatis, cyma umbelliformi, bracteolis calyce multo brevioribus subherbaceis, calycis laciniis ovatis acuminatis v. obtusiusculis distincte mucronatis, petalis late obovatis integerrimis calyce duplo v. sesquiduplo longioribus, staminibus 10, seminibus granulis valde prominentibus scabris.

H. liniflorum. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 165 (ex parte).

Hab. in **Tauria**! (Steven, Fisch. et Meyer) et **provinciis caucasicis** [Iberia, Somchetia, Armenia (Koch *in litt.*), pr. Elisabethpol (Hohenack.), ad litt. orient. m. caspii! (Karelin). ⊙. ⊙.

3. *H. marginatum* (C. A. Meyer in Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 166) annuum glaucescens glaberrimum, foliis radicalibus spathulatis oblongisve obtusis basi attenuatis; caulinis late linearibus v. lanceolatis obtusis v. acutis basi vix connatis, cyma umbelliformi, bracteis oblongis obtusissimis scarioso-marginatis quam calycis laciniis ovato-oblongis obtusiusculis subminoribus, petalis obovato-oblongis integerrimis calyce triente longioribus, staminibus 10, seminibus obtuse granulatis.

Hab. in graminosis prope Helenendorf (Hohenack.), in provincia Wortschalo Somchetiae! (Koch). ⊙.

Species dubii generis:

4. *H. polygamum* (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 708) viride ex basi multos ramos simplices proferens in tota superficie pilis capitatis viscidis obtectum, floribus umbellatis polygamis; hermaphroditis decandris, petalis vix emergentibus, capsularum dentibus 8 v. 10 rectis.

Hab. in deserto armeno cis Araxin fl. sito inque Somchetia pr. Humri (C. Koch). ⊙?

H. glutinoso Fisch. et Meyer et linifloro Stev. simillimum, sed ab hoc petalis minoribus, ab illo viridi colore foliorum caulisque, ab ambobus floribus polygamis haud aegre distinguendum est (C. Koch l. c.).

5. *H. dichotomum* (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 708) hirtum, caule erecto, foliis lineari-lanceolatis, florescentia bis dichotoma, floribus in

dichotomia, sepalis minoribus imperfecte 3nerviis, petalis oblongo-apiculatis, staminibus 10, capsula 6valvulari.

Hab. in Armenia (C. Koch). ⊙ ?

159. Stellaria. L.

gen. Nr. 568. excl. spec. — Endlicher. *gen.* p. 969.

Calyx 4—5partitus. Petala 4—5, perigyna, abortu interdum pauciora v. nulla, bifida v. bipartita rarissime laciniata. Disci subhypogyni v. perigyni glandulae obsoletae v. distinctae, truncatae, bigibbosae v. emarginatae. Stamina 8—10, rarius pauciora, subhypogyna v. perigyna, omnia fertilia. Stigmata 3, rarius 2, interdum 4 v. 5, filiformia. Capsula duplo stigmatum numero ultra medium in valvas erectas, recurvas v. revolutas dehiscens. Semina rugulosa, granulata v. muricata, opaca, umbilico estrophiolato. Embryo annularis, albumen farinaceum cingens.

Subgenus. Eustellaria. Fenzl.

Calyx 5-rarissime 4partitus. Stamina 10, interdum pauciora (3—5), plerumque disco perigyno inserta. Ovarium pluriovulatum. Styli 3, interdum 4—5, rarius 2. Capsula oligo- v. polysperma. — Herbae humiles, caespitosae, amphigeae, polymorphae, floribus alaribus, axillaribus, sparsis, rarius solitariis, terminalibus, saepissime per cymas dichotomas multoties iteratas, foliaceo- v. scarioso-bracteatas dispositis.

Divisio I. *Petiolares.* Fenzl. in Endlicher *gen. l. c.* Folia omnia v. saltim inferiora in petiolum distinctum angustata, lamina cordata, ovata v. elliptica. Calyx interdum quadripartitus.

1. *St. nemorum* (L. Sp. p. 603) caudicibus hypogaeis filiformibus proserpentibus, caulibus elongatis simplicibus v. decumbenti-ramosis erectis v. flaccide adscendentibus villosis, turionibus humifusis longissimis, foliis cunctis v. plurimis longe petiolatis cordato-ovatis; summis bractealibusque subsessilibus v. sessilibus ovatis sive ovato-ellipticis acuminatis flaccidissimis teneris venosissimis glabris v. pilosis margine geniculato-ciliatis, cyma terminali herbaceo-bracteata elongata laxe viscosula rarissime glabra, pedicellis elongatis, calycis laciniis lanceolatis acutis margine nitide scariosis subenerviis, petalis calyce 2—3plo longioribus ultra medium bifidis: laciniis divergentibus linearibus, ovario oblongo, capsula oblongo-cylindracea calyce $\frac{1}{2}$—2plo longiore, seminibus granulato-scabris.

α. subebracteolata: bractearum pari infimo magno foliaceo, reliquis cunctis minutissimis squamaeformibus, cyma cum calycibus plerumque glaberrimis. — Sequente multo rarior.

β. bracteata: bracteis omnibus foliaceis, cyma cum calycibus pubescentibus.

Lusus 1. Bractearum par infimum maximum, subsequum 2—3plo minus, reliqua minuta ovato-lanceolata, summa subulata.

„ *2.* Bractearum paria 2—3 infima maxima sensim minora, subsequa cuncta minuta ovato-lanceolata.

St. nemorum. Dec. *Prodr. I*, p. 396. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 70. — Ferber in Fischer. *Lirl. Zus.* p. 156. — Falk. *Beitr. II*, p. 179. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 297. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 134. — Mart. *Fl. mosq.* p. 79. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 47. — Besser. *Enum.* p 17. Nr. 525. — Lucé. *Fl. osil.* p. 409. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 184. — Eichwald. *Skizze.* p. 173. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 179. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 46. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 160.

St. cordata. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 152 — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 295.

Synonyma dubia, e patria verosimilius ad spec. sequentem (St. Bungeanam) v. Malachium aquaticum v. Stell. mediae var. *α.* (decandram) spectantia:

St. nemorum. S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108. — Güldenst. *It. I*, p. 428. — Claus. *Ind. des in* Göbel. *It. II*, p. 259. — Wirzén. *Casan.* Nr. 90.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola et Lapponia! (Fellm.)], septentrionali [Fennia! (Prytz.)], media [Petropoli! (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Ledeb., Fleischer et Lindem.), Curonia (Ferber, Fleischer et Lindem.), Lithuania! (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.)] et australi [Podolia! (Besser, Eichw.)]. ♃.

Stationes dubiae:

Kasan (Wirzén), Orenburg (Claus), Imeretia (Güldenst.), Lesghia pr. Derbent (S. G. Gmel.)

2. *St. Bungeana* (Fenzl. *Alsin. gen. et spec. msc.*) **caulibus elongatis simplicibus flaccide adscendentibus villosulis in cymam solutis, foliis inferioribus longe petiolatis cordato-ovatis; summis bractealibusque subsessilibus v. sessilibus ovatis sive ovato-ellipticis acuminatis patentibus venulosis glabriusculis v. pilosis margine dense pubescentibus, cyma iterato-dichotoma multi-raro subsimplici pauciflora elongata foliaceo-bracteata pubescente, pedicellis elongatis, calycis laciniis herbaceis ovatis obtusiusculis; inferioribus submarginatis opacis dense pubescentibus, petalis calyce 1½—2plo longioribus ultra medium bifidis: laciniis patulis cuneato-linearibus, ovario globoso, capsula ovoidea calyce sublongiore, seminibus granulato-scabris.**

Lusus 1. Cyma effusa, foliis bractealibus magnitudine sensim decrescentibus.

„ *2.* Cyma pauci- v.- multiflora, foliis bractealibus superioribus pari infimo ac subsequo rursus multo minoribus.

St. nemorum. Pall. *It. III*, p. 34. — S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108. — Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 152 (excl. synon. praeter Patrin et Gmelin.) — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 235. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 157.

St. dichotoma. Patrin. *Fl. barnaul. msc. in* Ledeb. *Fl. alt. l. c.*

Alsine petalis bipartitis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 147. Nr. 47.

Hab. in umbrosis, ad sepes a montibus uralensibus per totam Sibiriam infraarcticam (J. G. Gmel., Pall.), in montibus uralensibus (Lessing), pr. Obdorsk (Sujef ex Pall.), altaica! (Gebler, Ledeb, Meyer, Bunge), ad Krasnojarsk (Turcz.), baikalensi! et in Davuria ad torrentes Wydrinka, Solson aliisque! (Turcz.), in Tataria! (fide specim. herb. acad. petropol.). ♃.

Aegre prima fronte a St. nemorum et Malachio aquatico distinguenda; ab illa, praeter folia minus laxa margine pube brevissima recta densa (nec flexuosa elongata rariore) ciliata, bractealia aequabilius decrescentia ac majora minusque cuspidata, praesertim calyce ovoideo (nec oblongo), laciniis late ovatis obtusiusculis (nec lanceolatis acutis) marginibus apiceque angustissime membranaceo-marginatis opacis (minime nitidis scariosis), ovario globoso (nec oblongo), capsulaque ovoidea calycem aequante v. subsuperante (nec oblongo-cylindraceo

1½—2plo longiore) diversa. A Malachia aquatico, cui e calycis conformatione, petalorum magnitudine et indole ac capsula ovoidea calycem vix excedente longe propior praecedente, neglectis stylorum numero ternario ac valvularum senario vix distinguenda.

3. *St. media* (Villars *Delphin. III*, p. 615) caulibus diffusis adscendentibus erectisve in cymam multifloram solutis uniseriatim pilosis, foliis omnibus v. plurimis ciliato-petiolatis subcordato-ovatis acutis v. acuminatis glaberrimis, pedicellis elongatis pubescentibus, calycis laciniis herbaceis oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis pubescentibus, petalis calycem aequantibus brevioribus v. nullis bipartitis: laciniis divergentibus lanceolato-linearibus obtusis, staminibus 3—10, stylis 3, capsula ovoidea calyce exserta.

α. decandra: caulibus ut plurimum elongatis valde multifloris, foliorum paribus infra primam bifurcationem sitis 1—3 plerumque sessilibus, staminibus 10; florum ultimorum saepe paucioribus v. 5.

St. latifolia. Dec *Prodr. I.* p. 396 (excl. synon. Pers.).
St. neglecta. Weihe ap. Bluff. et Fingerh. *Comp. I*, p. 560!
St. nemorum. Steven *in litt.* ad Fenzl.!
St. media *β.* neglecta. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 707.

Hab. in Tauria! (Steven), Armenia (C. Koch). ⊙. — Reliquis varietatibus rarior.

β. oligandra: floribus 3—5andris, caulibus nunc elongatis grandifoliis, nunc abbreviatis digitalibus v. spithamaeis parvifoliis.

Lusus 1. Foliorum paria infra primam bifurcationem sita 1—3 cum bractealibus sessilia.

„ *2.* Folia cuncta cum bractealium pari primo v. subsequo petiolata.

St. latifolia. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 221 (fide specim. auct. in herb. Acad. petropol. visi ad utrumque lusum macrophyllum spectat.).

Lusus 3. Folia plurima margine undulata.

St. media (Vill., Smith ac plurim. auct.). Dec. *Prodr. I*, p. 396. — Wahlenberg. *Fl. lappon.* p. 125. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 47. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 526. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 31. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 153. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea. VI*, p. 589. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 221. — Fellmann. *Ind. Kola.* Nr. 135. — Eichw. *Skizze.* p. 173. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 232. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 178. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 46. — Bongard *de Veget. ins. Sitcha.* p. 126. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 236. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 160. — Wirzén. *Casan.* Nr. 91. — C. Koch *in Linnaea XV.* p. 707.

St. dichotoma. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 976 (ex parte, spectatis stationibus europaeis).

Alsine media. L. Sp. 389. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 47. — Fisch. *Livl.* p. 211. — Güldenst. *It. I.* p. 192. 421; *II*, p. 9. 25. 155. 344. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 210. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 248. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 96. — Mart. *Fl. mosq.* p. 57. — Lucé. *Fl. osil.* p. 96.

Alsine bipartita. Gilibert. *Fl. lithuan.* *V*, p. 150. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 293.

Alsine petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis Gmelin. *Fl. sib. IV*, p. 148. Nr. 48.

Hab. in Rossia arctica [in territor. Kola (Fellm.), Lapponia! (Wahlenb., Fellm., Schrenk *in litt.*)], septentrionali [Fennia! (Prytz.). terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk *in litt.*)], media [Petropoli! (Gorter, Weinm.. C. A. Meyer). Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé, Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindemann),

Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Güldenst., Trautvetter *in litt.*), Podolia! (Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst.), ad Tanain (Henning)], in Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek! (Güldenst., — alt. 950 hexap. — C. A. Meyer), in m. Beschtau inque Imeretia (Güldenst.), per omnem Caucasum (M. a Bieb., C. Koch), in territorio Elisabethpol inque provincia Karabagh! (Hohenacker), pr. Baku! (C. A. Meyer)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.), uralensi pr. Jekaterinenburg (Uspenski), altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi! et Davuria! (Turcz.), Kamtschatka circa portum Petri et Pauli! (Mertens), inque insulis Unalaschka! (Chamisso, Choris) et Sitcha! (Bongard, Kastalsky). ☉. — Omnium frequentissima.

γ. *apetala*: plerumque humilior, caulibus digitalibus v. palmaribus, staminibus plerumque 3.

Lusus 1. Folia caulina plurima cum petiolo semipollicaria ac longiora.

„ 2. Folia caulina plurima cum petiolo 3—5''' longa.

Hab. cum praecedente varietate haud infrequens.

Divisio II. *Insignes.* Fenzl. l. c. Caules teretiusculi v. subangulati. Folia omnia sessilia v. tantum infima in petiolum latum obsoletum angustata, cordata, ovalia v. oblonga, nunquam e basi latiore rectilineo-lanceolata, nec ad margines aculeolato-scabra. Flores magni, solitarii, axillares v. alares, sparsi v. in racemorum dichotomiis foliosis, multoties iteratis plurimi.

4. *St. radians* (L. Sp. 603) eglanduloso-villosa v. pubescens viridicana, caulibus subsimplicibus elongatis flaccidis angulatis in cymam foliaceo-bracteatam solutis, foliis sessilibus late lanceolatis patentibus opacis subtus villosulis; bractealibus homomorphis sensim brevioribus, pedicellis elongatis demum cum flore nutante reflexis, calycis laciniis late ellipticis v. ovatis acutiusculis v. obtusis, petalis calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longioribus semiquinque-decemfidis, capsula ovoidea calyce sublongiore, seminibus scrobiculato-reticulatis nigris.

St. radians. Dec. *Prodr. I*, p. 396. — Georgi. *It. I*, p. 215. — Falk. *Beitr. II*, p. 180. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 976. — Chamisso et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 47. — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 589. — Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 413. — Erman. *Vers.* Nr. 117. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 234.

St. radiata. Pall. *It. III*, p. 320.

Cerastium fimbriatum. Ledeb. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V*, p. 540. — Dec. *Prodr. I.* p. 421.

Alsine saxatilis, angusto et oblongo Salicis folio, flore albo, tenuissime laciniato. Messerschm. in Amman. *ruth.* p. 64. Nr. 83. t. 10.

Alsine foliis salignis margine scabris, petalis semiquinquefidis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 146. Nr. 46.

Hab. in Rossia media? [Wologda et Kostroma (Georgi — certe erronea statio!)] et Sibiria altaica: deserto barabensi (Falk), baikalensi! (Steller, J. G. Gmel., Georgi, Patrin, Turcz.), transbaikalensi! et Davuria! (Steller, J. G. Gmel., Pall., Turcz.), Sibiria orientali! (Redowski ex Chamisso et Schlechtend.) et Kamtschatka! (Erman, Mertens). ♃.

5. *St. dichotoma* (L. Sp. 603) glanduloso-villosa pubescens v. glabra, caulibus teretibus a basi dichotoma ramosissimis squarrosis in cymam multifloram solutis, rarissime subsimplicibus paucifloris pumilis, foliis

copiosis sessilibus cum bractealibus cordato-ovatis ovatis ovato- v. oblongo-lanceolatis lanceolatis linearibusve acutis v. acuminatis patentibus; inferioribus demum reflexis carnosulis opacis, pedicellis rectis post anthesin refractis, calycis laciniis lanceolatis acutis v. acuminatis rarius oblongis; omnibus v. interioribus tunc obtusis, corollam subaequantibus v. aequantibus rarius subdimidio longioribus, petalis subsemibifidis v. profunde emarginatis: lobis linearibus v. ovato-linearibus, capsula oblonga 2—5sperma, seminibus obtuse granulatis.

α. cordifolia (Bunge. *Enum. alt.* p. 34) foliis caulinis cum bractealibus cunctis subcordato-ovatis v. superioribus ovatis acutis v. acuminatis, petalis calycis lacinias lanceolatas subaequantibus v. subsuperantibus.

Lusus 1. Tota glanduloso-villosa v. pubescens, caules diffusi, folia cuncta, imo bractealia summa cordato-ovata acuta v. breviter cuspidato-mucronata, calycis 2—2½ lin. longi.

St. dichotoma. L. Sp. 603. — Dec. *Prodr. I*, p. 397. — Smith. *Ic. ined.* p. 14. t. 14 (specimen fructificans, inflorescentia perfecte explicata!).
St. dichotoma. var. *α.* Bunge. *Enum. alt. l. c.!*
St. Schlechtendaliana. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 399!
St. villosa. Willd. *herb.* ex Schlecht. *in Berlin. Mag.* 1816. p. 194 (specimen glanduloso-villosum, inflorescentia nondum bene explicata!).

Lusus 2. Idem humilior, foliis floribusque minoribus multo confertioribus, calyces tantum 1½—1⅔ lin. longi (Lusus correspondens simili parvifloro varietatis *β.*, foliis bractealibus lanceolatis solum recedenti).

Lusus 3. Tota glanduloso-villosa v. pubescens, caules diffusi, folia caulina cum bractealibus inferioribus subcordato-ovata v. ovata, bractealia superiora ovata v. ovato-oblonga producte acuminata.

St. dichotoma. Willd. *herb.* ex Schlecht. *in Berl. Mag.* 1816. p. 194! — Falk. *Beitr. II*, p. 180! (fide ejus specim. in herb. Acad. petropol.).
St. dichotoma. var. *β.* Bunge. *Enum. alt. l. c.!*
St. Pallasiana. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 399. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 153! — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 167.

Lusus 4. Idem caulibus pedicellisque pubescentibus, foliis calycibusque glabris.

Lusus 5. Idem glaberrimus, foliis plerumque undulatis.

Synon. generalia:

St. dichotoma. Pall. *It. III*, p. 343. — Georgi. *It. I*, p. 215. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. III*, p. 198. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 976 (ex parte, quoad stationes sibiricas). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 247 (fide ej. specim. ad lusum 1 et 3 spect.!).
Alsine petalis emarginatis foliis ex cordato-ovatis acutis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 149. Nr. 50.

Synon. dubia:

St. dichotoma. Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 298. — Wirzén. *Casan.* Nr. 92. (Utraque forsan aptius ad St. mediam *β.* referenda.)

β. heterophylla: foliis plerumque paucioribus acuminato-ovatis v. ovato-oblongis sive ovato-lanceolatis, pluribus lanceolatis v. linearibus, petalis calycis lacinias lanceolatas subaequantibus v. subsuperantibus.

Lusus 1. Tota glanduloso-pubescens v. villosa, caules diffusi, folia bractealia superiora ovata deorsum cum caulinis latitudine, longitudine eorum spectata, decrescentia oblonga v. lanceolata.

St. Pallasiana. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 153 (ex parte, fide specimimum auct.!).

Lusus 2. Glanduloso-pubescens, caules coarctato-ramosissimi brevi simulque confertifolii, folia inferiora ac media ovata v. ovato-oblonga acuta sive acuminata: superiora lanceolata v. linearia, flores plerumque conferti parvi, calycibus 1½—2 lin. longis.

St. Stephaniana. Willd. *herb.* Nr. 8697. ex Schlecht. *in Berlin. Mag.* 1826. p. 194! — Dec. *Prodr. I.* p. 399 (folia speciminis Steph. in herb. Willd. productius ovato-acuminata).
St. dichotoma. δ. Bunge. *Enum. alt.* p. 34! (Folia speciminis auctoris in herb. Acad. petropol. visi ovato-oblonga acuta).
St. alsinaefolia. Lessing *msc. in herb. gen. berol.!*

Lusus 3. Glanduloso-pubescens, caules diffusi, folia media omnium latissime plerumque productius ovato-lanceolata v. late lanceolata; superiora ac inferiora sensim angustiora quandoque linearia.

St. dichotoma γ. Bunge. *Enum. alt.* p. 34!
St. Pallasiana. Turcz. *msc.* (fide specim. auct.!).

Hab. utraeque varietates cum lusubus per totam Sibiriam uralensem, altaicam et baikalensem Davuriamque: in regione uralensi: provincia Iset! (Falk), altaica! (Steller, Patrin, Sallessow *in herb.* M. a Bieb., Schangin, Ledeb., Bunge, Lessing), ad Jenisei fl.! (Pall.), in montibus Ssojuticis! (Lessing), in regione baikalensi! (J. G. Gmel., Georgi, Stephan, Turcz., Bunge), Davuria! (Pall., Turcz.), in mont. Jablonnoi-Chrebet (Sievers), in Mongholiae desertis! (Bunge). ♃.

Stationes summopere dubiae:

Territorium mosquense (Stephan) et kasanense (Wirzén).

γ. *rigida* (Bunge. *Enum. alt.* p. 34) pubescens, caudiculis prostratis ramosis, caulibus abbreviatis subramosis v. simplicibus, foliis confertis oblongis v. lanceolatis, calycis laciniis oblongis obtusis v. exterioribus acutis corolla subdimidio brevioribus.

Hab. in collibus arenosis ad Tschujam superiorem! (Bunge). ♃.

δ. *linearis:* divaricato-ramosissima procumbens, caulibus uniseriatim pubescentibus, foliis omnibus linearibus glabris remotis, pedicellis calycibusque glabris: laciniis oblongis acutis corollam aequantibus.

St. tschachanensis. Lessing *msc. in herb. Mus. berol.!*

Hab. in Sibiriae altaicae mont. Ssabinensibus! (Lessing). ♃.

6. *St. gypsophiloides* (Fenzl. *Alsin. Monogr. msc.*) **puberula, caulibus teretibus a basi dichotoma ramosissimis in cymam foliaceo-bracteatam divaricatam solutis, foliis lanceolatis carnosulis patentibus demum reflexis; bractealibus plurimis pedicellis post anthesin divergentibus longe brevioribus, calycis laciniis linearibus obtusis scarioso-marginatis opacis, petalis calyce quadrante v. dimidio brevioribus semibifidis: laciniis divergentibus angustissime linearibus, capsula inclusa oblongo-obovata monosperma, seminibus tuberculatis.**

Hab. in Mongholiae desertis! (Bunge *in herb. Acad. petropol.* — St. Pallasianae nomine servatum specimen.)

Species ulterius observanda, praecedentis nimis polymorphae facile varietas singularis, floribus innumeris per cymam amplissimam globosam, Gypsophilarum more, dispositis, bracteis plurimis, bifurcationum inferiorum 3—4 exceptis, solum 3 lin. longis sensimque brevioribus, pedicellis patentissimis vix refractis (?), calycis laciniis exacte linearibus ad apicem quandoque parum latioribus distincte membranaceo-marginatis obtusis 2—2½ lin. longis, petalis minutis, capsula constanter monosperma visa ac seminibus granulis grossis tuberculatis insignita.

Divisio III. *Holosteae.* Fenzl. l. c. Caules acutanguli, fragiles. Folia connato-sessilia, e basi latiore rectilineo-lanceolata, longe attenuata, margine aculeolato-scabra, rigida; infima confertiora, superioribus multo breviora, reflexa. Flores speciosi, in cymam paniculiformi-effusam, inferius foliosam, superne herbaceo-bracteatam dispositi. Capsula sphaerica, inflata.

7. *St. holostea* (L. Sp. 711) Character divisionis.

St. holostea. Dec. *Prodr. I*, p. 397. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 70. — Fisch. *Liel.* p. 232. — Falk. *Beitr. II*, p. 180. — Güldenst. *It. I*, p. 192. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 299. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 977. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 342. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 134. — Mart. *Fl. mosq.* p. 79. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 47. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 527. — Lucé. *Fl. osil.* p. 409. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 31. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 221. — Eichwald. *Skizze.* p. 173. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. 28. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 260. — Weinm. *Tambow.* Nr. 63. — Ej. *Fl. petropol.* p. 47. — Wirzén. *Fenn.* p. 36. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 167. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseepror.* p. 161. — Wirzén. *Casan.* Nr. 93.

St. graminifolia. S. G. Gmel. *in herb. acad. petropol.!*

St. ciliata. Gilib. *Fl. lithuan V*, p. 152. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 294.

Alsine floribus gramineis asperis, petalis semibifidis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 145. Nr. 45?

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media (Falk.), [Petropoli! (Gorter, Weinm.), Esthonia! (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindemann). Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Tambow (Weinm.), Pensa! (Jacquet pl exs), Kasan (Wirzén). Slatoust! (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Trautvetter in litt.), Podolia! (Besser, Eichw.), ad Tanaim (Henning), Wolgam ubique (Claus) et Terek (Güldenst., Georgi)], in provinciis caucasicis [Caucasi sylvis! (M. a Bieb.), Iberia! (Wilhelms), regione occidentali! (Nordmann), Mingrelia, Kachetia et Somchetia (Eichw.). provincia Talüsch!, alt. 600 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)] inque omni Sibiria? (J. G. Gmel.), in parte occidentali? (Falk.). ♃.

Divisio IV. *Larbreae.* Fenzl. l. c. Caules angulati, basi plerumque diffusi, flaccide adscendentes v. erecti, rarissime repentes caespitosi. Folia varia, sessilia. Flores mediocres v. minimi; specierum pauciflorarum axillares et terminales, plerumque longe, rarissime breve pedicellati; in speciebus multifloris in ramorum dichotomiis iteratis foliosis v. in cymas pedunculatas, alares axillaresque, scarioso-bracteatas, effusas dispositi. Stamina plerumque distincte perigyna. Capsula ovoidea, oblonga v. turbinata, polysperma.

Subdivisio 1. *Foliaceo-bracteatae.* Flores nunc per cymam dichotomam, caulem continuantem, foliosam dispositi, nunc sparsi, axillares, ebracteati. Bracteae omnes herbaceae — speciminum macilentorum summae quandoque, ast rarissime, apice v. margine submembranaceae. (Hujus quoque loci persaepe specimina pauciflora specierum 1—4 subdivisionis 2.)

8. *St. borealis* (Bigel. *Fl. boston.* ed. 2. p. 182) multicaulis, caulibus flaccidis in cymam iterato-dichotomam demum solutis glabris v. superne subpubescentibus, foliis sessilibus ovatis ellipticis lanceolatisve

acutis glabris margine ciliatis rarius laevissimis, bracteis foliaceis v. superioribus minutis herbaceis, floribus plurimis alaribus; summis axillaribus, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis v. acuminatis, petalis nullis v. 2—5 calyce subdimidio brevioribus bipartitis: laciniis angustissime linearibus, staminibus 10, stylis frequentissime 4, capsula ovata v. oblonga calyce demum 1½—3plo longiore, seminibus laevibus subnitidulis fuscis.

α. apetala: floribus omnibus v. plurimis apetalis, paucioribus 2—3petalis, plerumque 4gynis, seminibus laevissimis.

Lusus 1. Folia majora plerumque ovata basi subciliata v. glaberrima patentia obsolete reticulato-venosa margine haud crispata.

„ *2.* Folia plurima oblonga v. elliptico-oblonga plerumque distincta ciliata erecta manifeste reticulato-venulosa margine saepe subundulata.

„ *3.* Folia plurima productius ovato-lanceolata v. lanceolata plerumque distincte ciliata demum flaccide reflexa manifeste reticulato-venulosa margine rarius subundulata.

St. borealis. α. Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 49! (Lus. 1.) — Torrey et Gray *Fl. bor. am. I*, p. 185.
St. alpestris. Fries. *Novit. Fl. suec. mant. I*, p. 10 (partim ad var. *β.* spect.).
St. calycantha. Bongard *de Veget. ins. Sitcha.* p. 127! (Lus. 1 et 2.) — Torrey et Gray l. c. p. 186.
St. uliginosa. Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 187. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 177 (probabilissime!). — Schrenk *in litt.!* (Lus. 1 et 3.)
St. aquatica. Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 50! (Lus. 2 et 3.)
St. lanceolata. Torrey *Fl. I*, p. 45 (nec Poir.).
Arenaria calycantha. Ledeb. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V*, p. 534! (Lus. 2.) — Dec. *Prodr. I*, p. 412.
Spergulastrum lanceolatum. Mich. *Fl. bor. am. I*, p. 275.
Micropetalum lanceolatum. Pers. *Syn. I*, p. 509.

β. corollina: floribus omnibus 5petalis v. paucissimis 3petalis, plurimis 3gynis, seminibus dorso obsoletissime rugulosis, foliis lanceolatis rarius ovato- v. oblongo-lanceolatis.

Lusus 1. Calyces 1—1½ lin. longi. Caules plerumque abbreviati debiles.

„ *2.* Calyces plerumque 2 lin. longi. Caules saepe erecti longifolii elongati.

St. alpestris. Fries l. c.!
St. brachypetala. Bongard *de Veget. ins. Sitcha.* p. 126! (Lus. 2.) — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 186.
St. mollis. Wirzén. *Casan.* Nr. 95 (nec Fisch., nec Willd.).

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia! (Fellm., Schrenk)], septentrionali [terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk *in litt.*)] et media [Kasan (Wirzén)], in Sibiria orientali! (Redowsky) insulisque Unalaschka! (Chamiss., Eschscholtz) et Sitcha! (Mertens ex Bongard). ♃?

9. *St. crispa* (Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 51) glaberrima diffusa, caulibus flaccidissimis elongatis in cymam regularem haud solutis, foliis ovatis ellipticis sive lanceolatis acutis v. acuminatis reticulato-venosis marginanti-trinerviis crispato-undulatis, floribus sparsis; axillaribus ebracteolatis; alaribus nullis v. inferiorum paucissimis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acuminatis, petalis 3—5 calyce subdimidio brevioribus: laciniis angustissimis v. nullis, staminibus 10, stylis 3—4,

capsula ovoideo-oblonga calyce 1½—3plo longiore, seminibus opacis dorso ac faciebus obsolete concentrice rugulosis atrofuscis.

Lusus 1. Pedicelli omnes v. plurimi calycem aequantes v. subdimidio superantes.

„ *2.* Pedicelli omnes v. plurimi calyce 2—5plo longiores.

St. crispa. Hooker. *Fl. bor. amer. I*, p. 97! — Bongard *de Veget. ins. Sitcha.* p. 127! — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 186!

Hab. in insulis Unalaschka! (Chamisso, Eschscholtz) ex Sitcha! (Mertens ex Bongard). ♃.

A praecedente vix specie bene distincta, facile tamen distinguenda.

10. *St. crassifolia* (Ehrh. *Beitr. III*, p. 60) glaberrima multicaulis, caulibus diffusis erectisve simplicibus v. subpaniculato-ramosis, foliis linearibus lanceolatis oblongis ovatisve acutis carnosulis basi haud ciliatis, floribus trigynis sparsis alaribus et axillaribus v. pluribus per cymam terminalem obsoletam foliosam dispositis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis, petalis bipartitis: lobis linearibus calyce subdimidio longioribus, capsula ovata calyce subduplo longiore, seminibus lineolis interruptis elevatis concentrice rugosis primum fuscis demum atris opacis.

α. linearis: caulibus plerumque valde elongatis flaccidissimis, foliis omnibus anguste linearibus v. majoribus anguste lanceolatis.

Lusus 1. Caules plurimi 1—3flori simplices v. ramosi.

„ *2.* Caules plurimi 3—10flori simplices v. ramosi.

St. Elodes. M. a Bieb. *msc.* ex Besser. *Enum.* p. 81! (fide specim. auct. in herb. Acad. petropol.) — Eichw. *Skizze.* p. 173.

St. borealis. *β.* Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 94! (fide specim. auct. plurim. vis.)

β. oblongifolia: caulibus plerumque firmioribus dense foliosis, foliis omnibus v. plurimis late lanceolatis- v. majoribus oblongis.

Lusus 1. Caules plurimi erecti v. adscendentes subsimplices v. ramosi 1—3- v. 3—multiflori, folia plerumque ovato- v. oblongo-lanceolata.

„ *2.* Caules plurimi diffusi ramosissimi 1—3- v. 3—multiflori, folia persaepe ejusdem individui heterophylla.

St. crassifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 398. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 977. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 156! (Lus. 1.) — Fellmann. *Ind. Kola.* Nr. 186. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 244. — Fleisch. et Lindemann. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 162!

St. brevifolia. Schumach. *Fl. Zeel.* p. 142! — *Fl. dan.* t. 415. — Dec. *Prodr. I*, p. 398. — Weinm. *in Linnaea X*, p. 51. — Ej. *Fl. petropol.* p. 47! (Lus. 1.)

St. Alsine. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. l. c.* excl. omnibus synon.! (Lus. 2. pauciflorus, fide specim. plurim. herb. Ledeb.).

St. lateriflora. Fleisch. *Enum. pl. Curon.* et caet. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. I*, p. 101? (num synon. Stellariae uliginosae?)

Hab. in humidis, turfosis Rossiae arcticae [territor. Kola! (Fellm.)], septentrionalis [Fenniae (Schrenk *in litt.*)], mediae [circa Petropolin! (Rudolph, Weinm.), Livoniae! (Fleisch. et Lindem.), Lithuaniae pr. Willnam! (Wolfgang, Besser, Eichw.)] et australi [Kiew! (Besser, M. a Bieb. praesertim var. *α.*), Podoliae (Eichw.)], Sibiriae altaicae! (Fl. alt.) et baikalensis! (Turcz.) inque insula Sitcha! (Mertens, var. *α.* in herb. Acad. petropol. cum St. longifolia permixta). ♃.

11. *St. humifusa* (Rottböll. *in Act. hafn. X*, p. 447) glaberrima, caudiculis herbaceis ramosissimis humifusis radicantibus cum cauliculis adscendentibus sparsifloris demum purpureis v. ferrugineis, foliis ovatis oblongis v. late linearibus carnosulis saepe subsecundis; emarcidis scariosis persistentibus, axillis pluribus persaepe fasciculiferis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutiusculis v. obtusiusculis, petalis bipartitis calyce triente v. dimidio longioribus: laciniis lineari-oblongis obtusissimis, capsula ovoidea calycem aequante, seminibus laevibus fuscis.

α. oblongifolia: caudiculis cauliculisque plerumque elongatis, foliis oblongis vel late linearibus lanceolatisve internodiis saepe brevioribus, axillis paucis fasciculiferis, emarcidis varie corrugatis, pedicellis elongatis, floribus magnis.

Lusus 1. Cauliculi digitales imo palmares saepe erecti, folia oblonga 4—7 lin. longa, axillis paucissimis v. nullis fasciculiferis, flores 3—7.

„ 2. Cauliculi breviores adscendentes, folia angustiora 3—4 lin. longa confertiora, axillis pluribus saepius fasciculiferis, flores 1—3.

St. crassifolia. Chamisso et Schlecht *in Linnaea I*, p. 50! (fide specim. auct. Lus. 1 et 2.) — Erman. *Vers.* Nr. 118.

St. humifusa. Bongard *de Veget. ins. Sitcha*. p. 127! (partim ad Lus. 2, partim ad var. *β*. Lus. 1. spect.). — *Fl. dan.* t. 978. (Lus. 2.)

β. ovalifolia: caudiculis ramosissimis, caulibus plurimis laxe adscendentibus polyphyllis, foliis ovatis 2—3 lin. longis acutis plerumque confertis, axillis saepissime fasciculiferis, emarcidis concoloribus corrugatis v. planis, floribus paucissimis saepe subsessilibus.

Lusus 1. Folia internodiis plerumque breviora, axillis paucioribus fasciculiferis.

„ 2. Folia congesta internodia aequantia v. superantia, axillis plurimis fasciculiferis.

St. humifusa. Dec. *Prodr. I*, p. 398. — Rottböll *in Act. hafn. X*, p. 47. t. 4. f. 11. (Lus. 1.) — Fellm. *Ind. Kola*. Nr. 191. — Sommerfelt. *Suppl. Fl. lappon.* p. 20! — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 97! — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 184.

St. crassifolia *β*. minor. Wahlenberg. *Fl. Lappon.* p. 125. — Schrenk *in litt.!*

γ. marginata: caudiculis foliorumque emarcidorum planorum confertissimorum nervis marginantibus incrassatis atropurpureis.

Lusus 1. Folia plurima ovata obtusa.

„ 2. Folia plurima ovata acuta v. acuminata.

St. marginata. Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea. I*, p. 50! (Lus. 2.)

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia! (Wahlenb., Vahl, Deinell, Schrenk)] et Sibiria orientali! (Redowsky), in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (Chamisso, Eschscholtz var. *γ*.), Kamtschatka! (Redowsky, Eschscholtz, Erman), insula Sitcha! (Mertens ex Bongard) inque plaga arctica Americae boreali-occidentalis! (Collie) ad sinum Schischmareff! (Chamiss., Eschscholtz var. *γ*.). ♃.

12. *St. Eschscholtziana*: multicaulis erecta tota pube confervoidea crispata villosa inferne demum glabrata, caulibus simplicibus v. subramosis paucifloris, foliis ex ovato oblongis v. lanceolatis acutis v. acuminatis utrinque villosis; inferioribus demum subtus glabris nitidulis, floribus sparsis, pedicellis longissimis erectis, calycis laciniis oblongo-lanceolatis acuminatis maximis (3—4½ lin. longis), petalis calyce quadrante longioribus bipartitis: laciniis oblongo-linearibus obtusis.

St. imbricata. Bongard *msc. in herb. Acad. petropol.*

Hab. in Kamtschatka! (Eschscholtz *in herb.* Ledeb. et *Acad. petropol.*). ♃.

Caules speciminum trium visorum digitales, flaccidi, erecti, quadranguli, nitidi, pro majori parte cum reliquis partibus villo albo crispato confervoideo velati. Folia semipollicaria ac longiora; inferiora subbreviora, primum erecta, serius patentia, flaccida, carinata, reticulato-venulosa, nervis intramarginalibus distinctis, basi parum, apice producto magis incrassatis. Pedicelli axillares, sub anthesi 1—2unciales visi; fructiferi facile triente longiores, apice turbinato-incrassati simulque cavi. Flores speciosi, magnitudine fere St. holosteae. Calycis laciniae basi distincte, ultra medium obsolete trinerviae, margine scariosae, plerumque acuminatissimae. Capsula immatura ovata calycem aequans; matura facile dimidio exserta ac ultra longior.

Species proxima sequenti ac St. floridae, quae forsan unius speciei varietates.

13. *St. ruscifolia* (Willd. *herb.* ex Schlechtend. *in Berl. Magaz.* 1826, p. 194) glaberrima, caudiculis herbaceis ramosissimis humifusis, cauliculis adscendenti-erectis polyphyllis, foliis cordato-ovatis cuspidatis carinatis, floribus sparsis alaribus et axillaribus v. per cymam foliosam depauperatam dispositis longe pedicellatis, calycis magni laciniis ovato-lanceolatis acuminatis demum rigidis, petalis calycem aequantibus v. subsuperantibus bipartitis: laciniis oblongo-linearibus obtusis, seminibus granulatis dorso papillosis.

Lusus 1. Cauliculi elongati remote foliosi, foliis pedicellis floribusque maximis, flores plures sparsi v. cymosi, bracteolis summis quandoque margine subscariosis.

„ *2.* Cauliculi pluriflori abbreviati polyphylli, folia plurima semipollicaria internodiis longiora.

„ *3.* Cauliculi subuniflori abbreviati polyphylli, folia semiuncia breviora confertissima rigida.

St. ruscifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 399. — Chamisso et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 50.

Hab. in arenosis Sibiriae orientalis! (Pall. ex Willd., Redowsky, Stephan *in herb. Acad. petropol.*) pr. Udskoi ad litt. oceani orientalis! (Kruhse *in herb.* Ledeb.), inter Jakutzsk, Aldan et Ochotzk! (Turcz.). ♃.

Subdivisio 2. *Scarioso-bracteatae.* Flores per cymam obsoletam v. multifloram terminalem v. axillarem dispositi, quandoque solitarii terminales. Bracteae omnes aut plurimae omnino v. semiscariosae v. saltem supremae versus apicem angustissime scarioso-marginatae.

† Bracteae inferiores foliaceae, reliquae v. nonnisi summae scarioso-marginatae v. omnino scariosae.

14. *St. florida* (Fisch. ex Dec. *Prodr. I*, p. 399) multicaulis erecta, cauliculis simplicibus 1—3floris, foliis strictis ovato-oblongis lanceolatis linearibusque acuminatis, marginibus incrassatis subinvolutis; junioribus supra pube confervoidea microscopica fugaci v. granulis adspersis subtus glabris demum laevissimis nitidis, bracteis summis scarioso-marginatis, pedunculis pedicellisque longissimis strictis cum calycis

laciniis ovato-lanceolatis acutissimis glabris, petalis calyce subduplo longioribus ultra medium bifidis: laciniis oblongo-linearibus, capsula calyce sublongiore oblonga, seminibus papilloso-cristatis.

Lusus 1. Folia plurima ovato-oblonga v. lanceolata plerumque eximie glauca, junioribus simul manifestius puberulis.

„ 2. Folia plurima lanceolata v. lineari-lanceolata saepe viridia plerumque obsoletissima puberula v. nuda granulis adspersa.

St. florida. Fisch. l. c. (Lus. 1. fide spec. auct. commun.)!
St. Fischeriana. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 398. (Lus. 2. fide spec. Fisch. commun.!) — Turcz. *in litt.* (Lus. 1 et 2.)
St. biflora. Rudolph *in litt.* ad M. a Bieb. *fide ejus herb. in mus. Acad. petropol.!* (nec Wulf.. nec L.) (Lus. 2.)
St. acapigerae affinis. Merck *msc. in herb. Acad. petropol.!* (Lus. 2.)

Hab. in Sibiriae orientalis montibus ad Lenam fl.! (Merck, Rudolph.), in glareosis inter fl. Aldan, Ochotzk et Jakutzk! (Turcz.) inque Kamtschatka! (Fisch.). ♃.

Species a sequentis varietate β., cui facie simillima, foliorum juniorum indumento, marginibus eorum involutis, petalis majoribus ac seminum indole certe diversa.

15. *St. longipes* (Goldie *in Edinb. phil. Journ. VI*, 1822, p. 185) glauca v. nitide virens, caudiculis ramosissimis humifusis, cauliculis simplicibus v. subramosis erectis v. adscendentibus glaberrimis v. puberulis, foliis ex ovato- in lineari-subulatum varie ludentibus glaberrimis v. ad oras ciliatis, cyma terminali 1—∞flora stricta, bracteis omnibus scariosis v. superioribus scarioso-marginatis, pedicellis plerumque elongatis semper erectis, calycis laciniis ovatis v. oblongis lanceolatisve acutis v. obtusis petalis subbipartitis brevioribus, capsula calyce subduplo longiore oblonga demum fusca, seminibus laevissimis.

α. stricta: cauliculis elongatis, plurimis 5—15floris, cyma longe pedunculata, bracteis omnibus, infimo pari quandoque excepto, scariosis, foliis anguste lineari-lanceolatis sive subulatis plerumque nitide viridibus, rarissime glaucis.

Lusus 1. Glaberrima plerumque glauca, foliis elongatis lineari-subulatis.

St. stricta. γ. Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 95!
St. longipes. β. 3. Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 185!

„ 2. Cauliculi inferne pubescentes praelongi, folia elongata; inferiora plerumque conferta lineari-subulata nitide viridia, flores magni, pedicellis longissimis, calycibus acutis ad oras glabris.

St. stricta. β. Hook. l. c.!
St. longipes β. 2. Torr. et Gray l. c.!

„ 3. Cauliculi omnino v. passim pubescentes quandoque abbreviati, folia confertiora v. remota viridia v. glauca plerumque lineari-lanceolata margine saepe ciliata, flores mediocres rarius 5 plures, calycibus obtusis ad oras saepe ciliatis.

St. stricta α. Hook. l. c.!
St. longipes β. 1. Torrey et Gray l. c.!
St. nitida. Hook. in Scoresby. *It. Grönland. app.* p. 411! — R. Br. *Verm. Schrift. I*, p. 554. — Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea. I*, p. 47!
St. peduncularis var. multiflora. Ledeb. *herb.!* (nec Fl. alt.)

Hab. in Sibiria altaica ad Tschujam fl.! (Bunge. — Lus. 3. foliis glaucescentibus) et orientali! (Fischer fide specim. in herb. Kunth. — Lus. 1

et 2.), Davuria! (Fischer fide specim. in herb. Kunth. — Lus. 1 et 2.) inque America arctica ad sinum Eschscholtzii! (Chamiss., Eschscholtz. — Lus. 3). ♃.

β. peduncularis: cauliculis 1—3floris strictis inferne v. ad nodos solos pubescentibus, internodio ultimo plerumque cum pedicellis longissimo, bracteis omnibus scariosis v. paris infimi solum herbaceis aut scarioso-marginatis, foliis infimis abbreviatis confertis oblongo-lanceolatis; reliquis remotis 2—3plo longioribus sublinearibus basi plerumque ciliatis laete viridibus nitidis.

St. peduncularis. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 157! — Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 421! — Bunge. *Enum. alt.* p 25. (35.) excl. synon. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 248.
St. alpestris. Turcz. *in litt.* ad Ledeb.!
St. Edwardsii. Forma 1. Chamisso et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 48!
St. graminea. Chamisso et Schlechtend. l. c. p. 49 (ex parte).
St. longipes var. γ. Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 185.

Hab. in Sibiriae altaicae lapidosis ad ripam fl. Tschuja! (Fl. alt.), baikalensis et Davuriae subalpinis ad stationem Sludenskaja inter muscos! (Turcz.), in Sibiria orientali ad Lenam fl.! (Redowsky) et Kamtschatka! (Redowsyk *in herb. gen. berolin.*). ♃.

γ. humilis: cauliculis 1—3floris glaberrimis v. plus minusve v. passim pubescentibus, internodio ultimo penultimis 1—2 aequilongo v. breviore parumve longiore, bracteorum pari infimo plerumque foliaceo; reliquis cunctis scarioso-marginatis.

Lusus 1. Cauliculi pubescentes stricti pollicares ac digitales, folia confertissima linearia v. lineari-lanceolata erecta, calycis laciniae plerumque acutae ciliatae.

St. laeta. Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 95 (fide specim. commun. — ex parte)!
St. Edwardsii. Hook. l. c. — Lusus angustifolius!
St. stricta. Turcz. *in litt.* ad Ledeb.! et Besser!

„ *2.* Cauliculi pubescentes laxiusculi v. stricti pollicares digitales ac longiores, folia speciminum majorum remota ovata v. ovato-lanceolata plerumque patula, calycis laciniae saepe obtusae ciliolatae.

St. Edwardsii. R. Br. *Fl. ins. Melville.* CCLXXI. var. *a.*! — Ej. *Vermischt. Schrift. I*, p. 381. 451. 486. — Chamiss. et Schlecht. *in Linnaea I*, p. 49. Forma 2. — Hook. l. c. t. 31! — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage* p. 122.
St. longipes var. *ε.* Torr. et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 185 (ex parte).

„ *3.* Cauliculi folia et calyces lusus 2. ast glaberrimi, herba modo laeta, modo obscure virens, modo glauca.

Synon. praecedentis.

„ *4.* Herba glaberrima plerumque eximie glauca pollicaris v. digitalis, cauliculi stricti 1—3flori, folia confertissima ut plurimum lineari- v. anguste ovato-lanceolata.

St. laeta. Richards. *app.* Frankl. *journ. ed.* 2. p. 16. — Hook. *Fl. bor. am. I*, 96! (ex parte ad lus. nostrum 1.)

Hab. in Sibiriae baikalensi ad Monda inque Davuriae rupestribus subalpinis! (Turcz. — Lus. 1.), in terra Tschuktschorum ad sin. St. Laurentii! (Chamiss., Eschscholtz, Mertens, Choris. — Lus. 2 et 3), insula Unalaschka! (Mertens. — Lus. 3) inque America arctica ad sinum Schischmaref! (Chamiss., Eschscholtz. — Lus. 2 et 3) et Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn. — Lus. 2 et 3). ♃.

δ. elegans: glaberrima glauca, cauliculis elongatis plerumque 5—15floris, cyma longe pedunculata, bracteis (infimo pari quandoque foliaceo) scariosis, foliis remotis oblongo- v. lineari-lanceolatis plerumque patulis.

St. glauca. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 242 (ex parte).

Hab. in Davuria! (TURCZ.) et Sibiria orientali! (STELLER *in herb. Acad. petropol.*) inter Wiluisk et Olekminsk! (KRUHSE *in herb.* LEDEB.). ♃.

Species admodum polymorpha, regionibus arcticis et borealibus Asiae et Americae propria, varietatibus α. et δ. St. glaucae, varietatibus β. et γ. St. floridae ac davuricae proxima, ab omnibus pedicellis semper erectis, nunquam incurvo-patentibus, capsula fusca ac seminibus laevissimis distincta.

16. *St. davurica* (WILLD. *herb.* ex SCHLECHTEND. *im Berl. Magaz.* 1816, p. 195) caesia v. virens tota v. passim villosa pubescens v. glabra, caudiculis ramosissimis humifusis, cauliculis polyphyllis adscendentibus, foliis lineari-lanceolatis; infimis quandoque ovatis rigidulis saepe subfalcatis confertis, cyma terminali 4—10flora patente, bracteis semiscariosis v. scarioso-marginatis, pedicellis post anthesin patentissimis, calycis laciniis ovatis v. ovato-lanceolatis corolla subbrevioribus, petalis subbipartitis: laciniis oblongo-linearibus, capsula oblonga calyce subduplo longiore straminea, seminibus dorso papilloso-granulatis ferrugineo-fuscis.

α. *villosa:* cauliculis foliisque pube confervoidea plus minusve densa villosis, calycibus pubescentibus v. glabris.

Lusus 1. Herba caesia dense villosa, cauliculis plerumque digitalibus, foliis confertissimis.

St. falcata β. caesia. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 243!
St. eriantha. TURCZ. *in herb.* LEDEB.! et BESSER!

Lusus 2. Herba virens plus minusve villosa, praecedenti caeterum simillima

St. falcata. SER. in DEC. *Prodr. I*, p. 398 (fide specim. PATRIN. in herb. DELESS. visi)!
St. velutina. SER. l. c. p. 397 (Fere indubitanter).
St. mollis. FISCH. *msc.* ex SER. l. c.

Hab. in Sibiriae baikalensis arenosis littoribus lacus Baikal pr. Possotnoi! (PATRIN, TURCZ. — Lus. 2.) inque sabulosis ins. Olchon! (TURCZ. Lus. 1.). ♃.

β. *glabrata*: cauliculis inferne v. passim puberulis v. laevissimis, foliis calycibusque glabris ad oras plerumque ciliatis.

Lusus 1. Herba plerumque virescens, caules puberuli.

St. davurica. WILLD. *herb. l. c.!*
St. dahurica. SER. in DEC. *Prodr. I*, p. 399.
St.? Frieseana. TURCZ. *msc. in herb.* LEDEB.! et BESSER!

Lusus 2. Herba saepe glauca, caules plerumque diffusi elongati adscendentes glaberrimi.

St. glauca. TURCZ. *msc. in herb.* LEDEB.!

Hab. in Sibiria altaica! (GEBLER *in herb.* LEDEB. — Lus. 2. glaucus) et baikalensi pr. Noryn-Choroi! (TURCZ. Lus. 1.) inque glareosis Davuriae! (WILLD., TURCZ. — Lus. 2.). ♃.

Species inter praecedentem et glaucam mediante varietate β. media, ab utrisque simillimis staminum indole diversa. A praecedentis varietate δ. pedicellis post anthesin patentibus foliisque plurimis ad oras ciliatis, a St. glauca, neglectis seminibus, aegerrime bracteis

infimis subherbaceis, imo foliaceis, cum foliis ad oras plerumque ciliatis caulibusque longe humilioribus flaccidis distinguenda.

17. *St. imbricata* (Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 159) glaberrima virens. caudiculis proserpentibus ramosis, cauliculis simplicibus erectis abbreviatis, foliis oblongo-linearibus sive lanceolatis crassiusculis erectis confertis, cyma terminali 1—4flora breve pedunculata, bracteis ovatis obtusis scariosis ad oras cum foliis haud ciliatis, pedicellis post anthesin patentibus abbreviatis, calycis laciniis ovatis semiscariosis, petalis bipartitis calyce sublongioribus: laciniis ovato-oblongis, seminibus . . . . . .

St. imbricata. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 419! — Bunge. *Enum. alt.* p. 26. (35)!

Hab. in Sibiria altaica in insulis fl. Tschuja ad ostium rivuli Kurai jacentibus! (Fl. alt.). ♃.

Species ulterius examinanda, praecedenti (cujus facile varietas pumila), glaucae nec non gramineae affinis, cauliculis digitalibus ac brevioribus, foliis crassis confertis, cyma breve pedunculata depauperata, bracteis haud ciliatis ac floribus sat magnis a St. graminea facillime distinguenda.

18. *St. discolor* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 241) glaberrima multicaulis, cauliculis elongatis adscendentibus simplicissimis, foliis remotis demum patentibus oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis v. acutiusculis reticulato-venosis crassiusculis supra glaucescentibus subtus caesiis, cyma terminali cumque ramo axillari sterili elongata multiflora scarioso-bracteata, pedunculo pedicellisque elongatis post anthesin incurvo-patentibus, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis corolla subbrevioribus, petalis subbipartitis: laciniis linearibus obtusis, capsula . . . . ., seminibus . . . . .

Hab. in Davuria ad radices rupium pr. Schilkinskoi-Sawod ad fl. Schilka! (Turczaninow). ♃.

Species facie insignis, characteribus melioribus ulterius stabilienda, datis vix ac ne vix a St. glauca distinguenda.

19. *St. glauca* (Withering. *Arrang. I*, p. 420) glaberrima glauca v. laete viridis, caudiculis radicantibus, cauliculis elongatis adscendentibus v. erectis nunquam diffusis simplicibus v. virgato-ramosis, foliis lineari-lanceolatis v. anguste linearibus strictiusculis acutis, cyma terminali cum ramo axillari elongata pauci-multiflora, pedicellis post anthesin patentissimis subincurvis, bracteis scariosis ad oras laevissimis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acuminatis corolla $\frac{1}{3}$—2plo brevioribus, petalis bipartitis: laciniis obovato oblongis v. cuneato-linearibus, capsula oblonga calycem subsuperante haud colorata, seminibus castaneis grosse rugoso-granulatis.

a. communis: eximie glauca, foliis lineari-lanceolatis; inferioribus quandoque oblongis, majoribus $1\frac{1}{2}$—3 lin. latis, petalorum laciniis plerumque obovato-oblongis v. late cuneato-linearibus.

Lusus 1. Caules simplices v. coarctato-virgato-ramosi, folia stricta erecta v. patula, plurima $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ poll. longa.

„ 2. Caules debiles elongati: ramis virgatis patulis laxis, folia majora ut plurimum patentia, imo laxe divaricata, pleraque $1\frac{1}{2}$ poll. longa.

St. glauca. DEC. *Prodr. I*, p. 397. — LONDES *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. I*, p. 282. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 32. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 157! — EICHW. *Skizze.* p. 133! — WEINM. *Fl. petropol.* p. 47! — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 242! — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 161! — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 707.

St. palustris. RETZ. *Fl. ined. Prodr.* p. 106. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 135. — MART. *Fl mosq.* p. 79. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 47. — BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 529. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 140.

St. grandiflora. var. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 151. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 293.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ.)], media [Petropoli! (WEINM.), ins. Osilia (LUCE), Livonia! (LEDEB.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia! (BESSER, EICHWALD), Mosqua (LONDES, MART.), Kursk (HÖFFT.), Slatoust (NESTEROFSKY)] et australi [Kiew (TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia! (BESSER, EICHW.)] in Sibiria altaica! (FL. ALT. — Lus. 1.), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*) et baikalensi in subalpinis inter Alsan et Temnik! TURCZ. — Lus. 2.) inque Davuria! (TURCZ., KRUHSE). ♃.

β. virens: laete viridis, foliis linearibus ac lineari-subulatis $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ lin. latis, petalorum laciniis angustis lineari-ligulatis.

Lusus 1. Caules erecti simplices v. coarctato-virgato-ramosi, folia omnia erecta, plurima $\frac{1}{2}$—1pollicaria.

„ 2. Caules debiles elongati ramis laxe patentibus v. pendulis, folia inferiora, nunc media, nunc superiora majora patentissima v. reflexa, pleraque 1—2pollicaria.

St. Laxmanni. FISCHER ex DEC. *Prodr. I*, p. 397! — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 158! — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 423!
St. glauca. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 167!
St. graminea? HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 232!
Alsine floribus gramineis, petalis bipartitis. GMELIN. *Fl. sib. IV*, p. 145. t. 61. f. 2 (excl. synon.).

Hab. in provinciis caucasicis [territor. Elisabethpol! inque m. Sarial! alt. 750—850 hexap. (HOHENACKER), in Sibiria altaica! (FL. ALT.) et baikalensi! (STELLER *in herb. Acad. petropol.*, J. G. GMEL., PATRIN). ♃.

Utraeque varietates nonnisi colore, latitudine foliorum et habitu strictiore in illa, teneriore in ultima haud facile semper distinguendae, quandoque ludunt floribus alaribus (1—4) sparsis, cymae pedunculis in ramos foliosos steriles mutatis.

[An hujus loci?:

St. stricta (C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 707) caule debili erecto asperato, foliis (basi tandum) margine asperatis, sepalis trinerviis, petalis ad basin usque bifidis subaequalibus.

Hab. in Armenia montosa.

Accedit ad St. peduncularem BUNGE et Laxmanni FISCHER, sed hae species caule glabro, petalis majoribus et sepalis ciliolatis differunt (C. KOCH l. c.) — L.]

20. *St. brachypetala* (BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 161) glaberrima, caudiculis prostratis ramosis, cauliculis adscendentibus v. erectis, foliis lanceolatis v. linearibus patentibus erectisve acutis, cyma terminali cum ramo axillari fasciculari v. elongato 3—∞flora coarctato-paniculaeformi, pedicellis calyce 2—4plo longioribus, post anthesin subincurvo-patentibus, bracteis scariosis nitidis linearibus attenuatis

ad oras cum calycis laciniis linearibus longe acuminatis semiscariosis haud ciliatis, petalis bipartitis calyce $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ brevioribus: laciniis anguste linearibus, capsula . . . ., seminibus . . . .

α. procumbens [Bunge. *Enum. alt.* p. 26. (35)] humilis, caudiculis dense foliosis adscendentibus digitalibus 3—10floris.

St. brachypetala. Bunge *in Fl. alt. l. c.!* — Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 410!

β. erecta (Bunge. *Enum. l. c.!*) cauliculis strictis erectis remote foliosis palmaribus et altioribus, cyma longe pedunculata ∞flora.

Hab. in Sibiriae altaicae deserto edito, Kuraicum dicto, nec non in subsalsis ad fl. Tschuja! (Fl. alt.). ♃?

Species sequenti nimis affinis, foliis bracteis calycibusque ad oras minime ciliatis, ultimis magis scariosis majoribus, laciniis simul angustioribus pro tempore distinguenda.

21. *St. graminea* (L. Sp. 604. *α.*) erecta v. diffusa, cauliculis glaberrimis, foliis omnibus linearibus basi sublatiore sessilibus v. majoribus lanceolatis acutis utrinque glaberrimis ad oras basi plerumque subciliatis, cyma terminali multiflora effusa rarissime conferta glaberrima ramulo axillari folioso nullo v. obsoleto parumve elongato stipata, bracteis scariosis; omnibus v. plurimis ad oras ciliatis, pedicellis post anthesin divaricatis, calycis laciniis ovato- v. oblongo-lanceolatis acuminatis glaberrimis; externis saepissime ciliolatis, petalis bipartitis calycem aequantibus v. subdimidio longioribus: lobis linearibus, capsula oblonga calyce sesquilongiore, seminibus distinctissime daedaleo-rugosis.

α. linearis: foliis omnibus angustius latiusve linearibus; majoribus basi plerumque latioribus; minoribus saepe subulatis; siccis margine plerumque revolutis.

Lusus 1. Cauliculi strictiusculi erecti, cymae flores plerumque confertiores.

St. subulata. Böber in Willd. *herb.* ex Schlechtend. *in Berl. Magaz.* 1816. p. 195! — Dec. *Prodr. I*, p. 399. — Besser. *Enum.* p. 46. Nr. 1415. — Id. *in Flora 1832, II. Beibl.* p. 35. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 71. 86. — Eichw. *Skizze.* p. 173.

Lusus 2. Cauliculi debiles adscendentes, cymae flores plerumque effusi.

St. graminea. L. l. c. — Dec. *Prodr. I*, p. 397. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 70. — Georgi. *It. I*, p. 215. — Fisch. *Livl.* p. 232. — Lepech. *It. III*, p. 52. 73. — Falk. *Beitr. II*, p. 180! — Güldenst. *It. I*, p. 110. 192. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 300. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 977. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 342. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 134. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 124. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 47. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 528! — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 32. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 159! — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 221! — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 187. — Eichw. *Skizze.* p. 173. — Ej. *casp. cauc.* p. 28. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 176. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 260. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 46! — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 239! — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 161. — Wirzén. *Casan.* Nr. 94. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 166. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 707.

St. grandiflora. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 151. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 293.

St. graminifolia. Lepech. *It. III*, p. 38. — Güldenst. *It. II*, p. 155? 187?

St. paniculata. Pall. *Ind. Taur.*

St. arvensis. Mart. *Fl. mosq.* p. 79.

St. longifolia. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 240 (teste cl. auct. in litt. ad Ledeb.)

Alsine pratensis etc. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 11.

β. lanceolata: foliis omnibus v. caulinis majoribus distincte lanceolatis; minoribus linearibus, cauliculis plerumque elongatis debilibus, cyma flaccidissima effusa.

Hab. utraeque varietates in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia (Wahlenb., Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz.)], media (Falk.) [Petropoli! (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), Livonia! (Fischer, Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilibert, Jundz.), Warsawia (Erndt.), Volhynia! (Besser, Eichwald), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia! (Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst., Henning), ad Tanain (Güldenst., Henning) et Wolgam ubique (Claus)] in Tauria (Pall.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ad fl. Terek (Güldenst.), in Caucaso occidentali, alt. 400—1100 hexap.! (C. A. Meyer), Kachetia et Somchetia (Eichw.)], in Sibiria (Böber?) uralensi septentrionali (Lepech.), altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*) et baikalensi (Georgi, Turcz.) inque Davuria (Turcz.). ♃. — In siccioribus var. *α.*, in graminosis humidioribus, umbrosis et regionibus subalpinis var. *β.* frequentius occurrit.

Utrarumque varietatum specimina sexu masculo pollentia grandiflora, sexu femineo praevalente parviflora deprehendes.

22. *St. longifolia* (Mühlenb. in Willd. *Enum. h. berol.* p. 679!) multicaulis, cauliculis debilibus, angulis scabris, rarissime laevibus, foliis linearibus v. lineari-lanceolatis glabris basi plerumque ciliata angustatis margine scabris, cyma pedunculata terminali alari v. ramo axillari sterili nimis elongato facie axillari, bracteolis scariosis, pedicellis post anthesin subincurvo-deflexis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis corollam aequantibus subaequantibusve v. subsuperantibus, petalis bipartitis: laciniis linearibus, capsula ovoideo-oblonga calyce subduplo longiore demum badia, seminibus nitidis laevibus.

Lusus 1. Cauliculi flaccidissime elongati, folia maxima $1\frac{1}{2}$—2 poll. longa ac $1\frac{2}{3}$—3 lin. lata; paucissima v. nulla in axillis fasciculifera, corolla plerumque calyce sublongior.

„ *2.* Cauliculi flaccidissimi elongati, folia maxima vix $1\frac{1}{2}$ lin. lata, axillis pluribus fasciculiferis.

„ *3.* Cauliculi digitales v. palmares strictiusculi, folia anguste linearia, axillis plurimis fasciculiferis.

St. longifolia. Dec. *Prodr. I*, p. 400! — Fries. *Novit. Fl. suec. ed. I*, p. 49! — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 94! — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage*. p. 122. — Bongard *de Veget. ins. Sitcha.* p. 126. — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 185.

St. Friesiana. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 397. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 174!

St. mosquensis. M. a Bieb. in Willd. *herb.* ex Schlechtend. *in Berl. Magaz.* 1816. p. 195! — Dec. *Prodr. I*, p. 399.

St. diffusa. Willd. *herb.* ex Schlechtend. l. c.! — Dec. *Prodr. l. c.!*

St. graminea. Chamisso. et Schlechtend. *in Linnaea I*, p. 50 (quoad specimina unalaschcensia).

St. tenella. M. a Bieb. *msc. in herb. Acad. petropol.!*

Spergulastrum gramineum. Mich. *Fl. bor. am. I*, p. 276! — Dec. *Prodr. I*, p. 422.

Micropetalum gramineum. Pers. *Syn. I*, p. 509.

Hab. in Rossia media [circa Petropolin! (Weinm., C. A. Meyer), Mosquam! et Murom! (M. a Bieb.), in gub. Orenburg pr. Slatoust! (Nesterofsky)] et Sibiria (Steller, Böber) uralensi in regione montium Ilmensium (Lessing), baikalensi! (Adams *in herb. Acad. petropol.*, Patrin *in herb. Deless.*) et orientali ad Lenam fl.! (Adams *in herb. Acad. petropol.*),

in insulis Unalaschka! (CHAMISSO) et Sitcha! (MERTENS ex BONGARD) inque plaga arctica Americae boreali-occidentalis ad sinum Kotzebue (BEECHEY ex HOOK. et ARN.). ♃.

23. *St. uliginosa* (MURREY *Comment. goetting.* 1770. p. 55) glabra multicaulis, cauliculis erectis diffusisve debilibus laevissimis, foliis lanceolatis oblongisve acutis v. obtusiusculis basi saepe ciliatis, cymis axillaribus alaribus v. terminalibus solitariis v. in caule pluribus sessilibus quandoque pedunculatis squarrosis scarioso-bracteatis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acutis corollam subsuperantibus ramis aequantibus, petalis bipartitis: lobis anguste linearibus, capsula ovoidea calycem aequante, seminibus granulatis.

α. *planifolia:* foliis margine planis, nec undulatis, nec crispatis.

Lusus 1. Cauliculi flaccidissimi ramosi plerumque elongati multiflori.

„ 2. Cauliculi subsimplices erecti parum elongati, cyma plerumque terminali pauciflora.

St. uliginosa. MART. *Fl. mosq.* p. 79. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 47. — BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 530! — EICHW. *Skisse.* p. 173. — FLEISCHER et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 161.
St. aquatica. POLL. *Palat.* p. 422. — DEC. *Prodr. I*, p. 398. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 32. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 221! — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 246.
St. Alsine. HOFFM. *Fl. germ. I*, p. 153. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 135. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 156! — WEINM. *Fl. petropol.* p. 46!
St. breviflora. GILIBERT. *Fl. lithuan. V*, p. 151. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 294.
St. Dilleniana. LUCÉ. *Fl. osil.* p. 140.
Larbrea aquatica. St. HIL. *mem. plac. lib.* 81. — DEC. *Prodr. III*, p. 366. — HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 93! — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 89.
Alsine foliis ex elliptico-acuminatis, petalis bipartitis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 152. Nr. 56.

β. *undulata*: foliis margine undulatis v. crispatis.

St. undulata. THUNB. *Fl. japon.* p. 185!

Hab. in uliginosis, inundatis, ad rivulos Rossiae septentrionalis [Fennia (PRYTZ.)]. media [Petropoli! (WEINM.), ins. Osilia (LUCÉ), Curonia! (FLEISCHER et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia! (BESSER, EICHW.), Mosqua (MART.), Kursk (HÖFFT.), Kasan (WIRZÉN)] et australi [Podolia (EICHW.)], in Caucaso occidentali, alt. 800 hexap.! (C. A. MEYER) omni Sibiria (J. G. GMEL.) altaica! (FL. ALT.), baikalensi et Davuria (TURCZ.) inque plaga arctica Americae boreali-occidentalis! (UWAROFF *in herb. Acad. petropol.*). ⊙. — Varietas β. rarior.

24. *St. irrigua* (BUNGE *Enum. alt.* p. 26. [35]!) glabra, caudiculis tenellis radicantibus, cauliculis pumilis simplicibus, foliis ovato-oblongis oblongisve obtusis, axillis haud fasciculiferis, cyma subterminali subsessili confertissime 3—7flora scarioso-bracteata, bracteolis pedicellisque demum reflexis calyce 2—3plo longioribus glaberrimis, calyce laciniis ovato-lanceolatis acutis, petalis microscopicis ($\frac{1}{4}$ lin. longis) bipartitis: laciniis setaceis, staminibus 10 calycem subaequantibus, capsula . . . . .

Hab. in Sibiriae altaicae muscosis humidis scaturiginum alpium summarum ad fl. Tschuja! (BUNGE). ♃. (verosimilius quam ⊙).

Praecedentis facile varietas pumila, cryptopetala. Tota vix pollice major.

25. *St. umbellata* (TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 245) glabra, caudiculis plurimis tenellis ramosis radicantibus, cauliculis geniculato-adscendentibus erectisve simplicissimis, foliis ellipticis v. oblongis lanceolatisve acutis basi quandoque subciliatis, axillis haud fasciculiferis, cyma terminali elongato-pedunculata umbelliformi simplici v. 1—3radiato-composita 1—8flora, bracteolis pluribus congestis scariosis; pedicellis elongatis post anthesin varie patentibus v. refractis, calycis laciniis ovato-lanceolatis, corolla nulla, staminibus 10, capsula oblonga calyce demum 2—2½plo longiore, seminibus laevissimis.

Hab. in alpe Nuchu-Daban Sibiriae baikalensis! (TURCZ.). ♃?

Species singularis, tenella, digitalis ac minor, habitu fere Holostei umbellati; St. scapigerae ex inflorescentia umbellata, minime vero ex reliquis affinis, praecedenti proxima.

Subgenus. *Adenonema.* BUNGE. *Enum. alt.* p. 26. (36). Calyx 5partitus. Petala calyce multo breviora, minutissima, bifida v. bipartita. Stamina 10, perigyna. Disci perigyni glandulis staminiferis elongatis. Ovarium pluriovulatum. Styli 3. Capsula 1—2sperma. — Suffruticuli dense v. pulvinatim caespitosi, in Asia arctica, alpibus altaicis et peruanis crescentes; foliis confertissime imbricatis, late subulato-triquetris, oblongis v. linearibus, rarius remotis, floribus sessilibus v. breve pedicellatis, plerumque solitariis, rarius pluribus congestis, in cymas terminales bracteolatas dispositis.

26. *St. petraea* (BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 160) multicaulis elongata v. pumila dense caespitans, foliis linearibus v. lanceolatis remotis v. confertissimis fasciculatis imbricatisve distincte v. obsolete marginato-trinerviis glabris v. puberulis, cyma 1—12flora terminali subsessili v. pedunculata, pedicellis longitudine variis, calycis laciniis semiscariosis oblongis v. lanceolatis acutis, corolla ⅓—⅔ longioribus, disci glandulis apice truncatis.

α. vegeta: caudiculis cauliculisque elongatis pube confervoidea villosulis, foliis subradicalibus subspathulato- v. cuneato-linearibus; reliquis anguste linearibus basi attenuatis elongatis, axillis fasciculiferis, cyma longe pedunculata multiflora.

Adenonema petraeum γ. fasciculatum. BUNGE. *Enum. alt.* p. 27. (37) (excl. synon. FISCHER!)
Cherleria sedoides β. vegeta. TURCZ. *msc.!*
Cherleria bipartita β. fasciculata. TURCZ. *msc. in herb.* LEDEB. ex parte!
Hab. in lapidosis Sibiriae transbaikalensis ad fontem acidulum Pogromeczensem! (BASSIN ex TURCZ. *in herb.* LEDEB.) inque collibus Davuriae circa fodinas pr. Nertschinsk! (PATRIN *in herb.* DELESSERT). ♃.

β. tenuifolia: humilis caespitans, cauliculis confertifoliis dense villosulis, foliis lineari-subulatis obsolete trinerviis; axillaribus congesto-fasciculatis plerumque incurvis.

Lusus 1. Cauliculi 1½—2unciales, cyma distincte pedunculata confertim 5—10-flora.

Cherleria bipartita β. fasciculata. TURCZ. *msc. in herb.* LEDEB. ex parte!
Stellaria davurica. SPRENG. *Syst. Veg. II*, p. 398.
Stellaria borealis. M. a BIEB. *herb.! nunc Acad. petropol.*

Stellaria pumila. FENZL. *Verbr. d. Alsin. in tabula synoptica ad* p. 18, ac herb. Mus. vindobon.!
Stellaria exigua. STEPHAN. herb. fide schedul. Bieberstein.
Arenaria Cherleriae *β*. fasciculata. FISCHER in DEC. *Prodr. I*, p. 409!
Cherleria sedoides. PATRIN. *in herb.* DELESS.!

Lusus 2. Cauliculi subnulli v. vix pollicares, folia confertissima congesto-fascisulata, cyma subsessili 1—3flora.

Adenonema petraeum *β*. Cherleriae. BUNGE. *Enum. l. c.!* — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 249 (ex parte ad lusum praecedentem)!
Arenaria Cherleriae *α*. uniflora. FISCH. l. c.!
Cherleria bipartita *α*. uniflora. TURCZ. *msc. in herb.* LEDEB.!
Cherleria sedoides. PALL. *It. III*, p. 210. — GEORGI. *It. I*, p. 216. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 980 (emendata patria „Tauria" in „Davuria").

Hab. in rupestribus et saxosis Sibiriae baikalensis! et transbaikalensis pr. Selenginsk et Graedina (GEORGI, TURCZ.), Davuria (PALL.) et Sibiria orientali (MERCK fide M. a BIEB.). ♃.

γ. imbricata: dense caespitans, cauliculis imbricato-foliatis nudis v. linea decurrente utrinque puberulis, foliis rigidis lanceolatis v. lanceolato-linearibus incrassato-marginatis trinerviis, cyma sessili v. brevissime pedunculata 1—3flora.

Adenonema petraeum *α*. alpinum. BUNGE. *Enum. l. c.* excl. synon. M. a BIEB. et STEPHAN!
Stellaria petraea. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. l. c.!* — LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 401!

Hab. in Sibiriae altaicae asperis, rupestribus et petraeis summarum alpium Ulbensium et fl. Tschuja adjacentium! (FL. ALT.). ♃.

Varietas *α*. in var. *β*. mediante lusu 1, haec in var. *γ*. mediante lusu 2, insensiliter transeunt.

27. *St. dicranoides* (FENZL. *Alsin. gen. et spec. msc.*) glaberrima pulvinatim caespitans, caudiculis clavatis imbricato-foliosissimis, cauliculis nullis, foliis subspathulato-oblongis sive lanceolatis basi attenuata vaginantibus subcarinatis enerviis carnosulis adpressis; emortuis diaphanis persistentibus, floribus solitariis terminalibus brevissime pedicellatis, calycis laciniis oblongo-lanceolatis petala semibifida $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ superantibus.

Cherleria dicranoides. CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 63!

Hab. in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ). ♃.

Quid?: *Stellaria biflora.* S. G. GMEL. *It. II*, p. 197. — In deserto astrachanensi (S. G. GMEL.).
„ *geniculata.* GÜLDENST. *It. I*, p. 192. — Ad fl. Terek (GÜLDENSTÄDT).
„ *magna.* GÜLDENST. *It. I*, p. 427. — In Imeretia (GÜLDENST.).

Subtribus II. Cerastieae. FENZL *in* ENDLICHER. *gen.* p. 969.

Styli 5, rarissime 4 v. 3, calycis laciniis oppositi. Capsula cylindrica v. cylindrico-conica, recta v. incurva, duplo stylorum numero dentibus dehiscens.

160. Cerastium. L.

Fenzl in Endlich. *gen.* p. 970.

Calyx 5-rarissime 4-partitus: laciniis herbaceis; fructiferis adpressis. Petala 5 v. 4, subhypogyna, obcordata, obovato-cuneata v. oblonga, profunde emarginata v. rarius retusa, rarissime integerrima v. laciniata. Stamina 10 v. 8, rarius 5 v. 4, subhypogyna; filamenta subulata v. setacea, libera; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium sessile, uniloculare. Ovula plurima, columellae centrali liberae elongatae inserta, amphitropa. Stigmata 5, rarius 4 v. 3, filiformia, calycis laciniis opposita. Capsula membranacea, cylindrica v. cylindrico-conica, recta v. incurva, calyce longior v. rarissime brevior, duplo stigmatum numero in dentes apice circinatim v. margine revolutos, erectos v. planos, in conum conniventes dehiscens. Semina plurima, globulosa, reniformia v. angulato-compressa, granulata, tuberculata v. papilloso-muricata: umbilico estrophiolato. Embryo annularis, albumen farinaceum includens; cotyledonibus incumbentibus.

Subgenus I. Dichodon. Bartl.

Petala profunde emarginata. Styli 3, interdum 4 v. 5. Capsula rectiuscula v. incurva, calyce longior, dentibus margine subrevolutis erectis v. patulis dehiscens. — Herbae annuae v. perennes, glabriusculae v. glanduloso-puberulae, pauci- v. multiflorae.

1. *C. trigynum* (Vill. *Dauph. II*, p. 645 t. 46) perenne laxe caespitans glabrum v. glanduloso-pubescens, caudiculis radicantibus, foliis linearibus lanceolatis oblongisve carnosulis, cyma terminali patula 1—12-flora, pedicellis post anthesin deflexis, petalis obcordatis profunde emarginatis calyce $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$plo longioribus cum staminibus glabris, capsula calyce duplo longiore recta, dentibus demum patulis.

α. grandiflorum: petalis late obcordatis speciosis calyce 2—$2\frac{1}{2}$plo longioribus, foliis utrinque marginibusque glaberrimis, pedicellis puberulis (speciminum cultorum cum calycibus glaberrimis).

C. elegans. Fisch. ex Dec. *Prodr. I*, p. 400 sub Nr. 55.
C. rupestre. Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 417 (fide Grenier, *Monogr. Cerast.* p. 65).
Stellaria cerastioides *α.* elegans. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 155! excl. synon. Wulf. et Willd. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 247. — Georgi. *It. I*, p. 215. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 221.
Stellaria elegans. Ser. in Dec. *Prodr. l. c.*
Stellaria glareosa. Turcz. *msc. in herb. Acad. petropol.*

Lusus 1. Folia majora cuncta linearia, saepe subsecunda v. subfalcata.
Stellaria cerastioides *β.* aquatica. C. A. Meyer *l. c.* et *in herb. acad. petrop.!*

„ *2.* Folia majora plurima oblonga v. lanceolato-linearia, plerumque recta, crassa.

„ *3.* Caudiculi longe proserpentes, cauliculi cum foliis abbreviati, foliolorum fasciculi axillares copiosissimi glomeriformes.
Stellaria cerastioides *α.* terrestris. C. A. Meyer *l. c.* et *in herb. acad. petropol.*

Hab. in alpibus caucasicis alt. 1150—1550 hexap. (C. A. Meyer. Lus. 1 et 2)! in alpe Kasbek (C. A. Meyer. Lus. 3)! et Sibiriae altaicae humidiusculis

subalpinis! (Ledeb., Bunge, Salessow et Schangin in herb. Acad. petropol. — Lus. 1 et 2), baikalensi et Davuria, ad torrentem Sniegnaja in glareosis! (Georgi, Turcz. — Lus. 1 et 2), ad profluvia aquae nivalis supra Tschala (Fischer). ♃.

β. glandulosum: totum glanduloso-pubescens, petalis late obcordatis calyce 2—2½plo longioribus.

Lusus 1. Cauliculi plerumque palmares flaccidissimi cum foliis pubescentes.
Stellaria cerastoides δ. flaccida. Bunge in Ledeb. *Fl. alt. l. c.*
Cerastium Gebleri. *Herb.* Besser!

„ 2. Cauliculi plerumque digitales erecti simplicissimi cum foliis tenue pubescentes.
Stellaria cerastoides γ. erecta. Bunge l. c.

„ 3. Cauliculi plerumque digitales adscendentes v. erecti cum foliis densissime glanduloso-pubescentes.
Stellaria cerastoides β. adscendens. Bunge l. c.

Hab. in Sibiriae altaicae subalpinis et alpinis, ad nives deliquescentes! (Ledeb., Bunge, Gebler). ♃.

γ. parviflorum: foliis utrinque glabris basi quandoque subciliatis, petalis obcordato-oblongis calyce 1½—1⅔ longioribus.

Lusus 1. Cauliculi plerumque digitales ac longiores 2—5flori, calyx 2½—3 lin. longus.

„ 2. Cauliculi 1—2pollicares 1—2flori, calyx 1½—2 lin. longus.
Stellaria cerastoides. L. Spec. 604. — Dec. *Prodr. I*, p. 398. — Pall. *It. II*, p. 225. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 186. — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 188.
Stellaria multicaulis. Willd. *Spec. pl. II*, p. 714.
Cerastium stellarioides. Hartm. *Skand. Fl.* p. 181.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola! (Fellm.) et Lapponia pr. Gawrilowa! (Fellm., Schrenk)] et septentrionali [Finnlandia (Schrenk *in litt.*)], in provinciis caucasicis [Iberia pr. Tschela! (Güldenst. *in herb. Acad. petropol.*)] et Sibiria uralensi (Pall.). ♃.

2. *C. anomalum* (Waldst. et Kit. *pl. rar. Hungar. I*, p. 21 t. 22) annuum glanduloso-pubescens, cauliculis simplicibus v. a basi ramosis in cymam foliaceo-bracteatam 2—∞ floram solutis, foliis radicalibus caulinisque inferioribus spathulato-lanceolatis basi attenuatis v. cum reliquis linearibus, pedicellis erectis longitudine variis, calycis laciniis oblongo-lanceolatis linearibusve obtusis, petalis obcordato-oblongis subsemibifidis calyce ⅓—1½ longioribus, capsula recta calyce 1½—2plo exserta: dentibus erectis.

C. anomalum. Henning *in Mem. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 71.
Stellaria viscida. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 342; *III*, p. 307. — Dec. *Prodr. I*, p. 397. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 221. — Eichw. *casp. cauc.* p. 2. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 232.
Stellaria sabulosa. Fisch. in Dec. *Prodr. I*, p. 397.

Lusus 1. Caulis solitarius v. plures simplicissimi stricti v. adscendentes recti digitales ac palmares.

„ 2. Caules plures a basi plus minusve ramosi plerumque e basi decumbente erecti spithamaei ac sesquipedales.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (Besser), ad Tanain (Henning), pr. Astrachan! (Blum, Eichw.)], in Tauria! (M. a Bieb.) et provinc. caucasicis (M. a Bieb.) [pr. Kislar! (Steven, C. A. Meyer), Elisabethpol (Hohenack.)

et Lenkoran (Fisch. ex Dec.), in Armenia! (C. Koch)], in litt. orient. m. caspii! (Karelin). ⊙.

Subgenus II. Strephodon. Ser.

Petala incisa v. emarginata. Styli 5. Capsulae dentes apice circinato-revoluti. — Herbae annuae v. perennes, dichotome ramosae, multiflorae, rarius simplices, corymboso- v. umbellatim cymosae.

Divisio 1. *Leiopetala*. Petala cum staminibus ungue marginibusque glaberrima.

3. *C. pilosum* (Ledeb. *in Mém. de l'Acad. de St. Petersb. V*, p. 539) perenne dense pilosum, cauliculis erectis simplicissimis v. basi haud florigero ramosis superne glanduloso-pubescentibus remote foliosis, foliis oblongis lanceolatisve acutis; axillaribus nullis, cyma terminali 3—7flora patula minute subherbaceo-bracteolata, calycis laciniis ovalibus oblongisve obtusissimis, petalis obovato-cuneatis retusis v. grosse crenatis sive dentatis calyce 2—3plo longioribus, capsula calyce longe exserta subrecta nutante.

C. pilosum. Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 178 — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 351. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 263.
C. Ledebourianum. Ser. in Dec. *Prodr. I*, p. 420.
C. pauciflorum. Steven in Dec. *Prodr. I*, p. 414 (nec Fl. alt.).

Hab. in Sibiria uralensi! [pr. Slatoust! (Lessing, Nesterofsky), in Baschkiria? (fide specim. a Stevenio commun. in herb. Acad. petropol.!)] altaica! (Steller, Schangin ex Georgi, Gebler, Fl. alt.) et baikalensi! (Turczaninow). ♃.

4. *C. obtusifolium* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 175) perenne stoloniferum basi glaberrimum apice glanduloso-puberulum, caulibus assurgentibus erectiusculisve dichotomis v. simplicibus pauci- v. multifloris, foliis lineari-oblongis obtusis apice subcallosis, petalis bilobis sepala margine membranacea obtusa duplo superantibus, seminibus muriculatis.

Hab. in Sibiriae altaicae alp. Narym. inque alpinis et subalpinis jugi Tarbagatai frequentissime (Karel. et Kiril.). ♃.

Affine C. microspermo, sed perenne et surculiferum atque semina muriculata, nec non C. falcato, ast petala biloba, folia angustiora etc. (Karel. et Kiril. l. c.).

Nescio, num recte hujus loci, num majori jure ante C. microspermum inter ciliato-petala, auctoribus circa pubescentiam v. unguiculorum corollae glabritiem silentibus, collocandum.

5. *C. falcatum* (Bunge. *Enum. alt.* p. 37 excl. synon. Ser.) perenne stoloniferum pubescens, cauliculis strictis v. e basi declinata erectis simplicibus v. inferne virgato-subramosis, foliis lanceolatis v. late linearibus acutis v. obtusis quandoque subfalcatis, cyma terminali minuta herbaceo-bracteolata 1—7flora post primam bifurcationem umbelliforme contracta, calycis laciniis oblongis ellipticisve acutis, petalis elliptico-obovatis v. oblongis integerrimis v. emarginato-rotundatis calyce 1½—2plo longioribus, capsula recta calyce parum exserta.

C. falcatum. Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 51. — Karelin et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 176.

C. lithospermifolium. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 179 (excl. synon. FISCHER, DEC. et SPRENG). — LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 433.

Lusus 1. Elatior, cauliculis spithameis ac 1½pedalibus remotifoliis.

„ *2.* Humilior, cauliculis digitalibus ac palmaribus basi praesertim confertifoliis ac subramosis.

C. lithospermifolium β. humilius. FL. ALT. l. c.

Hab. in locis humidis Sibiriae altaicae! (GEBLER, LEDEB., BUNGE, MEYER), deserti soongoro-kirghisici ad rivulum Tonsyk inque montosis pr. Arkalyk (KAREL. et KIRIL.). ♃.

6. *C. maximum* (L. SPEC. p. 629) **perenne subglanduloso-hirtum stoloniferum, cauliculis adscendentibus v. erectis simplicibus v. basi subramosis, foliis linearibus v. lanceolatis v. ovato-lanceolatis attenuatis acutis, cyma 3—12flora primitus v. post primam bifurcationem umbelliforme contracta minuta bracteolata, calycis laciniis ovalibus oblongisve obtusissimis, petalis maximis obovato-cordatis, lobis crenatis v. grosse dentatis, calyce 1½—3plo longioribus, capsula recta calyce parum (?) exserta.**

Lusus 1. Folia cuncta v. plurima linearia v. lanceolato-linearia longe attenuata margine saepe revoluta.

„ *2.* Folia cuncta v. plurima late lanceolata ac ovato-lanceolata plana.

C. maximum. DEC. *Prodr. I*, p. 415. — GEORGI *It. I*, p. 216. — CHAMISSO et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 60. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 177. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 424. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 265.

Alsine Cerastium foliis lanceolatis scabris, petalis crenatis, capsulis subglobosis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 150. Nr. 51. t. 62. f. 2.

Hab. in arvis v. sylvaticis Sibiriae altaicae! (FL. ALT.), pr. Tomsk! (TURCZ. *in litt.*), a Jenisea fl. in ulter. Sibir. (J. G. GMEL.), baikalensi pr. Irkutzk et Chotumewa! (TURCZ.) et orientali! (TILESIUS, REDOWSKY ex CHAMISS. et SCHLECHTEND.) inter Irkutzk et Wiluisk! (KRUHSE *in herb.* LEDEB.) inque insula Koraginsk! (MERTENS *in herb. acad. petropol.*). ♃.

7. *C. lithospermifolium* (FISCHER *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 81 nec FL. ALT.) **perenne incano-velutinum subglandulosum laxe decumbens, cauliculis adscendentibus subramosis polyphyllis, foliis variis; turionum plerumque lineari-lanceolatis; caulinis lanceolato in latissime ovatum ludentibus acutis, cyma uni-subquinqueflora patente foliaceo-bracteata, pedicellis elongatis post anthesin refractis, calycis laciniis oblongis acutis, petalis maximis late obovatis subemarginatis integerrimis calyce duplo longioribus, capsula recta calyce ½—2plo exserta.**

C. lithospermifolium. BUNGE. *Enum. alt* p. 37. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 262.

C. pauciflorum. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 176 (excl. synon. STEVEN). — LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 407.

Hab. in Sibiriae altaicae ad ripas fl. Tschuja (BUNGE), transbaikalensis! et Davuriae! ad fl. Tessa et lacum Kossogol (TURCZ.). ♃.

Divisio 2. *Ciliatopetala.* Petala ungue ciliato-barbata v. marginibus solum distinctius obsoletiusve basi ciliata. Stamina pubescentia v. glabra.

8. *C. Kasbek* (PARROT in ENGELH. et PARROT's *Reise in die Krim und den Kaukasus I*, p. 213; *II*, p. 88. t. 3. f. 3) **perenne villo**

confervoideo glanduloso pubescens caespitans, caudiculis gracilibus flaccidissimis, cauliculis abbreviatis in cymam foliaceo-bracteatam 1—9-floram patentem solutis, foliis cuneatis oblongis subspathulatis v. ellipticis obtusis minutis in petiolum longum attenuatis, pedicellis post anthesin divaricatis, calycis laciniis oblongis obtusis, petalis late obovato-oblongis ad trientem bifidis calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longioribus basi obsolete ciliatis, staminibus glabris, capsula recta calyce sesquilongiore, seminibus laevissimis.

C. Kasbek. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 223.

Lusus 1. Folia carnosula cum cauliculis flaccidissima, cum calycibus flavo-viridula.

„ 2. Folia firmiora cum cauliculis magis erecta subcanescentia, calycis laciniae plerumque purpureo-marginatae v. omnino coloratae.

Hab. in provinciis caucasicis [inter lapidum fragmina alpis summae Kasbek, alt. 1700—1750 hexap.! (Parrot, C. A. Meyer — Lus. 1), in mont. Ararat alt. 2000—2160 hexap.! (Parrot, Steven — Lus. 2)]. ♃.

9. *C. microspermum* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 222) annuum pube articulata subglandulosa molli pubescens, cauliculis erectis apice in cymam 3—∞floram post primam bifurcationem plerumque umbelliforme contractam herbaceo-bracteatam patentem solutis, foliis inferioribus oblongo- v. obovato-subspathulatis; superioribus oblongis v. ovatis acutiusculis v. obtusis, pedicellis elongatis post anthesin divaricatis, calycis laciniis ovato lanceolatis acutis, petalis calyce quadrante longioribus late obovatis subsemibifidis basi dense ciliatis, staminibus petalis oppositis ciliatis; alternis sublongioribus glabris, capsula recta calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longiore, seminibus minutissime ac dense granulatis ($\frac{1}{4}$ lin. vix latioribus).

C. microspermum. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 167.

Hab. in provinciis caucasicis [locis graminosis altiorum montium Talüsch, alt. 700—1000 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.). ⊙.

10. *C. armeniacum* (Grenier. *Monogr. de Cerastio.* p. 19, t. 1) annuum viscido-pubescens, cauliculis dichotome ramosis in cymam herbaceo-bracteatam multifloram patulam solutis, pedicellis fructiferis apice nutantibus nec reflexis, calycis laciniis ellipticis acutis, petalis late obcordatis calyce subduplo longioribus ungue glabris (?), staminibus villosulis, capsula curvula calyce dimidio exserta, seminibus rugulosis.

Hab. in Armenia — num rossica? (Aucher *herb. or.* Nr. 614 fide Grenier). ⊙.

11. *C. nemorale* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 317) annuum pube articulata villosum v. pilosum, cauliculis adscendentibus flaccidis in cymam plerumque effusam foliaceam multifloram solutis, foliis radicalibus parvis oblongo-spathulatis; reliquis magnis lanceolatis v. ovato-lanceolatis acutis, pedicellis calyce 2—4plo longioribus post anthesin cum flore nutante, rarius recto, reflexis, calycis laciniis ovato- v. oblongo-lanceolatis acutis, petalis late obovatis semibifidis ungue cum staminibus barbatis v. ciliatis calycem aequantibus, capsula subrecta calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longiore, seminibus ferrugineis dense tuberculatis ($\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ lin. latis).

α. glabrescens: cauliculis pedicellisque 1—2fariam dense pilosis reliqua parte subnudis, foliis utrinque pube raro adspersis ciliatis, calycibus glabris v. nervo medio pilosis.

C. caucasicum. FISCHER in DEC. *Prodr. I*, p. 414! — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 222! — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 233!
C. elongatum. M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 316! — EICHW. *Ind. cauc.* p. 29!
C. dahuricum β. holosteum. SER. in DEC. *Prodr. I*, p. 415.
C. Holosteum. FISCH. ex DEC. *Prodr. I*, p. 415 sub Nr. 6 (fide specim. auct. mecum, Bessero et Martio commun.!).
C. Holostea. HORNEM. *h. hafn.* p. 434.
C. nitens. STEVEN ex DEC. *Prodr. l. c.* sub Nr. 6 (fide specim. ab auct. commun.!).

Hab. in Rossia australi [pr. Jekaterinoslaw! (HAUPT *in herb.* LEDEB.)] et provinciis caucasicis [in nemoribus! (WILHELMS ex M. a BIEB., STEVEN), in locis humidis tractus occidentalis versus rivalum Charbis, alt. 1100 hexap.! (C. A. MEYER), Somchetiae! (EICHW.), provinc. Karabagh! (HOHENACKER)]. ⊙.

β. *villosa:* tota cum calycibus undique dense pilosa v. villosa.

C. nemorale. M. a BIEB. l. c. — DEC. *Prodr. I*, p. 414. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 221.
C. spec. indeterminata. KOCH *in Linnaea XV*, p. 709 (verosimillime).

Hab. in Rossia australi [pr. Jekaterinoslaw! (HAUPT *in herb.* LEDEB.), in deserto kumanensi! (C. A. MEYER)] inque provinciis caucasicis [in nemoribus promontorii Caucasi septentrionalis circa Stawropol, Alexandrow alibique! (M. a BIEB.), circa Maschuka! (STEVEN), Somchetia (C. KOCH)]. ⊙.

12. *C. multiflorum* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 222) bienne v. perennans subglanduloso-pubescens - v. hirsutum, cauliculis adscendenti-diffusis demum erectis in cymam foliosam confertifloram squarrosam solutis, foliis infimis minoribus lanceolatis; reliquis late ovato-lanceolatis ovatisque acuminatis, pedicellis post anthesin refractis, calycis laciniis ovato-lanceolatis acuminatis, petalis calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longioribus latissime obovatis ad trientem bifidis, ungue cum staminibus barbatis, capsula recta ampla calyce $1\frac{1}{2}$ longiore, seminibus atris striato-granulatis: granulis obtusissimis ($\frac{3}{4}$ lin. latis).

C. multiflorum. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 167.
C. frigidum. M. a BIEB. (quoad fructus ex C. A. MEYER).

Hab. in provinciis caucasicis [in subalpinis ad fl. Terek, alt. 800—1000 hexap. inque tractu orientali, alt. 1100 hexap.! (C. A. MEYER), in Somchetia! (KOCH *in litt.*), pr. Schuscha! (HOHENACK.). ⊙. ♃.

13. *C. davuricum* (FISCH. in SPRENG. *pugill. pl. min. cognit. II*, p. 65) perenne nudiusculum glaucum, cauliculis adscendentibus in cymam foliosam multifloram patulam apicibus quandoque umbelliformem solutis, foliis inferioribus angustioribus elongatis; reliquis latioribus brevioribus oblongis ovato-oblongis ovatisve obtusis, pedicellis elongatis post anthesin refractis, calycis glaberrimi laciniis ovato-oblongis acutis v. obtusis, petalis calyce $1\frac{1}{2}$—2plo majoribus late obovatis subsemibifidis ungue ciliato-barbatis, staminibus glaberrimis, capsula amplissima recta calyce $1\frac{1}{2}$—2plo exserta, seminibus atro-fuscis dense muricatis ($\frac{3}{4}$ lin. latis).

C. davuricum. DEC. *Prodr. I*, p. 415. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 177. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 222. — EICHW. *casp. cauc.* p. 29. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 264. — KARELIN et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 174. — KOCH *in Linnaea XV*, p. 708.
C. connatum. S. G. GMEL. *It. II*, p. 196? — WILLD. *herb.* Nr. 9055!
C. dichotomum. SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 93.
C. perfoliatum. FALK. *Beitr. II*, p. 182. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 86 ex parte.

Stellaria cordata. S. G. Gmel. *msc. in herb. Acad. petropol !*
Alsine Cerastium foliis connatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 148. Nr. 49. t. 62. f. 1 (excl. synon. praeter auct. Fl. ross.).

Hab. in Rossia australi [pr. Zarizyn (Falk), in collibus pr. Astrachan? (S. G. Gmel.)], provinciis caucasicis [in tractu occidentali, alt. 1000 hexap. (C. A. Meyer), Somchetia! (Eichw.), territorio Elisabethpol! (Hohenack.), in Armeniae monte Daratschatschagk (Koch *in litt.*)] inque Sibiria omni (J. G. Gmel., Stephan *in herb.* Willd.), uralensi pr. Slatoust! (Nesterofsky), altaica! (Schangin, Fl. alt.), circa mont. Tarbagatai (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk, ad lacum Baikal! inque Davuria! (Turcz.). ♃.

14. *C. Tournefortii* (Grenier *Monogr. de Cerastio*, p. 11, t. 7) annuum (?) glaberrimum glaucum, cauliculis in cymam effusam solutis, foliis lanceolato-linearibus obtusis, pedicellis elongatis cum fructu rectis horizontalibus, calycis laciniis lanceolatis acutissimis, petalis calyce longioribus profunde obcordatis ungue cum staminibus ciliatis, capsula gracili conica recta calyce duplo longiore, seminibus parvis sublaevibus.

Hab. in Armenia — an rossica? (Tournef. *in herb. Mus. paris. teste* Grenier). ⊙?

Species ex icone et discriptione cl. Grenieri mihi nota, C. chloraefolio proxima, ac hujus varietas angustifolia videtur.

15. *C. perfoliatum* (L. Spec. p. 627) annuum glaberrimum glaucum, cauliculis erectis basi quandoque virgato-ramosis, foliis radicalibus variis ellipticis imoque lanceolatis longe petiolatis; reliquis lanceolatis oblongis ovalibusve plus minusve perfoliato-connatis acutis v. obtusis, cyma herbaceo-bracteolata pauci- ∞flora demum umbelliformi, pedicellis elongatis post anthesin refractis, calycis laciniis ovalibus v. oblongis acutiusculis v. obtusis, petalis obovato-oblongis apice bilobis calycis laciniis brevioribus ac subangustioribus ungue obsoletissime pauci-ciliatis, staminibus glaberrimis, capsula calyce 2—3plove longiore recta, seminibus dense echinato-tuberculatis.

C. perfoliatum. Dec. *Prodr. I*, p. 414. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 986 ex parte. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 356; *III*, p. 316. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 221. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 167.

Hab. in Rossia australi [pr. Odessa! (Szovits, Steven)] inque provinciis caucasicis [ad fl. Terek pr. Kislar! (M. a Bieb., C. A. Meyer), pr. Helenendorf! (Hohenack.)]. ⊙.

Subgenus III. Schizodon. Fenzl. in Endlicher. *gen. l. c.*

Petala calyce breviora, apice incisa. Stigmata 5. Capsula angusta, cylindrico-conica, calyce multo longior, dentibus planis, serius valvulis linearibus, in conum conniventibus dehiscens. — Herbae annuae, dichotome ramosae, multiflorae, glanduloso-viscidae.

16. *C. dichotomum* (L. Spec. p. 628) annuum glanduloso-pubescens, cauliculis in cymam foliosam multifloram superne confertiflore corymbiformem pilosissimam solutis, foliis inferioribus angustioribus lanceolatis basi attenuatis; superioribus latioribus ovato-lanceolatis, pedicellis semper erectis, calycis haud inflati laciniis oblongis v. late lanceolatis acutis, petalis obovato-ovalibus v. oblongis apice bilobis calyce subbrevioribus ungue nudis, capsula calyce 2—3plo longiore, seminibus fulvis minute ac dissite concentrice granulatis.

C. dichotomum. Dec. *Prodr. I*, p. 415. — Koch *in Linnaea XV*, p. 708.

Hab. in Armenia pr. monasterium Etschmiadsin montis Ararat! (Koch). ⊙.

Subgenus IV. Orthodon. Ser.

Petala incisa, emarginata v. laciniata. Stamina 10, rarissime 5 v. 4. Styli 5 v. rarissime 4. Capsula plerumque calyce longior, rarissime brevior, incurva v. interdum recta: dentibus erectis v. patulis, margine subrevolutis. — Herbae annuae v. perennes, habitu et inflorescentia variae.

Divisio 1. *Fugacia*. Annua. Caudiculi radicantes nulli, cauliculi nec in axillis foliorum inferiorum senescentium gemmulas, nec superiorum fasciculos v. ramulos steriles alentes.

Subdivisio 1. *Ciliatopetala*. Petala ungue ciliato-barbata v. marginibus solum distinctius obsoletiusve basi ciliata. Stamina pubescentia v. glabra.

17. *C. longifolium* (Willd. *Spec. pl. II*, p. 814, nec Poir.) glanduloso-pubescens, cauliculis erectis in cymam foliosam multifloram laxam solutis, foliis lineari-lanceolatis, pedicellis elongatis post anthesin subincurvo-patentibus, calycis laciniis lanceolatis scarioso-marginatis acuminatis, petalis calyce sublongioribus late obovatis subsemibifidis; unguibus cum staminibus ciliato-barbatis, capsula subrecta angusta calyce demum sesquilongiore, seminibus fulvis minute granulatis.

C. longifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 417. — Willd. *herb.* Nr. 9072!

C. blepharophyllum. Fischer et Meyer in Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 167!

Hab. in provinciis caucasicis [in pratis sylvaticis versus tractum Suwant provinciae Talüsch! (Hohenack.), in Armenia! (Gundelsheimer). ⊙.

18. *C. ruderale* (M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 357; *III*, p. 318) subglanduloso-pubescens- v. hirsutum erectum, cauliculis in cymam pauci- v. multifloram patulam demum umbelliformem obtuse herbaceo-bracteatam solutis, foliis oblongis ovalibusve obtusis, pedicellis defloratis refractis, calycis laciniis lanceolatis acutis apice scarioso-imberbibus, petalis calycem aequantibus v. triente superantibus late obcordato-ovalis subsemibifidis ungue cum staminibus alternis barbatis; oppositis glabris v. subciliatis, capsula calyce duplo longiore curviuscula, seminibus ferrugineis dense tuberculatis.

C. ruderale. Dec. *Prodr. I*, p. 415. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 71. 86. — Eichw. *casp. cauc.* p. 29. 30. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Koch *in Linnaea XV*, p. 708.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain (Henning)] et provinciis caucasicis [ad fl. Terek pr. Kislar! (M. a Bieb., Steven), in Somchetia pr. Alawersk! (Eichw., Koch *in litt.*), pr. Elisabethpol! (Hohenack.), in Armenia ad mont. orientalem Alagaes (Koch)]. ⊙.

19. *C. brachypetalum* (Desp. in Pers. *Syn. I*, p. 520) pilis longis patentibus mollibus hirsutissimum eglandulosum v. glanduloso-viscidum viridi-canum, cauliculis simplicibus rarius diffuse ramosis in cymam herbaceo-bracteatam solutis, foliis radicalibus subspathulatis; caulinis ovalibus v. oblongis, pedicellis defloratis ac fructiferis apice nutantibus, calycis laciniis lanceolatis acutis, petalis obovatis apice bilobis calyce

brevioribus v. aequilongis ejus laciniis quadrante latioribus v. aequilatis ungue cum staminibus ciliatis, capsula curvula calyce dimidio exserta, seminibus rugulosis.

α. eglandulosum: pube omnium partium eglandulosa.

C. brachypetalum. Dec. *Prodr. I*, p. 416. — Mert. et Koch. *Deutschl. Fl. III*, p. 329. — Reichenb. *Icon. pl. crit.* f. 381. 382. 388.
C. strigosum. Fries *Novit. edit.* 2. p. 131.

β. glandulosum: herba superne pube glandulosa immixta plus minus viscida.

C. tauricum. Spreng. ex Dec. *Prodr. I*, p. 415! (nec. Ledeb.). — Spreng. *Syst. Veg. II*, p. 419.

Hab. in Rossia australi [Podolia! (Beaupré)], Tauria! (Steven, Beaupré *in herb.* Dec. fide Grenier), provinciis caucasicis [Iberia! (Eichw.)] et Sibiria? (Fischer *in herb.* Dec. fide Grenier). ⊙.

20. *C. viscosum* (L. Spec. ed. 1. p. 51; ed. 2. p. 627 excl. synon. plur.) glanduloso- v. eglanduloso-pilosum viridi-flavum, cauliculis adscendentibus erectisve in cymam multi- ac confertifloram herbaceo-bracteatam solutis, foliis radicalibus obovato-spathulatis; caulinis late ovatis ovalibus v. oblongis, pedicellis omnibus v. plurimis calyce fructifero brevioribus v. aequilongis; infimis quandoque sesquilongioribus, calycis laciniis anguste lanceolatis acutis apice cum bracteolis hirsutis, petalis 2—5 calyce subbrevioribus v. sublongioribus ovato- v. cuneato-oblongis quadrante bifidis ungue obsolete pauci-ciliatis v. nullis, staminibus 5—10 glabris; dum 5 calycis laciniis oppositis, capsula subincurva calyce duplo longiore.

α. corollinum: floribus omnibus v. superioribus solum 5petalis 10andris; inferioribus plerumque apetalis v. 2—4petalis ut plurimum semidecandris v. 7—9 andris.

Lusus 1. Flores omnes 5petali 10andri v. inferiores 2—4petali semidecandri v. 5—9andri, petala ungue saepissime una alterave cilia solum munita.

„ *2.* Flores inferiores apetali semidecandri v. 5—9andri; superiores 5petali 10andri, petala ungue plerumque distincte ciliata calycem aequantia v. subsuperantia.

„ *3.* Flores plurimi apetali; supremi solum 5petali semidecandri v. 5—9-andri, petala calyce subbreviora. — Transitus in varietatem sequentem, quae solum petalorum numero imminuto differt.

C. viscosum. Curt. *Fl. londin. II*, t. 94 (fasc. 2. t. 35). — Fries *Novit.* ed. 2. p. 128! — Grenier. *Monogr. Cerast.* p. 25! — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 160. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 299. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 357; *III*, p. 318!

C. vulgatum. Herb. Linn. fide Smith et Benth. *in litt.!* — Dec. *Prodr. I*, p. 415! — Reichenb. *Icon. pl. crit.* f. 385. 386.

C. glomeratum. Thuill. *Fl. paris.* p. 225. — Mert. et Koch. *Deutschl. Fl. III*, p. 337! — Sturm. *Deutschl. Fl. II*, p. 63. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 168!

C. ovale. Pers. *Syn. I*, p. 521. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 139. — Eichwald. *Skisse.* p. 174. — Synonyma incerta, facile C. semidecandri var. *α.* (herbaceo-bracteatam) v. C. vulgatum spectantia (Confer synon. dubia spec. memoratarum).

C. vulgatum. Georgi *It. I*, p. 216. — Falk. *Beitr. II*, p. 182. — Stephan. *Fl mosq.* Nr. 311. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 139. — Mart. *Fl. mosq.* p. 82. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 48. — Lucé. *Fl. osil.* p. 145. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 33. — Eichw. *casp. cauc.* p. 29. — Fellm. *Ind.*

Kola. Nr. 197. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. IV*, p. 260. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 100.

Alsine Myosotis viscosum, foliis ovatis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 152. Nr. 55.

β. *apetalum*: floribus 5—10 v. semidecandris omnibus v. longe plurimis apetalis; summis solum 2—4petalis, petalis calyce brevioribus. — Utraeque varietates pube plus minusve glandulosa v. eglandulosa summe ludunt.

C. rotundifolium. FISCH. *Cat. h. gorenk.* p. a. 1812. p. 58. — STERNBERG et HOPPE *in Regensb. Denkschr. II*, p. 113. — REICHENB. *Icon. pl. crit.* f. 387. BESSER. *Enum.* p. 46. Nr. 1421 (fide specim. auct.!) — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 223! (fide specim. auct.). — EICHW. *Skizze.* p. 174.

C. apetalum. DUMORT. *Obs. bot.* p. 47. — Ej. *Rev. bot.* p. 236.

C. tauricum h. dorpat. nec SPRENG. (fide specim. e sem. ad hort. vindob.!, prag.!, paris. et regiomont. — testante GRENIER — missis educatorum).

Hab. utraeque varietates in arvis, campis, ad sepes et hominum domicilia. In Rossia arctica [territor. Kola (FELLM.)], septentrionali [Fennia (PRYTZ)]. media [ins. Osilia (LUCÉ), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHWALD). Volhynia! (BESSER), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN)] et australi [Podolia! (BESSER, ANDRZ., EICHWALD), ad Wolgam (FALK), in deserto caspio (CLAUS)], in Tauria! (STEVEN) et provinciis caucasicis (NORDM. *in herb.* LEDEB.) [ad fl. Terek! (M. a BIEB., C. A. MEYER), in Somchetia (EICHW.), ad ostia Cyri! (STEVEN), circa Lenkoran! (HOHENACK.)] inque Sibiriae provincia Iset alibique (J. G. GMEL., FALK.), ad lacum Baikal (GEORGI). ⊙. — Stationes arcticae et sibiricae dubiosae!

Subdivisio 2. *Leiopetala.* Petala cum staminibus ungue marginibusque glaberrima.

21. *C. semidecandrum* (L. SPEC. p. 627) viscido-pubescens- v. hirtum rarissime glabrum, foliis radicalibus subspathulatis; caulinis ovato-subrotundis ovalibus v. oblongis, cymae nunc conferti- nunc laxiflorae nunquam a basi racemiforme elongatae bracteis herbaceis v. scariose submarginatis v. scariosis, pedicellis calyce fructifero plerumque subsesqui- v. subtriplo longioribus, floribus pentameris 5—10andris quandoque semidecandris, rarissime tetrameris 4—8andris, calycis laciniis lanceolatis apice scariosis, petalis calyce plerumque subbrevioribus v. aequilongis raro sesquilongioribus cuneato-linearibus - v. obovatis apice bilobis v. 2—3dentatis, capsula curviuscula calyce ½—2plo longiore, seminibus ferrugineis minute ac obtusissime granulatis.

α. *scarioso-bracteatum*: bracteis omnibus (infimo pari quandoque herbaceo) semiscariosis, calycibus ante et post anthesin plerumque ovatis, staminibus plerumque 5 v. 6—9, raro 10, rarissime 5 fertilibus cum anantheris 3—5 alternis.

Lusus 1. Bracteae omnes late scariosae apice plerumque incisae v. bifidae, calycis laciniae late scariosae saepissime subdenticulatae, petala minuta cuneato-linearia 2dentata calyce ⅓ breviora.

„ *2.* Bracteae inferiores anguste, reliquae late scariosae, calycis laciniae fere semper integerrimae, petala latius cuneato-biloba calyce ¼ breviora.

„ *3.* Bractearum par infimum foliaceum, reliquae late scariosae, calycis laciniae et petala lusus 1.

C. semidecandrum. DEC. *Prodr. I*, p. 416 (ex parte). — FRIES. *Novit.* ed. 2. p. 134! — MERT. et KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 340. — KOCH. *Syn.* p. 121! — STURM. *Deutschl. Fl.* H. 63!

C. pentandrum. M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 359; *III*, p. 310. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 223!

C. viscosum. REICHENB. *Icon. pl. crit.* f. 316, 317 (specim pumila lusus 1)

et f. 399—401 (specimina intermedia lus. 2) ac certe plurimorum auctorum, cum C. viscosi et vulgati speciminibus parvulis frequentissime commentatum!

C. viscidum. LINK. *Enum. I*, p. 433. — EICHW. *Skizze.* p. 174.

(*β. glabrum* [C. macilentum. ASPEGR. — REICHENB. *Icon. pl. crit.* f. 379, 380] desideratur intra imperii rossici fines.)

γ. herbaceo-bracteatum: bracteis omnibus herbaceis v. superioribus, quandoque cunctis, angustissime scarioso-marginatis, calycibus ante et post anthesin ovato-oblongis v. oblongis, staminibus 5—10.

Lusus 1. Bracteae plurimae v. omnes angustissime scarioso-marginatae, nervo medio ad apicem fere excurrente, petala calyce ¼ breviora biloba.

„ *2.* Bracteae omnes herbaceae v. tantum summae anguste scarioso-marginatae, petala calycis laciniis sublatiora subaequilonga v. aequilonga.

C. semidecandrum. M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 358; *III*, p. 319. — PERS. *Syn. I*, p. 521 (Lus. 2). — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 139.

C. viscosum. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 223! (fide specim. auct., serius promiscue cum C. viscosi divulgat.).

C. pumilum. CURT. *Fl. londin.* Fasc. *VI*, t. 30. — MERT. et KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 343. — KOCH. *Syn. I*, p. 122! — STURM. *Deutschlands Fl.* H. 63.

C. glutinosum. FRIES. *Novit.* ed. 2. p. 132!

C. ovale. BESSER. *Fl. Galic. I*, p. 490.

Synonyma facile ad utrasque varietates simul referenda:

C. semidecandrum. GORTER. *Fl. ingr.* p. 74. — FISCH. *Livl.* p. 235. — LEPECH. *It. III.* p. 146. — FALK. *Beitr. II*, p. 182. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 312. — PALL. *Ind. Taur.* — MART. *Fl. mosq.* p. 82. — PRYTZ. *breviar. Fl. fenn.* p. 48. — BESSER. *Enum.* p. 17. Nr. 549. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 146. — EICHW. *Skizze.* p. 174. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 168. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 164.

C. breviflorum. GILIBERT. *Fl. lithuan. V*, p. 158. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 298.

Hab. utraeque varietates in apricis arenosis, arvis, ruderatis Rossiae septentrionalis [Fennia (PRYTZ)], mediae [Petropoli! (GORTER, FALK, C. A. MEYER), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCHER), Curonia (FLEISCH. et LINDEMANN), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia! (BESSER, EICHW.), Nowgorod et Twer (FALK), Mosqua (FALK, STEPHAN, MART.), Wiätka (LEPECH.)] et australi [Podolia! (BESSER, EICHW.)], in Tauria! (PALL., STEVEN) et provinciis caucasicis! (STEVEN, WILHELMS) [ad fl. Terek pr. Kislar (M. a BIEB.), pr. Baku! (C. A. MEYER) et Lenkoran! (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ☉.

Divisio 2. *Perennia.*

Subdivisio 1. *Chondrospermia.* Seminum testa nucleum arcte includens, albumini adhaerens.

a. Lasiostemona.

22. *C. purpurascens* (ADAM in WEBER et MOHR. *Beitr. I*, p. 60. — 1805) molliter pubescens v. villosum laxe caespitans, foliis turionum caulinisque infimis lanceolatis in petiolum attenuatis; reliquis sessilibus late linearibus lanceolatis v. oblongis, cyma herbaceo-bracteata pauci- v. multiflora simplici v. subiterata squarrosa demum umbelliformi, pedicellis post anthesin elongatis rectis refractis, calycis magni laciniis ovato-oblongis v. late lanceolatis acutis, petalis speciosis calyce triente

duplove longioribus ovato-oblongis breve emarginatis ungue cum staminibus villosis, capsula recta calyce 2—3plo longiore, seminibus fuscis acute ac dense tuberculatis.

C. purpurascens. HOFFM. *hort. mosq.* (1808) Nr. 809. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 223!

C. frigidum. M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 362; *III*, p. 320 (excl. char. fruct. ad C. multiflorum simillimum spectante!) — DEC. *Prodr. I*, p. 415. — HOHENACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 233!

C. collinum. *Ind. sem. hort. dorpat.* p. a. 1832! — *Flora 1832, I*, p. 122!

C. macrocarpium. STEVEN in h. nikitensi et litt.! nec non hort. bot. aliorum. — GRENIER. *Monogr. de Cerastio.* p. 79.

Hab. in provinciis caucasicis [in regione alpina totius Caucasi, alt. 1000—1400 hexap.! (M. a BIEB., WILHELMS, C. A. MEYER, NORDM.) in Ossetia (MUSSIN-PUSCHKIN ex ADAM), Iberia! (EICHWALD, HOHENACK.), territorio Elisabethpol! (HOHENACK.), Armenia (KOCH *in litt.*) pr. Eriwan! (STEVEN)]. ♃.

23. *C. rigidum* (LEDEB. *in Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V*, p. 538) pube horizontali recta dense hirsutum superne glandulosum, caudiculis proserpentibus, caulibus simplicibus v. ramosis elongatis, foliis remotis; infimis subspathulatis; reliquis ovato-lanceolatis acutis, cyma pauci- plerumque multiflora effusa, bracteis herbaceis; summis subulatis angustissime scarioso-marginatis, pedicellis fructiferis apice nutantibus, calycis laciniis oblongis v. lanceolatis acutis v. obtusis, petalis calyce $\frac{1}{2}$—2plove longioribus obcordato-cuneatis triente bifidis: lobis calycis laciniis aequilatis basi cum staminibus ciliatis, capsula calyce duplo longiore curviuscula, seminibus ruguloso-tuberculatis.

C. rigidum. DEC. *Prodr. I*, p. 420. — LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 432. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 270.

C. furcatum. CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea I*, p. 61! (Lusus humilis).

C. sibiricum. STEVEN *in herb.* LEDEB.!

C. saxatile. TURCZ.! *in herb.* LEDEB. (ex parte).

Hab. in subalpinis Sibiriae baikalensis ad Tunkam et Sludenkam! (TURCZ.) et orientali! (TILESIUS, REDOWSKY ex CHAM. et SCHLECHTEND.) inter Irkutzk et Wilnisk! (KRUHSE). ♃.

Simillimum C. vulgati var. ζ. ciliatae, hirsutie majore et staminibus cum petalis simul ciliatis solummodo distinguendum.

b. Leiostemona.

24. *C. sylvaticum* (WALDST. et KIT. *pl. rar. Hungar. I*, p. 100, t. 97) undique pube simplici recta patentissima pilosum superne glandulosum, caudiculis proserpentibus, stolonibus elongatis, cauliculis plerumque flaccidissimis adscendentibus, stolonum foliis late ovatis v. ellipticis in petiolum abrupte contractis; caulinis sessilibus oblongo-ellipticis v. lanceolatis, cyma multiflora effusa, pedunculis pedicellisque gracillimis inferne herbaceo-, superne subscarioso-bracteatis, calycis laciniis lanceolatis acutis, petalis calyce $\frac{1}{2}$—2plo longioribus subsemibifidis, laciniis linearibus angustis, ungue glaberrimis v. obsolete subciliatis, capsula curviuscula calyce $\frac{1}{2}$—2plo exserta, seminibus rugulosis.

C. sylvaticum. DEC. *Prodr. I*, p. 419 (excl. synon. Steven. ad C. frigidum spect.). — MERT. et KOCH. *Deutschl. Fl. III*, p. 333.

Hab. in Rossia media [in humidis, umbrosis sylvarum Volhyniae pr. Horochow! (*herb.* BESSER)]. ♃.

25. *C. vulgatum* (L. Spec. p. 627) pube recta patente hirsutum pilosum v. rarius glabratum, caudiculis herbaceis turionibusque demum radicantibus, foliis radicalibus subspathulato-obovatis ovalibus ovatisve in petiolum attenuatis; reliquis sessilibus ovato-oblongis oblongis v. lanceolatis; axillaribus minoribus homomorphis, cymae demum patulae bracteis scarioso-marginatis v. inferioribus foliaceis v. omnibus herbaceis, pedicellis post anthesin apice nutantibus, calycis laciniis ovatis oblongis v. lanceolatis, petalis calycem aequantibus v. $\frac{1}{4}$—2plo superantibus late cuneatis v. obovato-cuneatis ungue glabris v. reverse subciliatis $\frac{1}{3}$ bilobis: lobis linearibus v. oblongis calycis laciniis angustioribus v. aequilatis, capsulae curvatura calyce distincte exserta, seminibus tuberculatis.

α. brachypetalum: turionibus plerumque paucis v. nullis, cauliculis fructiferis tunc basi gemmiferis, bracteis omnibus v. plurimis scarioso-marginatis, florum infimorum calyce in fructu 2—3½ lin. longo, petalis calycem aequantibus v. $\frac{1}{5}$ superantibus ungue frequentissime subciliatis, lobis calycis laciniis angustioribus.

Lusus 1. Glabratus. Folia cum calycibus utrinque glabra v. ciliata v. pube rara adspersa, caules unifariam pubescentes. — Reliquis rarior.

C. vulgatum *β.* holosteoides. Fries. *Novit.* ed. 2. p. 126!
C. triviale *γ.* holosteoides. Koch. *Syn.* p. 122! — Sturm. *Deutschlands Fl.* H. 63.
C. holosteoides. Fries. *Novit.* ed. 1. p. 32! — Dec. *Prodr. I*, p. 416. — Reichenb. *Ic. pl. crit.* f. 318. 319.

„ *2.* Glandulosus. Cauliculi superne cum pedicellis et calycibus plus minusve glanduloso-pubescentes. — Aarior.

C. triviale *β.* glandulosum. Koch. *Syn.* p. 122. — Fleisch. et Lindemann. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 165.
C. viscosum *β.* glandulosum. Bönningh. *Prodr.* Nr. 565.

„ *3.* Hirsutus. Folia cum calycibus plus minus dense eglanduloso-pilosa v. hirsuta. — Vulgatissimus, cyma conferti- v. remotiflora corymbi- v. paniculaeformi effusa, foliis caulinis angustis ac latissimis oblongis linearibus v. lanceolatis summe varians.

C. vulgatum. L. Spec. (*nec herb.*). — Curt. *Londin.* t. 34. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 358; *III*, p. 318! — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 48 (nisi ad C. viscosum spectat.). — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 548! — Fellm. *Ind. lappon.* Nr. 188.
C. vulgatum *α.* hirsutum. Fries. *Novit.* ed. 2. p. 125!
C. triviale. Link. *Enum. I*, p. 433. — Mert. et Koch. *Deutschl. Fl. III*, p. 334. — Reichenb. *Ic. pl. crit.* f. 402. 403. — Sturm. *Deutschl. Fl.* H. 63. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 181. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 223. — Eichw. *Skizze.* p. 174. — Weinmann. *Fl. petropol.* p. 48. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 165.
C. viscosum. *Herb.* Linn. (nec Spec.). — Dec. *Prodr. I*, p. 416. — Smith. *Engl. Fl. II*, p. 330. — Falk. *Beitr. II*, p. 182. — Güldenst. *It. I*, p. 110. 192. 422; *II*, p. 163. — Luce. *Fl. osil.* p. 146. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 26. — Erman. *Verz.* Nr. 115. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 260.
C. caespitosum. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 159. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 299.
Alsine hirsuta flore magno. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 11.
Alsine Myosotis foliis ex ovato-acuminatis, flore calyci aequali. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 152. Nr. 54.

Hab. in ruderatis, circa domos, ad sepes, in pratis, arvis, inter frutices, in nemoribus, ad sylvas planitierum, montium ac subalpium totius imperii rossici: in Rossia arctica [Lapponia (FELLM., SCHRENK *in litt.*)], septentrionali [Fennia (PRYTZ., SCHRENK *in litt.*)], media [Petropoli! (WEINMANN). Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! et Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania! (GILIB., EICHW.), Warsawia (EHNDT.), Volhynia! (BESSER, EICHW.)] et australi [Podolia! (BESSER, EICHW.), Ucrania (GÜLDENST.), ad Tanain! (GÜLDENST., STEVEN) et Wolgam inferiorem (FALK, CLAUS)], in Tauria! (STEVEN) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (GÜLDENST., M. a BIEB.), in Caucaso! ubique (C. A. MEYER), Iberia! (WILHELMS, STEVEN, EICHW.), Imeretia (GÜLDENST.), pr. Lenkoran! (C. A. MEYER)] inque omni Sibiria (J. G. GMEL.) uralensi pr. Slatoust! (NESTEROFSKY) et altaica! (FL. ALT.), Davuria! (TURCZ.) et Kamtschatka (ERMAN). ♃.

β. *alpinum:* dense ac longe pilosum latifolium, turionibus plerumque pluribus adscendentibus, caudiculis simplicissimis haud v. vix fasciculiferis, cymae 3—10-florae bracteis omnibus scarioso-marginatis, florum infimorum calycibus $3\frac{1}{2}$—4 lin. longis, petalis ungue plerumque glaberrimis late cuneatis; lobis calycis laciniis $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ angustioribus $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$ exsertis.

C. triviale δ. alpinum. KOCH. *Syn.* p. 122.

Hab. in alpibus caucasicis! (STEVEN). ♃.

γ. *macrocarpum*: pilis rigidulis patentissimis quandoque ferrugineis hirsutissimum, turionibus elongatis ramosis polyphyllis, cauliculis validis, foliis turionum caulinisque infimis lanceolatis; reliquis latissimis oblongis v. ovatis, cymae 3—10-florae bracteis herbaceis; infimis cordato-ovatis foliaceis, calycibus 4—5 lin. longis, petalis cuneato-oblongis ungue glabris v. subciliatis: lobis calycis laciniis $\frac{1}{4}$ angustioribus $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ exsertis, capsula demum 8—10 lin. longa.

C. rigidum (majus et minus). CHAMISS. et SCHLECHT. *in Linnaea I*, p. 62 (fido specim. auct. in herb. Mus. berol. exam.!).

C. pilosum. FISCH. *in herb. Acad. petropol.!*

C. Fischerianum. FISCH. *in herb.* MARTII et FENZL. (nec SER.)!

Hab. in Kamtschatka! (*herb. Acad. petropol.*) insulisque Unalaschka! et Atcha (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ, CHORIS). ♃.

δ. *Beeringianum*: laxe caespitans inferne cum foliis pilis patentissimis viridibus v. flavescentibus hirsutum, turionibus simplicibus abbreviatis, cauliculis gracilibus, foliis oblongis v. oblongo-linearibus obtusiusculis, cymae gracilis glanduloso-pubescentis (nec hirsutae) 3—10florae bracteis omnibus herbaceis; inferioribus plerumque foliaceis, calycibus $2\frac{1}{2}$—3 lin. longis, petalis cuneatis ungue glabris: lobis calycis laciniis $\frac{1}{4}$ angustioribus $\frac{1}{2}$ exsertis, capsula demum 4—6 lin. longa.

C. Beeringianum. CHAM. et SCHLECHT. *in Linnaea I*, p. 62! — HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 105. — TORREY et GRAY. *Fl. North. Am. I*, p. 188.

Hab. in Kamtschatka! (MERTENS *in herb. Acad. petropol.*), insulis Unalaschka! (CHORIS) et Sitcha! (MERTENS *in herb. Acad. petropol.*) inque America rossica ad fretum Beeringianum! (CHORIS), sinum Eschscholtzii! et bonae spec.! (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ). ♃.

ε. *glaucum*: conferte multicaule erectum glaucum, turionibus minutis fasciculiformibus v. subnullis, cymae 3—10florae bracteis herbaceis; inferioribus saepe foliaceis, foliis caulinis plerumque latioribus: summis apice saepe angustissime scarioso-marginatis, calycibus 2—3 lin. longis, petalis cuneatis ungue plerumque ciliolatis: lobis brevibus calycis laciniis aequilatis v. angustioribus $\frac{1}{4}$—2-plo exsertis, capsula demum 4—5 lin. longa.

Lusus 1. Herba pilis rectis erecto-patulis dense pilosa v. hirsuta superne glandulosa, cauliculis haud v. vix fasciculiferis. Folia late linearia v. lineari-lanceolata. Petala ungue plerumque ciliolata, utplurimum calyce parum exserta.

Lusus 2. Praecedens, cauliculis saepe valde elongatis quandoque ramosis v. fasciculiferis. Petala ungue glabra, plerumque calyce $1\frac{1}{2}$—2plo exserta. — Habitus fere C. rigidi.

C. Beeringianum TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 268! (nec CHAMISS. et SCHLECHTEND.).
C. sibiricum. TURCZ. (nec STEVEN) *in herb.* LEDEB.!
C. sylvaticum. STEVEN *in herb. Acad. petropol.!*

Hab. in Sibiria! (STELLER, STEVEN *in herb. Acad. petropol.* — Lus. 1) baikalensi prope Irkutzk ad rivulum Kaja! (TURCZ., SCHTSCHUKIN — Lus. 1), ad ostia fl. Solson et Oka! (TURCZ. *in herb.* ZUCCARINI — Lus. 2) et orientali pr. Kirensk! (KRUHSE — Lus. 2). ♃.

Lusus 3. Herba subpilosa v. glabriuscula, cauliculis tunc unifariam pubescentibus. Folia saepe ovalia v. late oblonga rotundata. Petala ungue plerumque glabra. — Cum praecedente in America arctica occurrente „C. alpini" nomine divulgarit cl. HOOKER; intra fines imperii rossici pariter esse reperiendum inde minime dubito.

ε. *ciliatum:* laete virens flaccidum glabratum pilosum v. hirsutum superne glanduloso-pubescens, turionibus simplicibus, foliis lineari-oblongis oblongis v. ovato-oblongis, cymae 3—10florae plerumque squarrosae bracteis herbaceis; summis saepe subscarioso-marginatis, petalis infra medium reverse ciliatis: lobis rotundatis calycis laciniis aequilatis duplo exsertis.

Lusus 1. Turiones elongati, cauliculi saepe inferne florigero-virgato-ramosi, unifariam pubescentes. Folia utrinque glabra, eciliata, ciliata v. subpilosa. Calyces plerumque purpurascentes.

C. ciliatum. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 267!
C. saxatile β. ciliatum. TURCZ. in herb. Besseri!
C. rigidum β. coloratum. FISCHER in herb. Martii!
C. alpinum. FL. ALT. ex parte! (fide specim. herb. LEDEB.).

Hab. in Sibiriae altaicae arenosis ad ripas et in insulis fl. Koksun! (LEDEB.) et transbaikalensis glareosis ad fl. Snicznaja! ac in subhumidis subalpinis! (TURCZ.). ♃.

Lusus 2. Turiones subnulli, cauliculi strictiores cum foliis plerumque ovato-oblongis dense hirsuti. Calyces plerumque virentes. Facile lusus transitivus in C. rigidum, cui praeter stamina glabra simillimus.

Hab. in Davuria ad fl. Argun! (TURCZ.) inque Sibiria orientali inter Jakutzk et Wiluisk! (KRUHSE). ♃.

η. *leiopetalum:* caudiculoso-ramosissimum, turionibus plurimis elongatis simplicissimis, foliis oblongis v. lanceolatis utrinque pilis sparsis rectis longiusculis ciliato-hirsutis, cymae 1—9florae glanduloso-pubescentis bracteis herbaceis; summis quandoque apice subscarioso-marginatis; infimis saepe foliaceis, calycibus plerumque purpurascentibus $2\frac{3}{4}$—$3\frac{1}{4}$ lin. longis, petalis ungue glabris late cuneatis: lobis calycis laciniis aequilatis $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ exsertis.

C. alpinum. BUNGE in LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 180! (excl. omn. synon. praeter GMELIN).

C. pusillum. SER. in DEC. *Prodr. I*, p. 418! (fide specim. a cl. FISCH. in litt. mecum commun.).

Alsine Myosotis, foliis ex ovato acuminatis, flore calycem excedente. GMEL., *Fl. sib. IV*, p. 150. Nr. 52, ad sequentem cum C. alpino Sibiriae auct. plurimorum facile simul spectans.

Hab. in Sibiriae altaicae arenosis ad ripas et in insulis fl. Koksun! (LEDEB.), ad Jeniseam (S. G. GMEL.). ♃.

ϑ. *grandiflorum:* laxe caespitans multicaulis pilis plerumque eglandulosis patentissimis rectis ac subflexuosis viridibus v. flavescentibus rigidulis hirsutissimum,

foliis ovalibus oblongis lineari-oblongis v. lanceolatis, cymae 1—7florae bracteis herbaceis; infimis saepe foliaceis; summis quandoque subscarioso-marginatis hirsutissimis, calycibus $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$ lin. longis, petalis late cuneato-obovatis ungue glabris v. subciliatis; lobis calycis laciniis aequilatis subsemiovatis duplo exsertis.

Lusus 1. Cauliculi crassiusculi filiformes, latifolii. Flores magni; inferiorum calycibus plerumque 3—$3\frac{1}{2}$ lin. longis.

C. Fischerianum. SER. in DEC. *Prodr. I*, p. 419! (fide specim. a FISCH. mihi commun.) — CHAMISS. et SCHLECHT. *in Linnaea I*, p. 60! — HOOKER *Fl. bor. am. I*, p. 103.

C. alpinum. HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 104. (ex parte). — HOOK. et ARN. in BEECHEY's *Voyage*. p. 122. — LESSING *in Linnaea IX*, p. 151! — BONGARD *Veget. in Sitcha*. p. 128!

C. alpinum β. HOOK. et ARN. l. c. p. 113.

C. alpinum γ. Fischerianum. TORREY et GRAY *Fl. North Amer. I*, p. 188.

Lusus 2. Cauliculi gracillimi. Folia parvula, lanceolata, 3—6 lin. longa. Flores minores; inferiorum calycibus $2\frac{1}{4}$—$2\frac{3}{4}$ lin. longis.

C. serpyllifolium. M. a BIEB. ex STEVEN in DEC. *Prodr. I*, p. 417. sub Nr. 25. (nec WILLD.) fide specim. STEVEN!

Synon. dubitanter huc v. ad unam alteramve varietatum supra recensitarum v. complures simul, v. ad C. alpinum aequo forsan jure referendum:

C. alpinum. GEORGI *It. I*, p. 216! — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 987.

Hab. in provinciis caucasicis supra Lenkoran? (*herb. acad. petropol.*) inque Sibiria uralensi! (LESSING), per totam regionem arcticam ad littora maris glacialis! (MERK, RUDOLPH, STEVEN. — Lus. 1. et 2.), in Kamtschatka! (CHAMISSO, CHORIS, BEECHEY), in insulis St. Laurentii!, St. Pauli!, Unalaschka! (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ, BEECHEY), Koraginsk! et Sitcha! (MERTENS) inque America arctica ad sinum Kotzebue!, Schischmareff!, Eschscholtzii!, cap. Espenberg!, (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ, BEECHEY), ad fretum Senjawin! (MERTENS). ♃.

Species nimis polymorpha, aegerrime ac nonnisi artificiali quodam modo (petalorum scilicet lobis calycis laciniarum latitudinem summam diametro transversali haud vel vix quadrante exsuperantibus, frequentius angustioribus) a sequente „C. alpino" sejungenda, cumque C. arvensi, facie diversissimo, ex adversa parte in illud transiens. — In planitiebus Europae infraarcticae ac Sibiriae australioris facillime dignoscenda, varietate, bractypetala satis constans, inconstantissima in subalpinis, alpinis et terris arcticis, florum, bractearum ac indumenti magnitudine et indole mire varians.

26. *C. alpinum* (*L. Spec.* p. 628) pilis flexuosis (!) virentibus v. albis patulis lanatum villosum hirsutum v. rarius glabratum, caudiculis, proserpentibus, turionibus plurimis, foliis obovatis ovalibus oblongis v. lanceolatis; infimis ac turionum in petiolum brevissimum quandoque attenuatis; fasciculorum axillarium subminoribus v. minutissimis homomorphis (!), cymae 1—2florae bracteis omnibus v. summis subscarioso-marginatis, pedicellis post anthesin patentissimis, petalis calyce laciniis $\frac{1}{3}$—2plo latioribus (!) sub anthesi rectis nec recurvis (!), capsulae amplae curvatura calyce longe exserta, seminibus tuberculatis.

α. hirsutum: herba pilis plerumque virentibus rarius albis, apice turionum nunquam floccose congestis, hirsuta.

C. alpinum. Dec. *Prodr. I*, p. 419. — *Fl. dan. t.* 6 — *Engl. Bot.* t. 472. — Raj. *syn.* t. 15. f. 2. — Sturm. *Deutschl. Flor.* II. 64. — Wahlenb. *Flor. lappon.* p. 136. — Prytz. *breviar. Fl. fennic.* p. 48 (var. lapponica). — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 196! — Ej. *Ind. Lappon.* Nr. 187! (Syn. Wahlenb. et Fellm. ad varr. α. et β. simul spectant).

Lusus 1. Inflorescentia omnino eglanduloso-hirsuta.

„ *2.* Inflorescentiae pubes pilis glanduliferis immixtis aucta.

C. alpinum β. glanduliferum. Koch *Syn.* p. 123!

β. *lanatum:* herba villo albo longissimo patulo copiosissimo niveo-lanata v. rariore, foliorum marginibus apiceque turionum dense congesta floccoso-barbata, virens. Lusus iidem varietatis praecedentis.

C. lanatum. Lam. *Encycl. I*, p. 680! — Dec. *Prodr. I.* p. 418!
C. alpinum γ. lanatum. Koch. *Syn.* p. 123! — Sturm. *Deutschl. Fl.* H. 64.

γ. *glabratum:* foliis utrinque glabris v. passim cum pedicellis ciliatis.

Lusus 1. Caules superne pubescentes, folia omnia v. pauca longe ciliata.

„ *2.* Herba tota glaberrima.

C. alpinum β. glabratum. Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 136!
C. alpinum. *Fl. dan.* t. 979.
C. glabratum. Hartm. *scand.* p. 181!

Hab. omnes varietates in terris arcticis Rossiae europaeae ac verosimillime etiam in Sibiria occurant. In Rossia arctica. [territor. Kola (Fellm.), Lapponia! Wahlenb., Fellm., Schrenk)] et septentrionali [Fennia. (Prytz)]. ♃.

27. *C. arvense* (*L. spec.* p. 628) **pilis rectis (!) nunc brevissimis pubescens nunc elongatis hirsutum rarissime glabrum, caudiculis proserpentibus, turionibus erectis cum cauliculis sterile-ramosis v. heterophyllo-fasciculigeris, foliis caulinis ovatis ovato-oblongis sive lanceolatis oblongis lanceolatis linearibusve; ramulorum ac fasciculorum lineari-lanceolatis v. subulatis basi plerumque attenuatis, cymae 1—10florae patulae bracteis scarioso-marginatis; infimis nunquam foliaceis, pedicellis defloratis erecto patulis apice nutantibus, petalis calyce 2—3plo longioribus obcordato-ovatis v. oblongis ungue glabris, lobis latis rotundatis sub anthesi recurvo-patentibus (!), capsulae curvatura calyce vix v. parum exserta, seminibus tuberculatis.**

α. *latifolium:* foliis caulinis majoribus, praesertim superioribus e basi late ovata oblongis v. lanceolatis; ramorum ac fasciculorum anguste lanceolatis v. linearibus; omnibus utrinque pubescentibus, cauliculis palmaribus spithamaeis et altioribus, petalorum lobis late ovatis.

C. arvense. L. l. c. — Dec. *Prodr. I*, p. 419. — Ferber in Fisch. *Lirl. Zus.* p. 156. — Falk. *Beitr. II*, p. 182. — Güldenst. *It. I*, p. 110. — Stephan *Fl. mosq.* Nr. 313. — M. a Bieb. *Flor. t. c. I*, p. 359; *III*, p. 320. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 140. — Mart. *Fl. mosq.* p. 82. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 547! — Eichw. *Skizze.* p. 174. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 48! — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 165.

C. grandiflorum. Gilib. *Fl. lithuan.* V. p. 159. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 299.

Hab. in planitiebus ac montibus Rossiae septentrionalis [terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk *in litt.*)], mediae [Petropoli! (Weinm.), Esthonia et Livonia! (Fleisch. et Lindem.), Curonia! (Ferber, Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Räsan (Falk)] et australis [Podolia! (Besser, Eichw.), ad Tanain (Falk, Güldenst.)], Caucasi! (M. a Bieb., Steven) et Sibiriae uralensis pr. Slatoust! (Nesterofsky). ♃.

β. angustifolium: pubescens, foliis caulinis majoribus oblongo-v. late linearibus; ramorum ac fasciculorum copiosissimorum anguste linearibus v. lineari-lanceolatis basi attenuatis, cauliculis strictis confertifoliis, petalorum lobis ovato-oblongis.

Lusus 1. Herba tota dense incano-glanduloso-pubescens, cauliculorum pube inferius minutissima, facie vix nervosa.

C. ambiguum. Fisch. ex Dec. *Prodr. I*, p. 419. sub Nr. 50!
C. carnosulum. Turcz. *msc. in herb.* Ledeb.!
C. polyphyllum. Steven. *msc. in herb.* Fenzl!

„ *2.* Praecedens, cauliculorum pube inferius elongata eximie reversa plerumque sub- v. eglandulosa.

C. incanum. Ledeb. *in Mém. de l'Acad. des sciences de St. Petersb.* V. p. 540! — Ej. *Fl. alt. II*, p. 180! — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 149! — Dec. *Prodr. I*, p. 418. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 154! — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 266. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* N. 177.

C. arvense. Georgi *It. I*, p. 216.

Alsine Myosotis foliis oblongis obtusis, flore calycem excedente. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 172. Nr. 53.

Hab. cum praecedente, sed rarior, in Rossia europaea austro-occidentali ac suburalensi; frequentissime pr. totam Sibiriam (J. G. Gmel.) uralensem! (Lessing), altaicam! (Gebler Fl. alt.), ad mont. Tarbagatai (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz), baikalensem! (Georgi, Turcz) et Davuriam! (Turcz.). ♃.

γ. glabellum: foliis linearibus, fasciculorum ac ramulorum saepe lineari-filiformibus cum cauliculis elongatis strictis superne quandoque subpubescentibus glaberrimis glaucescentibus.

C. glabellum. Turcz. *msc. in herb.* Ledeb.! et Besser!

Hab. in montibus Davuriae prope Akscha! (Turcz). ♃.

δ. alpicolum: caudiculis cauliculisque terullis digitalibus ac palmaribus adscendentibus v. erectis inferne retrorsum pubescentibus, foliis majoribus plerumque semipollicaribus, saepe minoribus, oblongis v. lanceolatis; fasciculorum lineari-lanceolatis linearibus v. subulatis utrinque hirsutis pilosis glabris ciliatis v. eciliatis laete viridibus. — Statione facilius quam characteribus stabiliendum, valde polymorphum in var. *α* et *β.* insensiliter, nec non in C. alpinum *α* quandoque transiens.

Lusus 1. Folia supra subtusque pubescentia et hirsuta.

C. strictum. L. *Spec.* p. 529. — Dec. *Prodr. I*, p. 419. et auct. plurimorum ex parte.
C. serpyllifolium. Willd. *Enum. suppl.* p. 26. — Ej. *herb.* Nr. 9083! — Link. *Enum. I*, p. 433. *ac herb. Mus. berol.*! — Dec. *Prodr. I*, p. 417. (nec M. a Bieb. ex Steven.).

Hab. in alpibus caucasicis! (Steven) orientalibus, alt. 1350—1400 hexap! (C. A. Meyer), in Sibiria! (Willd). ♃.

28. *C. tomentosum* (*L. Spec.* p. 629) lanugine simplici crispata intricata nivea tomentosum eglandulosum, cauliculis sterile remosis v. copiose fasciculiferis, foliis late linearibus lanceolatis ellipticis v. ovato-oblongis; ramulorum ac fasciculorum angustioribus linearibus, cymae semiscarioso-bracteatae pedicellis erectis; defloratis apice subnutantibus, petalis calyce $1\frac{1}{2}$—2plo longioribus obovato-cuneatis triente bifidis v. laciniatis ungue glaberrimis, capsula curviuscula calycem $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ superante; dentibus erectis margine revolutis (!), seminibus tuberculatis.

(*α. virens.* — In imperio rossico desideratur.)

β. niveum: herba tomento crasso adpresso niveo.

Lusus 1. Folia omnia linearia obtusa patentia recta elongata; caulinorum majora plerumque 10—15 lin. longa ac $1\frac{1}{2}$—2 lin. lata.

„ *2.* (Brevifolia specimina authentica intra fines imperii rossici lecta nondum vidi.)

C. tomentosum. Dec. *Prodr. I*, p. 418.
C. repens *α*. Mert. et Koch. *Deutschl. Fl. III*, p. 346!
C. repens. L.! (in Spec. pl. cum C. arvensis verietatibus confus.)

Hab. in provinciis caucasicis. Iberia! (fide specim. Stevenii, a cl. Trinio herb. Musei vindobonensi communic.). ♃.

29. *C. Biebersteinii* (Dec. *in Mém. soc. phys. de Genève I*, p. 436) lanugine simplici crispata intertexta niveo- v. incano-tomentosum eglandulosum, caudiculis humifusis ramosissimis fragilibus confertifoliis abbreviato- v. glomerato-fasciculiferis, cauliculis oligophyllis elongatis simplicissimis fasciculigeris, foliis late linearibus v. oblongo-linearibus obtusis, cymae demum valde elongatae semiscarioso-bracteatae pedicellis cum flore semper rectis, petalis calyce maximo 2—3plo longioribus late cuneato-obcordatis ungue glaberrimis, capsula calyce $\frac{1}{3}$—$\frac{3}{4}$ exserta recta ampla: dentibus planis patulo-recurvis nec apice nec margine revolutis, seminibus tuberculatis.

α. latifolium: foliis late linearibus v. oblongo-linearibus margine obsolete revolutis patentibus saepe incano-tomentosis.

β. stenophyllum: foliis linearibus marginibus replicatis; inferioribus plerumque reflexis confertissimis crassissime tomentosis. — Transitum in spec. seq. molitur.

C. Biebersteinii. Dec. *Prodr. II*, p. 418. — Ej. *pl. rar. de Genève.* (1825) t. 11.
C. repens. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 987. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 360; *III*, p. 320!
C. tomentosum. Georgi. *l. c.* p. 988.

Hab. in Tauriae montibus elatis Tschatyrdagh, Babugan, aliisque! (Pall., M. a Bieb., Steven, Ledeb., Parrrys). ♃.

30. *C. grandiflorum* (Waldst. et Kit. *pl. rar. Hung. II*, p. 183, t. 168) lanugine simplici crispata intertexta nivea v. viridi tomentosum, rarius glabratum, candiculis cauliculisque stricte ramosis copiose fasciculigeris ad nodos tumidos fragilibus, foliis anguste linearibus v. filiformibus valde carinatis margine revolutis patentissimis v. squarroso-recurvis, cymae semiscarioso-bracteatae pedicellis cum flore semper rectis, petalis calyce 2plo longioribus obovato-cuneatis triente bifidis ungue glaberrimis, capsula calyce $\frac{1}{2}$—2plo longiore recta: dentibus patulis planis nec apice nec margine revolutis, seminibus tuberculatis.

α. rosmarinifolium: foliis linearibus margine parum revolutis supra virentibus tenue v. floscoso-, subtus adpresse niveo-tomentosis.

Lusus 1. Folia caulina majora plurima 1—$1\frac{3}{4}$ lin. lata supra demum calvescentia.

„ *2.* Folia caulina majora plurima vix 1 lin. lata plerumque angustiora.

(Reliquae varietates: filifolia, banatica et glabrata desiderantur intra imperii rossici fines.)

C. grandiflorum. Dec. *Prodr. I*, p. 418. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 168!
C. argenteum. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 361; *III*, p. 320! — Eichw. *casp. cauc.* p. 26!
C. longifolium. S. G. Gmel. *msc. in herb. Acad. petropol.*

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Steven, Wilhelms), Kachetia! et Somchetia! (Eichw.) inque provincia Talüsch, alt. 900 hexap. Hohenack.)]. ♃.

Subdivisio 2. *Physospermia.* Semina pressione varie angulosa, testa endopleurae albumini adstrictae vix adhaerente, laxa, saepe subinflata.

31. *C. ovatum* (Hoppe ex Willd. *Enum.* p. 493) glabrum v. pubescens multicaule, cauliculis haud v. parcissime ac obsolete fasciculigeris, foliis late ovatis oblongis v. linearibus, cymae pauci- multiflorae bracteis scarioso-marginatis; infimo pare quandoque foliaceo, petalis calyce ½—2plo longioribus late obcordatis ungue cum staminibus glaberrimis, capsula ovato-cylindrica ampla recta calyce ½—2plove longiore: dentibus rectis v. oblique recurvis margine revolutis, seminibus obtuse granulatis.

α. glabratum: cauliculis puberulis v. nudis, foliis glaberrimis v. margine subtusque ad nervos ciliato-pilosulis.

β. rutilum: totum pube subglandulosa articulata molle.

C. ovatum. Dec. *Prodr. I*, p. 419. — Koch *Syn.* p. 124. — Sturm *Deutschl. Fl.* H. 64.

C. alpinum. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 361. (excl. omn. synon.)! — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 223!

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis, alt. 1100—1550 hexap. ed torrentem Terek et in alpibus Kasbek, alt. 800—1400 hexap.! (C. A. Meyer, Wilhelms), in alpe Kaischaur! (M. a Bieb.). ♃.

32. *C. latifolium.* (*L. Spec.* p. 629) pube articulata subglandulosa flexuosa viridi v. flava pilosum v. hirsutum, caudiculis cauliculisque tenellis assurgentibus 1—3floris, foliis suborbicularibus ovatis ovalibus oblongis v. lanceolatis, bracteis foliaceis, petalis calyce 2—2½plo longioribus latissime obcordatis ungue cum staminibus glaberrimis, capsula calyce 1½—2plo longiore ampla cylindrica curviuscula: dentibus planis recurvis nec circinatis, seminibus obtuse granulatis.

C. latifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 419. — Koch *Syn.* p. 123.

α. latifolium: foliis ovatis ovalibus v. late oblongis.
C. latifolium. C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 224.

β. lanceolatum: foliis lanceolatis acutis, cauliculis plurimum elongatis 1—3floris.

Hab. in provinciis caucasicis [alpe Kasbek, alt. 1550 hexap.! (C. A. Meyer)]. ♃.

Cerastii species incertae sedis ac sine semine descriptae.

33. *C. umbellatum* (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 708) hirtum basi ramosissimum, ramis elongatis dichotomis, foliis ellipticiis, dichotomia floribus carente, umbella 2—4—raro multiradiata, bracteis minoribus herbaceis, calycis foliolis ovato-acutis, petalis longe exsertis late obcordatis, capsula 20nervia: dentibus rectis.

Hab. in Armenia (C. Koch).

34. *C. sp. n.* (C. Koch *l. c.* p. 709) annuum pilosum viride, caulibus e basi ramosis, foliis inferioribus subspathulatis, reliquis oblongis

(10—15 lin. longis, 5—7 lin. latis) obtusis, inflorescentia dichotoma, floribus in dichotomio longepedunculatis; junioribus brevissime pedunculatis congestis, calycis foliolis exterioribus anguste; interioribus late membranaceis acuminatis 4 lin. longis, petalis magnis leviter obcordatis calycem aequantibus, capsula....

Hab. in Somchetia (C. Koch). ⊙.

35. *C. sp. n.* (C. Koch *l. c.* p. 709.) annuum simplex hirtum, caulibus 3—5pollicaribus tetragonis trifloris, foliis lanceolatis 6 lin. longis, floribus magnis semipollicaribus terminalibus; medio longius pedunculato, calycis foliolis oblongo-lanceolatis; interioribus late membranaceo-marginatis 3—4 lin. longis, petalis calyce multo majoribus profunde emarginatis, capsula....

Hab. in Armenia (C. Koch). ⊙.

Subtribus III. Malachieae. Fenzl *in* Endlicher. *gen. p. 970.*

Petala bipartita. Styli 5, calycis laciniis alterni. Capsula ovoideo-pentagona, simplici stylorum numero in valvas apice bidentatas, laciniis calycis oppositas, dehiscens.

161. Malachium. Fries.

Fl. Halland. p. 77. — Endlicher gen. l. c.

Calyx 5partitus: laciniis herbaceis, muticis. Petala 5, subhypogyna, ultra medium v. usque ad basin bipartita, laciniis linearibus, patentibus. Stamina 10, subhypogyna, omnia fertilia; longiora disci glandulis carnosis inserta. Filamenta subulata, libera. Antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium sessile, uniloculare. Ovula plurima, columellae centrali liberae fungosae inserta, amphitropa. Styli 5, rarissime 4 v. 6, calycis laciniis alterni. Capsula membranacea, ovoideo-pentagona, calyce longior, unilocularis, simplici stylorum numero in valvas calycis laciniis oppositas, bidentatas, apice recurvatas v. revolutas dehiscens. Semina plurima, subglobosa, tuberculata, opaca, umbilico estrophiolato. Embryo annularis, albumen farinaceum includens, cotyledonibus incumbentibus.

1. *M. aquaticum* (Fries *l. c.*) perenne pubescens v. glabratum, caulibus flaccidis erectisve tetragonis di- trichotome ramosis in cymam multoties iteratam raro simplicem paucifloram foliosam solutis, foliis cordato-ovatis v. lanceolatis; infimis petiolatis; reliquis sessilibus margine undulatis, pedicellis cum calycibus pubescentibus v. villosis glandulosis post anthesin reflexis apice cernuis, petalis calyce 1½—2plo longioribus, capsula calycem subaequante v. subsuperante.

M. aquaticum. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 168. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 164. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 709.

Cerastium aquaticum. Dec. *Prodr. I*, p. 366. in adnot. — Güldenst. *It. II*, p. 215. 235. 249. 257. 262. 308. 327. 339. 343. — Stephan *Fl. mosq.* Nr. 314. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 261. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I.* p. 362.

— Jundz. *Fl. lithuan.* p. 140. — Mart. *Fl. mosq.* p. 82. — Prytz *Breviar. Fl. fennic.* p. 48. — Besser *Enum.* p. 17. Nr. 550. — Höfft *Cat. Kursk.* p. 33. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 182. — Eichw. *Skizze.* p. 174. — Ej. *casp. cauc.* p. 22. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Erman *Vers.* Nr. 116. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 48. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 178.

Cerastium maximum. Gilib. *Fl. lithuan V.* p. 158. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 298, c. icone mediocri.

Cerastium connatum. S. G. Gmel. *msc. in herb. Acad. petropol.*

Cerastium deflexum. Dec. *Prodr. I*, p. 417. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 233. — Fisch. *in litt. ad* Fenzl.!

Stellaria dichotoma. Lucé *Fl. osil.* p. 140?

Stellaria Pallasiana. Lessing *in Linnaea IX*, p. 174! (fide spec. auct. in herb. Musei berolin.)

Larbrea aquatica. Ser. *in* Dec. *Prodr. I*, p. 395 (excl. synon. St. Hilaire).

Alsine major repens. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 10.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz)], media [Petropoli! (Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Curonia (Fisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Martius), Kursk (Höfft), Kasan! (C. A. Meyer)] et australi [Podolia! (Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst.), Jekaterinoslaw (Güldenst., Böber), ad Tanain (Henning)], in Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.), Steven), [Iberia et Mingrelia (Eichw.), Imeretia (Koch *in litt.*), territorio Elisabethpol!, provincia Karabagh et pr. Lenkoran! Hohenack.)], in Sibiriae uralensis montibus (Erman), pr. Troizk! (Lessing) inque regione altaica! (*Fl. alt.*) ad torrentem Tscharak-Assu circa mont. Tarbagatai (Karel. et Kiril.). ♃.

Alsinearum distributio in Imperio rossico.

Genera.	In Rossia arctica.	In Rossia septentrionali.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uraiensi.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.	In Davuria.	In Sibiria orientali.	In terra Tschuktschorum.	In Sibiria arctica.	In Kamtschatka.	In insulis oceani orientalis.	In America rossica.
Sagina	3	3	3	3	—	3	2	3	2	—	—	1	—	—	1	1
Buffonia . . .	—	—	—	1	1	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Queria	—	—	—	—	1	1	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Alsine	2	—	1	5	7	12	4	4	5	2	4	4	4	2	2	3
Honkeneja . .	1	1	1	1 ?	—	—	—	—	—	—	1	1	1	1	1	1
Lepyrodiclis . .	—	—	—	—	—	1	—	1	—	—	—	—	—	—	—	—
Merckia . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	1	1
Arenaria . . .	1	1	3	5	1	9	5	5	4	4	1	—	—	2	—	—
Moehringia . .	1	2	2	1	1	1	2	3	1	1	1	—	—	1	1	—
Krascheninnikowia	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	—	—
Holosteum . .	—	—	1	1	2	5	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Stellaria . . .	6	8	9	7	2	6	5	14	13	12	8	3	—	6	7	4
Cerastium . .	4	6	5	10	6	26	6	9	9	5	3	1	1	1	2	1
Malachium . .	—	1	1	1	1	1	1	1	—	—	—	—	—	—	—	—
	18	22	26	35	22	66	25	40	35	24	18	11	7	14	15	10

Tabula comparativa Alsinearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum.				
	In Imperio rossico provenientium.	In Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae communium.	In Imperio ross., nec in Germania provenient.	In Germania, nec in Imper. ross. provenient.
Sagina	5	5	2	3	3
Buffonia	1	1	1	—	—
Queria	1	—	—	1	—
Alsine	21	13	5	16	8
Honkeneja	1	1	—	—	—
Lepyrodiclis	2	—	—	2	—
Merckia	1	—	—	1	—
Arenaria	19	4	2	17	2
Moehringia	4	5	2	2	3
Krascheninnikowia	1	—	—	1	—
Holosteum	5	1	1	4	—
Stellaria	27	9	8	19	1
Cerastium	35	13	11	24	2
Malachium	1	2	1	—	1
	124	54	33	90	20

Alsinearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	⊙.	⚇.	♃.
Rossia arctica	2	—	16
Rossia septentrionalis	5	1	17
Rossia media	9	2	17
Rossia australis	17	4	17
Tauria	13	5	8
Provinciae caucasicae	32	4	36
Sibiria uralensis	3	1	21
Sibiria altaica	6	2	34
Sibiria baikalensis	4	—	32
Davuria	2	—	21
Sibiria orientalis	—	—	11
Terra Tschuktschorum	—	—	10
Sibiria arctica	—	—	7
Kamtschatka	1	—	13
Insulae oceani orientalis	1	—	14
America rossica	1	—	9

Tabula comparativa specierum e Alsinearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum																Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia arctica.	Rossia septentrionali.	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinc. caucas.	Sibiria ural.	Sibiria altaica.	Sibiria baikal.	Davuria.	Sibiria oriental.	Terra Tschuktschorum.	Sibiria arctica.	Kamtschatka.	Insul. oceani orient.	America rossica.	
Germaniae	12	18	21	22	14	26	13	14	13	8	5	3	2	4	5	5	54
Rossiae arcticae . . .	—	15	11	9	4	7	9	10	11	5	6	3	2	5	7	3	18
Rossiae septentrionali .	—	—	18	16	7	15	11	14	12	8	4	2	2	4	7	4	22
Rossiae mediae . . .	—	—	—	22	10	18	12	16	13	8	6	2	2	5	6	4	26
Rossiae australi . . .	—	—	—	—	16	27	13	16	12	8	3	2	2	4	4	3	35
Tauriae	—	—	—	—	—	20	8	7	4	3	1	1	1	2	2	1	22
Provinciis caucasicis .	—	—	—	—	—	—	15	16	13	10	3	2	1	4	3	4	66
Sibiriae uralensi . . .	—	—	—	—	—	—	—	18	17	10	4	2	2	5	4	3	25
Sibiriae altaicae . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	27	19	8	4	2	8	8	6	40
Sibiriae baikalensi . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	21	11	4	4	8	9	7	35
Davuriae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	8	3	2	7	4	4	24
Sibiriae orientali . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	6	4	8	9	7	18
Terrae Tschuktschorum	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	5	7	7	8	11
Sibiriae arcticae . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	4	5	5	7
Kamtschatkae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	8	7	14
Insulis oceani orientalis	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	8	15
Americae rossicae . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	10

Ordo. XIX. Elatineae. Cambessedes.

Calyx 3—4—5fidus v. partitus: laciniis aestivatione imbricatis. Petala tot quot calycis laciniae iisque alterna, hypogyna, aestivatione imbricata. Stamina hypogyna, saepissime duplo petalorum numero, iisdem per vices alterna et opposita, rarius, nec nisi in calyce trimero, simplici petalorum numero iisdemque alterna. Ovarium liberum, 3—4—5-loculare; valvulis marginibus plus minus introflexis cum columnae centralis placentiferae angulis magis minusve prominulis connatis. Styli loculorum numero. Stigmata capitata. Semina in loculis plurima, exalbuminosa. Embryo rectus vel curvatus: radicula ad hilum versa.

162. Elatine. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 390. — Koch. *Syn.* p. 125. — Meisn. *gen.* p. 131. — *Comment.* p. 95. — Endlicher. *gen.* p. 1036.

Calyx 3—4partitus. Petala 3 v. 4. Stamina 6—8, vel 3—4. Styli 3—4. Capsula 3—4locularis, polysperma. Semina plurima, cylindrica, recta vel plus minus incurva.

1. *E. Hydropiper* (L. Sp. 527 excl. syn. Vaill. et var. β) foliis oppositis lanceolatis v. ellipticis petiolo brevioribus, floribus sessilibus v. brevissime pedicellatis tetrapetalis octandris, petalis obovatis obtusis (supra roseis), seminibus circulariter curvatis.

E. Hydropiper. Dec. *Prodr. I*, p. 390. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 62. — Lepech. *It. III*, p. 134. — Falk. *Beitr. II*, p. 173. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 945 (excl. pl. lithuan.). — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 49. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 175. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 43. — Fleicher et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 147.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz.)] et media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Livonia (Fleisch. et Lindem.), Waldai (Falk), Wiätka (Lepech.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*)], desert. transural. non procul ab Iletzkaja Saschtschita (Lessing). ⊙.

2. *E. spathulata* (Gorski in Eichw. *Skizze* p. 173) foliis oppositis spathulatis erectis petiolatis, floribus brevissime pedicellatis tetrapetalis octandris subcernuis, petalis ovatis obtusiusculis calyce brevioribus (flavescentibus).

E. Hydropiper. Jundz. *Fl. lithuan.* p. 122! — Georgi l. c. (quoad pl. lithuan.)?
E. serpyllifolia. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 149? — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 292?
Hab. in Lithuania (Gorski ex Eichw., Gilib.?, Jundz.?). ⊙.

Planta pusilla submersa, caule repente, floribus minutissimis, calyce profunde 4partito: laciniis aequalibus linearibus obtusis in medio utrinque denticulo instructis, filamentis simplicibus corolla brevioribus, antheris rotundatis fere obcordatis. Gorski l. c.

3. *E. Alsinastrum* (L. Sp. 526) foliis floribusque in foliorum axillis sessilibus verticillatis.

E. Alsinastrum. Dec. *Prodr. I*, p. 390. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 122. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 49. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 29. — Eichwald. *Skizze.* p. 173.
E. verticillata. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 149. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 292.
Potamopitys. Buxb. *in Comment. Acad. petropol. I*, p. 243, t. 8, f. 2.
Hab. in Rossia septentrionali Fennia (Prytz.!)] et media [Lithuania (Gilibert, Jundz., Eichw.), Kursk (Höfft)]. ⊙?

Ordo. XX. Lineae. Dec.

Calyx 5phyllus vel 4partitus: foliolis laciniisve aestivatione imbricatis. Petala 5 v. 4, aestivatione contorta, cum staminum basi et interdum inter se subcoalita. Stamina fertilia petalis numero aequalia et alterna; sterilia totidem petalis opposita, dentiformia v. penitus deficientia: filamentis basi in annulum connata, rarius libera. Antherae longitudinaliter dehiscentes. Ovarium loculis sepalorum numero aequalibus, raro paucioribus. Styli totidem. Capsula 3—5 locularis: loculis apice bivalvibus, singulis dissepimento spurio incompleto bilocellatis: locellis monospermis. Semina exalbuminosa: endopleura carnosa, albumen mentiente. Embryo rectus. Radicula ad hilum versa.

163. Linum. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 243. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 428. — Koch. *Syn.* p. 126. — Meisn. *gen.* p. 57. — *Comment.* p. 41. — Endlicher. *gen.* p. 1171.

Calyx pentaphyllus: sepalis integris. Petala 5. Stamina 10; alterna sepalis opposita fertilia; alterna petalis opposita sterilia, dentiformia. Styli 5 (rarius 3). Capsula 5- (rarius 3-) locularis: loculis incomplete bilocellatis, dispermis, v. 10locularis: loculis 1spermis.

§. 1. Sepala margine glanduloso-ciliata.

† Petala flava.

1. *L. gallicum* (L. Sp. 401) sepalis lanceolatis glanduloso-ciliatis in apicem margine scabriusculum acuminato-attenuatis capsula sesqui vel duplo longioribus, paniculae ramulis glaberrimis, foliis oblongo-linearibus margine scabriusculis, pedunculis fructiferis calycem aequantibus vel superantibus.

4. *A. hyrcanum* (Fisch. et Meyer. *Ind. IV. sem. h. petropol.* p. 31) foliis suborbiculatis cordatis quinquelobis: lobis obovatis incisis dentatisque acutiusculis, corymbis subsessilibus (fructiferis) nutantibus, pedicellis glabris, fructibus glabris rotundatis, alis obovatis, erecto-conniventibus.

Hab. in montibus Talüsch (Fisch. et Meyer) ♄.

Species media inter A. campestre et A. monspessulanum; folia fere A. campestris: lobi obovati, basi integerrimi subcuneati vel marginibus rectis parallelis circumscripti, apice trilobi incisi v. pluridentati; samarae illis A. monspessulani similis, ventricosae, subovatae, rotundatae (non vel vix cristato-angulatae); alae apice latissimae, obovatae, conniventes et saepissime in fructu maturo sese invicem obtegentes. Differt ab A. campestri fructibus, ab A. monspessulano et A. iberico (varietate forsan A. monspessulani) foliis, ab A. Opalo foliorum forma, fructibus et alarum directione. F. et M. l. c.

5. *A. monspessulanum* (L. Sp. 1497) foliis palmato-trilobis: lobis obtusis integerrimis vel subrepandis, corymbis pendulis, sepalis petalisque obovatis glabris, staminibus florum masculorum corolla duplo longioribus, alis patulo-porrectis.

A. monspessulanum. Dec. *Prodr. I*, p. 594. — Spach. *Revis.* p. 14.

A. ibericum. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 447; *III*, p. 643. — Dec. *Prodr. I*, p. 594. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 249. —

C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 206. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 230. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 155.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (Schlegelmilch ex M. a Bieb., Steven *pl. exs.*), promontor. Caucas. orient. ad torrentem Samur alt. 200 hexap.! (C. A. Meyer), territor. Elisabethpol! (Steven, Hohenack.), provinc. Talüsch (Hohenack.)]. 5.

β. fructibus minoribus. — In provinc. Talüsch alt. 500—700 hexap.! (C. A. Meyer).

A. ibericum ab A. monspessulano non differt, nisi foliis subinde paullo minus profunde cordatis et fructuum alis superne nonnihil angustioribus, quae vero notae etiam inconstantes sunt.

6. *A. opulifolium* (Vill. *Fl. delphin. I*, p. 333) foliis palmato-quinquelobis subtus opacis glaucis, lobis obtuse crenato-dentatis, corymbis mox pendulis, staminibus florum masculorum corolla duplo longioribus, ovariis glabriusculis, alis patulis.

A. opulifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 594.

A. Opalus. Ait. *h. kew. III*, p. 436. — Dec. *Prodr. I*, p. 594. — Spach. *Revis.* p. 12. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 155. var?

Hab. in provinc. Talüsch tract. Suwant inque m. Idin inter Suwant et Drych, alt. 700—1000 hexap. (Hohenack.). 5.

7. *A. platanoides* (L. Sp. 1496) foliis palmato-quinquelobis: lobis sinuato-dentatis: dentibus sensim acuminatis, corymbis erectis, staminibus florum masculorum longitudine calycis, ovariis glabris, alis divaricatis.

A. platanoides. Dec. *Prodr. I*, p. 595. — Spach. *Revis.* p. 8. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 161. — Pall. *It. I*, p. 186; *II*, p. 14. — Fisch. *Livl.* p. 308. — Pall. *Fl. ross. I*, p. 8. — Güldenst. *It. I*, p. 113. 196. 423. 425. 429; *II*, p. 24. 129. 133. 155. 187. 192. 199 203. 208. 219. 225. 230. 232. 235. 262. 281. 287. 290. 296. 298. 301. 321. 326. 330. 343. 439. 455. 468. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 264. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1369. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II.* p. 446. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 115. — Mart. *Fl. mosq.* p. 69. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 35. — Besser. *Enum.* p. 16. Nr. 467. — Lucé. *Fl. osil.* p. 350. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 28. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 206. — Eichw. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 5. 21. — Lessing *in Linnaea. IX*, p. 156. 157. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 40. — Wirzén. *Fenn.* p. 82. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 137. — Wirzén. *Casan.* Nr. 108.

A. Pseudoplatanus. Falk. *Beitr. II*, p. 270.

Hab. in Rossia media [Fennia austr. (Prytz.. Wirzén), a Newa ad Wolgam et Kamam usque (Falk), Petropoli (Gorter, Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fischer, Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Waldai (Güldenst., Stephan, Mart.), Orel (Güldenst.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Simbirsk et Orenburg (Pall.), Slatoust (Nesterofski)] et austr. [Kiew (Güldenst., Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania, Cherson et Jekaterinoslaw, ad Tanain (Güldenst.)], in Tauria (Pall.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek inque m. Beschtau (Güldenst.), in Caucaso (M. a Bieb., Koch *in litt.*), pr. Derbend inque Iberia et Mingrelia (Eichw.), Imeretia et Armenia (Güldenst.) inque mont. Talüsch (C. A. Meyer)] nec non in mont. uralensibus (Falk, Lessing), pr. Jekaterinenburg (Uspenski). 5.

8. *A. Lobelii* (Tenore *Fl. neapol. Prodr. suppl.* 3. — Ej. *Syst. Fl. neapol.* p. 193) foliis septemnerviis, palmato- 3—5—7lobis; lobis longe acuminatis integerrimis subundulatis, corymbis erectis, staminibus flore subbrevioribus (ex Bertoloni), fructibus glaberrimis, alis divaricatis.

A. Lobelii. SPACH. *Revis.* p. 9. — BERTOLONI. *Fl. ital. IV*, p. 354.
A. laetum. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 206. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 156.
Hab. in provinc. caucasicis [Kachetia! (EICHW.), provinc. Kuby! alt. 300—400 hexap. (C. A. MEYER) et Talüsch pr. Lenkoran! et Astara (HOHENACK.), ad alt. 350—700 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.), in reg. occident.! (NORDM.)]. 5.

Accrinearum distributio in Imperio rossico.

Genus.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.
Acer	4	4	2	8	1

Tabula comparativa Acerinearum Florae rossicae et germanicae.

Genus.	Numerus specierum				
	in Imperio rossico provenient.	in Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae commun.	in Imperio rossico, nec in Germania provenient.	in Germania, nec in Imperio rossico provenient.
Acer	8	5	5	3	—

Tabula comparativa specierum ex Acerinearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum					Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinciis caucasicis.	Sibiria ural.	
Germaniae	3	3	2	5	1	5
Rossiae mediae	—	4	2	4	1	4
Rossiae australi	—	—	2	4	1	4
Tauriae	—	—	—	2	1	2
Provinciis caucasicis . . .	—	—	—	—	1	8
Sibiriae uralensi	—	—	—	—	—	1

Ordo. XXV. Hippocastaneae. Dec.

Calyx campanulatus v. tubulosus, 5fidus v. 5-dentatus: laciniis v. dentibus plus minus inaequalibus, aestivatione imbricatis. Petala 5, v. antici abortu 4, inaequalia, sub disco hypogyno inserta. Stamina 7, rarius 6 v. 8, disco hypogyno inserta, libera, inaequalia. Ovarium 3-loculare: loculis biovulatis: ovulo superiore pendulo; inferiore adscendente. Capsula aptera, loculicide 3—2-valvis, 1—4sperma. Semina exarillata, hilo lato basilari, exalbuminosa. Embryo curvatus: cotyledones connatae, rima basilari, e qua sub germinatione plumula prodit.

178. Aesculus. L.

Koch *Syn.* p. 136. — Endlicher *gen.* p. 1075.

Calyx campanulatus v. tubulosus, 5fidus v. 5dentatus. Petala 5 v. 4, unguiculata: unguibus erectis; laminis patentibus. Stamina adscendentia. Capsula coriacea, 3—1, abortu 2—1-locularis.

1. *A. Hippocastanum* (L. Sp. 488) capsulis echinatis vel inermibus, floribus 5petalis 7andris, foliolis 7 obovato-cuneatis acuminatis serrato-crenatis.

A. Hippocastanum. Dec. *Prodr. I*, p. 597. — Eichwald. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 21.

A. Castanea. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 197. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 326.

Hab. in Esthonia, Livonia, Lithuania (Gilib., Eichw.), Volhynia (Eichw.) et alibi cult.; — in Imeretia (Eichw. — an spontanea ?). 5.

Ordo. XXVI. Ampelideae. Humb. Boupl. et Kunth.

Calyx parvus, 4—5dentatus v. interdum integerrimus, intus toro disciformi v. urceolato vestitus. Petala 4 v. 5, disci margini extus inserta, dentibus calycis alterna, libera v. interdum basi inter se cohaerentia. Stamina tot quot petala, ante petala disco inserta. Ovarium liberum, nunc biloculare: loculis biovulatis, nunc 3-6loculare: loculis uniovulatis: ovulis erectis. Stylus 1. Stigma capitatum. Bacca 2—6-locularis. Semina albuminosa. Embryo in basi albuminis orthotropus. Radicula ad hilum versa.

179. Vitis. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 633. — Koch. *Syn.* p. 137. — Meisn. *gen.* p. 51. — *Comment.* p. 36. — Endlicher. *gen.* p. 797.

Calyx obsolete 5dentatus. Petala 5, apice cohaerentia et instar calyptrae basi secedentia. Stamina 5. Ovarium biloculare, 4ovulatum. Bacca.

1. *V. vinifera* (L. Sp. 293) foliis cordato-suborbiculatis 5lobis grosse dentatis.

V. vinifera. Dec. *Prodr. I*, p. 633. — S. G. Gmel. *It. III*, p. 31; *IV*, p. 26. 107. — Falk. *Beitr. II*, p. 135. — Pall. *Fl. ross. II*, p. 40. — Güldenst. *It. I*, p. 190. 254. 420. 428; *II*, p. 4. 18. 27. 28. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p 174; *III*, p. 169. — Besser. *Enum.* p. 43. Nr. 1357. — C. a Meyer. *Ind. cauc.* p. 133. — Eichw. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 20, 21. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 98.

Hab. in Rossia australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw. — an spont.?), gub. Cherson pr. Spaskoi! (an spont.?), in Tauria! (Pallas, M. a Bieb.), per omn. provinc. caucas. (Falk, M. a Bieb., Koch *in litt.*), [ad fl. Terek (S. G. Gmel., Güldenst.), promont. caucas. et m. Beschtau alt. 150—250 hexap. (C. A. Meyer), pr. Derbend et alibi ad litt. occid. m. casp. (S. G. Gmel.), praesertim. in provinc. Lenkoran vix ultra 300 hexap. adscendens (C. A. Meyer), in Kabarda, Somchetia! et Armenia (Güldenst.), Mingrelia (Eichw., Nordmann *pl. exs*), territ. Elisabethpol (Eichw., Hohenack.), provincia Karabagh et Talüsch! (Hohenack.)]. ♄.

Ordo. ***XXVII.*** **Geraniaceae. Dec.**

Calyx persistens, 5phyllus v. foliolis basi connatis 5partitus: foliolis aequalibus v. postico basi in calcar, longitudinaliter cum pedunculo connatum producto inaequalibus, per aestivationem imbricatis. Petala ad basin gynophori, imo margine in laminam expansi, centro in columnam longe producti inserta, sepalis alterna, 5 v. rarius antico abortivo 4 v. rarissime nulla, aequalia v. inaequalia, convolutiva. Stamina cum petalis inserta, basi plerumque monadelpha, rarissime libera, numero petalorum dupla v. rarissime (in Monsonia) tripla, saepius nonnulla sterilia. Ovaria 5, circa gynophori columnaeformis basin dilatatam verticillata, unilocularia, inter ejusdem angulos sutura ventrali adnata, inter se distincta. Ovula 2, suturae ventrali inserta. Styli carpellares columna longiores, basi inter se distincti, columnae adglutinati, supra columnam inter se conferruminati, summo apice breviter distincti, intus longitudinaliter stigmatosi. Capsulae 5, maturitate cum stylis elastice a columna solutae, stylis plerumque spiraliter tortis caudatae, uniloculares, abortu monospermae. Albumen nullum. Embryo curvato-conduplicatus: cotyledonibus flexuoso-convolutis.

180. Geranium. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 639. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 227. — Koch *Syn.* p. 137. — Meisn. *gen.* p. 57. — *Comment.* p. 41. — Endlicher *gen.* p. 1167.

Calyx 5sepalus, calcare nectarifero destitutus. Corolla 5petala, regularis. Stamina 10, basi breviter monadelpha, omnia fertilia (excepto G. pusillo). Glandulae 5 nectariferae ad basin staminum alternorum. Capsulae 5, stylis a basi ad apicem elastice a gynophoro solutis, revolutis, intus glabris v. rarius villosis sive puberulis caudatae.

§. 1. Perennia, pedunculis (plerumque) unifloris.

1. *G. sibiricum* (L. Sp. 957) caule erecto vel adscendente, ramis divaricatis, foliis ambitu suborbiculatis 5partitis: laciniis oblongis inciso-dentatis, pedicellis defloratis deflexis, petalis obovatis retusis calyce aristato paullo longioribus, capsulis laevibus pilosiusculis dorso basique intus setosis.

G. sibiricum. Dec. *Prodr. I*, p. 639. — Pall. *It. III*, p. 246. 318. — Georgi. *It. I*, p. 225. — Falk. *Beitr. II*, p. 220. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 468. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 133; *III*, p. 454. — Mart. *Fl. mosq.* p. 119. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 50. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 227. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 261. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 276. — Wirzén. *Casan.* Nr. 109.

G. pedunculis plerumque unifloris, foliis 5partitis acutis, foliolis pinnatifidis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 274. Nr. 2. t. 57 (in textu omissa).

Hab. in Rossia media [pr. Mosquam (Stephan, Mart.), Kasan (Wirzén)] et australi [ad Wolgam inferiorem (Falk, Claus)], in provinciis caucasicis [ad fl. Terek! (Steven, Parrot *pl. exs.*), in Iberia occident. (M. a Bieb.)], in Sibiria [a fl. Jaik ad Jeniseam usque (J. G. Gmel.), Altai! (Fl. alt.), ad Jeniseam! (Turcz. *in litt.*, Lessing *in herb. reg. berol.*), Baikal! (Georgi, Turcz.) et Davuria! (Pall., Turcz.). ♃.

Caulis plus minus pilosus: pilis plerumque reflexo-prostratis, ramis patentibus. Petioli in planta erecta undique pilis patulis subdeflexis

oblecti, in planta adscendente supra patentim caeterum adpresse pilosi. Pedunculi nunc patulo-pilosi nunc glabriusculi, longitudine varii, plerumque 1- subinde biflori, plerumque medio vel parum infra medium, subinde ipsa basi bibracteati.

2. *G. sanguineum* (L. Sp. 958) caule diffuso petiolis pedunculis calycibusque pilosis: pilis horizontaliter patentibus, foliis suborbiculatis reniformibusve subseptempartitis: laciniis trifidis, lacinulis integris v. bi-trifidisve, pedunculis subunifloris defloratis subdeclinatis, petalis obovatis emarginatis calyce longe aristato duplo longioribus, capsulis laevibus tenuissime pubescentibus apice basique subsetosis.

G. sanguineum. Dec. *Prodr. I*, p. 639. — Pall. *It. III*, p. 687. — Fisch. *Livl.* p. 267. — Güld. *It. I*, p. 194; *II*, p. 127. 144. 155. 163. 168. 177. 197. 204. 207. 249. 339. 340. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 467. — Pall. *Ind Taur.* — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 258. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 134. 463. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 205. — Mart. *Fl. mosq.* p. 119. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 36. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 868. — Luce. *Fl. osil.* p. 237. Höfft. *Cat. Kursk.* p. 45. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 208. — Eichwald. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 23. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 261. — Weinmann. *Tambow.* Nr. 98. — Wirzén. *Fenn.* p. 61. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 242. — Wirzén. *Casan.* Nr. 110.

G. grandiflorum. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 174. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 309.

G. batrachioides minus. Erndt. *Virid. warsaw* p. 52.

G. pedunculis simplicibus unifloris. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 274. Nr. 1.

Hab. in Rossia media [Fennia austral. (Prytz., Wirzén), ins. Osilia! (Luce), Livonia! (Fisch., Fleischer et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichwald), Mosqua (Stephan, Mart.), Orel (Böber), Kursk (Höfft.), Tambow (Pall., Weinm.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Simbirsk (Blaus)] et australi [Kiew (Güldenst., Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser), Ucrania, Cherson! et Jekaterinoslaw (Güldenst.), ad Tanain (Gerber ex J. G. Gmel.)] in Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), in promont. caucas. inque m. Beschtau alt. 50—500 hexap. (C. A. Meyer), Caucaso (M. a Bieb.), Ossetia (Koch *in litt.*), Iberia et Mingrelia (Eichw.), provinc. Elisabethpol (Hohenack.) inque Armenia (Koch *in litt.*)]. ♃.

§. 2. *Perennia, pedunculis bifloris.*

3. *G. tuberosum* (L. Sp. 953) radice subglobosa, caule a basi ad bifurcaturam aphyllo pubescente vel hirsuto, foliis ambitu suborbiculatis palmatim multipartitis: laciniis radicalium 3-pinnati-fidisve; superiorum pinnatifidis vel incisis integerrimisve, pedunculis defloratis erectis, petalis obovatis profunde emarginatis calyce breviter aristato duplo longioribus, capsulis laevibus pilosis.

G. tuberosum. Dec. *Prodr. I*, p. 640. — Pall. *It. III*, p. 653. — Falk. *Beitr. II*, p. 220. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 135; *III*, p. 454. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 228. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 261. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 189.

G. radicatum. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 134; *III*, p. 454. — Eichw. *casp. cauc.* p. 23. 27. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 246.

G. linearilobum. Dec *Prodr. I*, p. 640. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 157.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain! (Henning) et Wolgam inferiorem! (M. a Bieb.), pr. Zaritzyn (Pall., Falk), ad lacum Indericnsem! (Claus)], in Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb.), Somchetia! et Kachetia (Eichw., Koch *in litt.*), Mingrelia (Eichw.), provinc.

Elisabethpol et Talüsch (HOHENACK.)], ad litt. orient. m. casp.! (KARELIN) inque deserto soongoro-kirghisico! (FL. ALT., KARELIN et KIRIL.) et m. Tarbagatai (KAREL. et KIRIL.). ♃.

G. tuberosum (foliorum lobis pinnatim inciso-serratis) cum G. linearilobo (foliorum lobis subdivisis integerrimis) in unam speciem conjunxi, quum foliorum divisio maxime variabilis notam characteristicam nullam praebet. Dantur sine dubio specimina, quae specie differre videntur, intermediis autem, quae transitum faciunt, inter se connexa. Quoad superficiem duae observantur formae: altera pubescens, cum planta europaea conveniens in occidentaliori (ad Wolgam, in Tauria atque provinciis caucasicis), obvia; altera hirsuta, quae in regionibus magis orientalibus (litt. orient. m. casp., desert. soongoro-kirghisico inque desertis latissimis Asiae mediae, ubi a clar. EVERSMANN in itinere versus Bucharam lecta est) occurrit.

4. *G. gymnocaulon* (DEC. *Prodr. I*, p. 640) radice . . . ., caule a basi ad bifurcaturam aphyllo glabro, foliis radicalibus . . . . .; superioribus 3partitis: lobis pinnato-incisis, pedunculis . . . ., petalis integris, capsulis . . . . .

Hab. in Iberia (STEVEN ex DEC.). ♃. — Mihi ignotum.

5. *G. amethystimum* (LEDEB. *in Bullet. de l'Acad. de St. Petersb. II*, p. 314) radice sublignosa, caule erecto v. adscendente puberulo a basi ad bifurcaturam aphyllo, stipulis liberis, foliis ambitu suborbiculatis 5partitis: laciniis pinnatifidis: lacinulis incisis integrisve, pedunculis pubescenti-villosiusculis, petalis emarginatis calyce longe albopiloso longe aristato subduplo longioribus, filamentis versus basin pilosis, capsulis . . . . . .

Hab. in provinciis caucasicis [regione subalpina Adsharae! (NORDMANN)]. ♃.

Radix crassa, sublignosa, fibris validis aucta, extus obtecta stipulis petiolisque annorum praeteritorum persistentibus, fasciculo foliorum terminatur, ad cujus latus caules emittit solitarium aut plures, floriferos, 7—10pollicares, plerumque adscendentes, ad bifurcaturam usque aphyllos, basi tenuissime; superne evidentius puberulos, apice dichotomos, ad ramificationes foliis ornatos. Folia utrinque, subtus tamen magis, praesertim ad venas pubescenti-pilosa; radicalia longissime petiolata: petiolo puberulo, supra canaliculato, profunde 5partita: laciniis pinnatifidis: lacinulis alternis, sursum decrescentibus; inferioribus plerumque inciso-serratis; superioribus integerrimis. Folia, quae ad dichotomiam primariam posita sunt, radicalibus simillima, sed brevius petiolata; superiora tripartita. Stipulae ad basin foliorum radicalium membranaceae, ovatae, longe acuminatae, glaberrimae, fuscae: carina prominente; caulinae lanceolatae, margine et carina ciliatae vel rarius undique pilosae. Pedunculi dichotomi, albido-pubescenti-villosiusculi. Sepala longe aristata, 3—5nervia, pilis longis albis praesertim ad marginem et nervos obsita. Petala violacea, sepalis absque arista subduplo longiora, emarginata. Filamenta extus versus basin pilis longis albis rigidiusculis barbata.

A. G. tuberoso dignoscitur, praeter alias notas, radice non tuberosa et foliis radicalibus minus dissectis. Pro G. gymnocaulo haberem, nisi caulis superficies, folia ad bifurcaturam primariam 5partita et petala

emarginata obstarent. G. ibericum differt statura multo majori, caulis superficie, floribus duplo fere majoribus pallidioribus, inflorescentia minus conferta aliisque notis.

6. *G. ibericum* (Cav. *Dissert. IV*, p. 209, t. 124, f. 1) molliter patentim longe pilosum, caule erecto ad ramificationem usque aphyllo, stipulis liberis, foliis cordato-orbiculatis 5—7partitis: laciniis subrhombeis 3fidis: lacinulis inciso-serratis acutis, pedunculis calycibusque longe pilosis eglandulosis, petalis 2—3-lobis calyce aristato plus duplo longioribus, filamentis ipsa basi barbatis, capsulis laevibus longe pilosis.

G. ibericum. Dec. *Prodr. I*, p. 460. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 135; *III*, p. 454 (excl. var. *β*). — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 208. — Eichw. *casp. cauc.* p. 29.

G. grandiflorum. Güldenst. *It. I*, p. 426 (ex M. a Bieb.).

Hab. in provinciis caucasicis [subalpinis ad fl. Terek, alt. 600—1200 hexap. (C. A. Meyer), Caucaso iberico alpino! (M. a Bieb.), Somchetia! (Eichwald), Imeretia (Güldenstädt) inque mont. Talüsch, alt 900—1100 hexap. (C. A. Meyer)]. ♃.

7. *G. platypetalum* (Fisch. et Meyer in Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 246) molliter patentim longe pilosum, caule erecto angulato ad ramificationem usque aphyllo, stipulis liberis, foliis cordato-orbiculatis 5—7fidis: laciniis obovatis obtusis subtrifidis: lacinulis mucronato-serratis, pedunculis calycibusque longe glanduloso-pilosis, petalis 2—3-lobis calyce longe aristato duplo longioribus, filamentis versus basin pilosis, capsulis laevibus longe pilosis.

G. platypetalum. Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 28. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 157.

G. ibericum *β*. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 135.

Hab. in Caucaso iberico alpino rarius (M. a Bieb.), provincia Elisabethpol! et Talüsch, alt. 300—700 hexap. (Hohenack.). ♃.

Petala in planta culta subintegerrima.

8. *G. nodosum* (L. Sp. 953) caule erecto angulato piloso, infra ramificationem foliifero, foliis inferioribus 5-; superioribus 3-fidis: laciniis ovatis acuminatis serratis, pedunculis defloratis erectis calycibusque pilosis, petalis obcordatis calyce longe aristato plus duplo longioribus, filamentis basin versus ciliatis, capsulis laevibus longe pilosis.

G. nodosum. Dec. *Prodr. I*, p. 640. — Eichw. *casp. cauc.* p. 23.

G. gracile. Ledeb. *in Bullet. de l'Acad. de St. Petersb. II*, p. 314.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia et Mingrelia! (Eichw.), in regione subalpina Guriae et Adsharae! (Nordmann *pl. exs.*), Radscha et Imeretia (Koch *in litt.*). ♃.

Plantam hanc, quam olim, ob defectum speciminum ad comparandum, sola descriptione nonnihil discrepante fisus, pro nova specie habui, jam a G. nodoso non separandam censeo, licet magnitudine, superficie etc. cum speciminibus occidentalibus non omnino convenit. — En descriptionem plantae caucasicae:

Caulis $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ ped. altus, simplex, (in sicco) angulatus, aequalis nec ad nodos tumidus, undique pilosus: pilis in caulis parte inferiori deflexis; in superiore patentibus. Folia omnia opposita, petiolata: petiolo altero semper plus minus longiore, in pagina superiore pilis longis prostratis obsita, subtus ob pilos praesertim ad venas crebriores albidos

subincana; inferiora longius petiolata, ultra medium 5fida: laciniis lato-oblongis, subrhombeis, subacuminatis, inaequaliter inciso-serratis; tribus superioribus majoribus, usque ad petioli insertionem 2—2½ poll. longis, 1—1½ poll. latis; duabus inferioribus minoribus; superiora 3fida; suprema brevissime petiolata. Stipulae ovato-lanceolatae, membranaceae, longissime acuminatae. Pedunculi laterales elongati, pilosi, biflori. Flores pedicellati: pedicello altero longiore. Bracteae stipulis simillimae. Sepala ovato-oblonga, longe aristata; 3 exteriora 5—7nervia, undique pilis longis albis patentibus obsita; 2 interiora 3nervia, margine et carina ciliata. Petala sepalis plus duplo longiora, cuneata, profunde emarginata. Filamenta basin versus margine ciliata.

9. *G. Vlassovianum* (Fisch. *miss.*) caule erecto piloso, foliis ambitu reniformi-orbiculatis; inferioribus 5-, supremis 3-partitis: laciniis lato-oblongis subrhombeis acutis subtrifidis v. inciso-serratis, stipulis 2 oppositis in unam apice bifidam connatis, pedunculis pilosis, petalis obovatis integris calyce aristato puberulo duplo longioribus, filamentis versus basin capsulisque pilosis.

G. Vlassovianum. Dec. *Prodr. I*, p. 641. — Link. *Enum. h. berol. II*, p. 197. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 277.

Hab. in Sibiria baikalensi! (Turcz., Kruhse *pl. exs.*) et Davuria! (Turcz., Fischer *pl. exs.*). ♃.

10. *G. phaeum* (L. Sp. 953) caule erecto piloso, foliis palmato-7fidis: laciniis subrhombeis subtrifidis inciso-serratis; superioribus alternis, corolla plana subreflexa: petalis suborbiculato-obovatis inaequaliter crenatis breviter unguiculatis basi barbatis calyce breviter mucronato longe piloso paullo longioribus, filamentis ad medium usque longe pilosis, capsulis antice transverse plicatis pilosis.

G. phaeum. Dec. *Prodr. I*, p. 641. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 855. — Eichwald. *Skizze.* p. 170. — Lucé. *Fl. osil.* p. 235?

Hab. in Rossia media [ins. Osilia? (Lucé), Volhynia (Besser, Eichw.)] et australi [Podolia (Besser)]. ♃.

β. floribus pallidis. Besser l. c.

11. *G. maculatum* (L. Sp. 955) caule erecto subangulato dichotomo retrorsum piloso, foliis palmato- 3—5-partitis: laciniis acutis inferne cuneatis superne 3fidis inciso-serratis; radicalibus longe petiolatis; superioribus oppositis, petalis obovato-cuneatis integris calyce aristato longe piloso sesquilongioribus basi dense ciliato-barbatis, filamentis breviter ciliatis, capsulis pilosis eglandulosis.

G. maculatum. Dec. *Prodr. I*, p. 624. — Georgi. *It. I*, p. 225. — Lam. *Encycl. méth. II*, p. 660. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1150. — Reichenb. *Icon. crit. III.* p. 74, f. 460.

Hab. in Sibiria (Lamark) uralensi et baikalensi (Georgi) et Davuria (Reichenbach, qui semina in Davuria collecta a clar. Fischer accepisse refert.). ♃. — Specimina rossica nondum vidi.

12. *G. albiflorum* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 230. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 18) caule erecto angulato dichotomo inferne glabro v. adpresse pilosiusculo superne piloso-glanduloso, foliis radicalibus longe petiolatis, inferioribus 7—5-; supremis oppositis sessilibus 3-partitis: laciniis subrhombeis inciso-pinnatifidis; superiorum acuminatis, petalis obovatis

subemarginatis basi intus pilosis calyce aristato longioribus, filamentis basi ciliatis, capsulis pilosis eglandulosis.

G. albiflorum. HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 116. t. 40. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 282. — TORREY et GRAY. *Fl. of N. Amer. I*, p. 206. 678. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 194.

G. Richardsonii. FISCH. et TRAUTV. *Ind. IV. sem. h. petropol.* (1837) p. 37.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.), in m. Tarbagatai ad torrentem Tschebarak-Assu (KAREL. et KIRIL.), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*) et baikalensi! (TURCZ.). ♃.

Multum variat quoad totius plantae et florum magnitudinem. Pedunculi et calyces nunc dense glanduloso-pilosi, nunc pilis maxima ex parte simplicibus, paucis glanduliferis intermixtis obtecti. Petala integra v. emarginata.

13. *G. eriostemon* (FISCH. in DEC. *Prodr. I*, p. 641) caule erecto tereti longe patenti-piloso, foliis ultra medium 5partitis: laciniis subrhombeis acutis inciso-serratis; summis sessilibus oppositis, pedunculis calycibusque glanduloso-pilosis, petalis patulis subrhombeis v. lato-ellipticis integerrimis versus basin ciliato-barbatis calyce aristato subsesquilongioribus, filamentis basi longissime pilosis, capsulis glanduloso-pilosis.

G. eriostemon. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 278.

G. phaeum. SIEVERS *n. nord. Beitr. VII*, p. 229. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1152.

Hab. in Sibiria altaica [pr Krasnojarsk! (TURCZ. *in litt.*)], baikalensi! (TURCZANINNIKOW, KRUHSE *pl. exs.*) et Davuria! (TURCZ., FISCH. *pl. exs.*), in mont. jugo Jablonnoi-Chrebet (SIEVERS). ♃.

14. *G. erianthum* (DEC. *Prodr. I*, p. 641) caule erecto subdichotomo pilis brevibus reflexo-adpressis pubescente, foliis profunde 5—7-partitis; inferioribus ambitu suborbiculatis; summis sessilibus oppositis 3partitis: laciniis subrhombeis acuminatis 3—v. pinnatifidis inciso-serratis, pedunculis villosis, pedicellis calycibusque longe denseque pilosis, petalis obovato-cuneatis integerrimis versus basin dense ciliatis calyce aristato duplo fere longioribus, filamentis basi parce capsulisque densius longe pilosis.

G. erianthum. HOOK. et ARN. in BEECHEY's *Voyage.* p. 113. — BONGARD *de Veget. ins. Sitcha.* p. 129.

G. sylvaticum. CHAMISS. *in Linnaea VI*, p. 544. — ERMAN. *Verz.* Nr. 129.

Hab. in Sibiria orientali pr. Ochotzk! (KRUHSE *pl. exs.*, ERMAN *in herb. reg. berol.*) in Kamtschatka! (CHAMISS. et ESCHSCHOLTZ, BEECHEY ex HOOK. et ARN., BONGARD, ERMAN), insulis Korjäginsk! et Unalaschka! (MERTENS, BONGARD), Sitcha (BONGARD) inque America boreali occidentali! (MERT.). ♃.

Ab antecedente differt: superficie caulis pedicellorum et calycis, foliis profundius partitis: laciniis acutioribus profundius incisis, florum magnitudine, petalorum forma aliisque notis. Pili, quibus calyx obtegitur, in hac specie vix glandulosi. — Planta ochotensis praeter staturam minorem non differre videtur.

15. *G. sylvaticum* (L. SP. 954) caule erecto apice cum pedunculis calycibusque glanduloso-, caeterum cum petiolis reflexo-piloso, foliis

radicalibus palmatim 7-; summis 3-partitis integrisve: laciniis rhombeis 3- v. pinnatifidis inciso-serratis, pedicellis defloratis erectis, petalis obovatis crenatis v. retusis basi villosis calyce aristato duplolongioribus, filamentis ultra medium pilosis, capsulis glanduloso-pilosis.

G. sylvaticum. DEC. *Prodr. I*, p. 641. — GEORGI. *It. I*, p. 225. — FISCH. *Livl.* p. 268. — LEPECHIN *It. III*, p. 42. — FALK. *Beitr. II*, p. 220. — GÜLD. *It. II*, p. 155. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 461. — CLARK. *It. II*, p. 213. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 136; *III*, p. 455. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 205. — WAHLENB. *Fl. lapp.* p. 183. — MART. *Fl. mosq.* p. 119. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 36. — BESSER. *Enum.* p. 28. Nr. 856. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 235. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 45. — FELLM. *Ind. Kola.* Nr. 280. — EICHWALD. *Skizze.* p. 170. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — FELLM. *Ind. Lappon.* Nr. 261. — WEINM. *Tambow.* Nr. 99. — Ej. *Fl. petropol.* p. 69. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 158. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 241. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 111.

G. purpureo-caeruleum. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 175. — Ej. *Exerc phytol. I*, p. 310.

Hab. in Rossia arctica [Lapponia (WAHLENB., FELLM.), territor. Kola (FELLM.)], septentrionali [terrae Samojedarum reg. sylvat. (SCHRENK *in litt.*), Fennia (PRYTZ.)], media [Petropoli (WEINM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCHER, FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Mohilew!, Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Woronesch (CLARK.), Tambow (WEINM.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN), a Kama fl. orientem versus (FALK), gub. Orenburg pr. Slatoust (NESTEROSKI)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania (GÜLDENST.)], Caucaso iberico (M. a BIEB.), provinc. Elisabethpol et Talüsch (HOHENACK.) inque Sibiria [uralensi pr. Turinsk (LEPECH.), baikalensi (GEORGI) et orientali pr. Ochotzk (ERMAN). ♃.

Albiflorum. — In Lapponia kemensi (SCHRENK *in litt.*).

Ab antecedente specie primo adspectu inflorescentia minus conferta, floribus majoribus et filamentis pilis brevioribus et densioribus dignoscitur.

16. *G. psilostemon:* caule erecto dichotomo adpresse piloso, foliis ambitu suborbiculatis; inferioribus 7-; supremis 3-partitis: laciniis pinnatifidis inciso-serratis acuminatis, pedicellis defloratis erectis (?), petalis lato-obovatis integris basi ciliato-barbatis calyce longe aristato duplo longioribus pedicellis brevioribus, filamentis subglabris, capsulis pubescentibus ad carinam pilosis: pilis longis glanduliferis seriatim positis.

Hab. in provinciis caucasicis occidentalibus! (NORDMANN). ♃.

Planta speciosa. Caulis (parte inferiore deficiente) 3pedalis, a medio dichotomus, pilis brevibus reversus adpressis obsitus, ad nodos ob pilos confertiores subincanus. Folia inferiora longe; superiora sensim brevius petiolata; suprema sessilia; omnia ultra medium 7—5 – 3partita: laciniis pinnatifidis: lacinulis inciso-serratis integrisve acuminatis, apice cartilagineo fusco, supra parce, subtus densius, ad nervos venasque densissime pilosa: pilis subadpressis. Petioli eodem modo pilosi, versus apicem subincani. Pedunculi e dichotomia caulis inque ramulorum apice terminalis; inferiores longissimi, 4—6pollicares, superficie petiolorum; superiores sensim breviores 2—3poll., pilis patulis glandulosis obtecti. Pedicelli aeque glanduloso-pilosi, 1—1¼ poll. longi; altero parum breviore. Bracteae lanceolato-lineares, pedicellis multoties breviores. Calyx longe aristatus: aristis sepalorum dimidium aequantibus. Sepala exteriora ex toto pilis glanduliferis obtecta; interiora ad nervos glanduloso-pilosa, caeterum puberula. Corolla maxima, diametro 1¾ poll.

Petala lato-obovata subinde fere orbiculata, in unguem parvum attenuata, violacea, striis saturationibus picta. Stamina petalis plus duplo breviora: filamentis versus basin parum dilatatis, ipsa basi iterum subangustatis, atroviolaceis, excepta basi pallidiore, plerumque glaberrimis, rarius pilo uno alterove in margine obvio. Capsulae pubescentes, ad carinam serie pilorum longiorum glanduliferorum obsitae.

G. aconitifolium l'Her. differt, praeter magnitudinem multo minorem, floribus dimidio minoribus quam in G. pratensi, petalis albis calyce ⅓ nec duplo longioribus, pilis calycis et pedicellorum simplicibus nec glanduliferis. etc.

An G. grandiflorum. Güldenst. *It. I*, p. 426, huic potius subjungendum?

17. *G. pratense* (L. Sp. 954) caule erecto patenter, superne glanduloso-piloso, foliis ambitu suborbiculatis; inferioribus profunde 7partitis: laciniis pinnatifidis inciso-serratis acuminatis, pedicellis bracteas superantibus; defloratis cum calyce nutante refractis, calyce fructifero ovato ventricoso, petalis obovatis integris calyce longe aristato duplo longioribus basi supra unguem ciliatis, filamentis basi latissimis breviter ciliatis, antheris deciduis, capsulis glanduloso-pilosis.

G. pratense. Dec. *Prodr. I*, p. 641. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 110. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 8. — Georgi. *It. I*, p. 225. — Fisch. *Livl.* p. 267. — Falk. *Beitr. II*, p. 220. — Güldenst. *It. I*, p. 112. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 463. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 136. 463; *III*, p 455. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 205. — Mart. *Fl. mosq.* p. 119. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 857. — Lucé. *Fl. osil.* p. 236. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 45. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 229. — Eichw. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 29. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 163. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 261. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 69. — Turcz. *Cat. Baikal.* p. 279. — Fleisch. et Lindem. *Fl. der Ostseeprov.* p. 241. — Wirzén. *Casan.* Nr. 112. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 191.

G. caeruleum. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 174. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 309.

G. batrachioides majus. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 52.

G. pedunculis bifloris, foliis subpeltatis multipartitis pinnato-laciniatis rugosis, acutis, petalis integris. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 274. Nr. 4.

Hab. in Rossia media [a Newa ad Ural (Falk), Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichwald), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Waldai (S. G. Gmelin), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Orenburg pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [pr. Kiew (Trautvetter *in litt.*), [Podolia (Besser, Eichw.), ad Tanain (Güldenst.), in des. caspio (Claus)], in provinciis caucasicis [Iberia (M. a Bieb.), Somchetia (Eichw.)] inque omni Sibiria (S. G. Gmel.) [uralensi (Lessing), altaica! (Fl. alt.), inter Semipalatinsk et Ustkamenogorsk (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi (Georgi, Turcz., Kruhse *pl. exs.*)], Davuria (Turcz.) et Kamtschatka? (J. G. Gmel.). ♃.

18. *G. affine* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 229. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 371) caule erecto incano-pubescente superne glanduloso-piloso, foliis ambitu suborbiculatis; inferioribus profunde 7partitis: laciniis pinnatifidis inciso-serratis acuminatis, pedicellis defloratis cum calyce nutante refractis; altero bracteas subaequante; altero illis breviore, calyce fructifero cylindraceo, petalis obovatis integris calyce longe aristato sesquilongioribus basi supra unguem ciliatis, filamentis basi latissimis brevissime ciliatis, antheris longius persistentibus, capsulis glanduloso-pilosis.

G. affine. KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 192.

Hab. in Sibiria altaica pratis ad fl. Irtysch! (FL. ALT.), inter Uschkamenogorsk et Buchtarminsk inque montosis deserti soongoro-kirghisici ad rivulum Tschar (KAREL. et KIRIL.). ♃.

Longitudo petalorum ratione sepalorum demta arista indicata est. Arista in hac specie saepius petala supereminet. — Praeter notas indicatas hoc ab antecedente differt foliis tennius dissectis, floribus minoribus, petalis angustioribus constanter albis.

Specimem unicum possideo, pr. Nertschinsk lectum, foliis 3sectis: laciniis subbipinnatipartitis: lacinulis sublinearibus, pedicellis brevissimis v. subnullis: floribus geminis inter bracteas fere sessilibus, quoad reliqua ab altaica planta non diversum.

19. *G. palustre* (L. SP. 954) caule diffuso superne patente v. retrorsum pilosa: pilis eglandulosis, foliis palmato-5—7partitis: laciniis grosse inciso-serratis, pedicellis defloratis cum calyce erecto declinatis petalis obovatis integris calyce aristato duplo longioribus basi supra unguem sparse pilosis, filamentis infra medium ciliatis, capsulis pilosis: pilis patentibus eglandulosis.

G. palustre. DEC. *Prodr. I*, p. 642. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 108. — PALL. *It. III*, p. 687. — GEORGI. *It. I*, p. 225! — FALK. *Beitr. II*, p. 220. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 462. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 205. — MART. *Fl. mosq.* p. 119. — BESSER. *Enum.* p. 28. Nr. 858. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 236. — EICHWALD. *Skizze.* p. 170. — CLAUS *Ind. des.* in GÖBEL. *It. II*, p. 261. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 69. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 242. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 113.

G. purpureum. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 175. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 310.

Hab. in Rossia media [a Newa ad Ural (FALK), Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCHER et LINDEMANN), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! et Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Tambow (PALL.), Casan (WIRZÉN)] et australi [pr. Kiew (TRAUTVETTER in litt.), Podolia (BESSER, EICHW.), reg. deserto casp. finit. (CLAUS)] inque Iberia! (WILHELMS *pl. exs.*) et Sibiria uralensi (FALK) et baikalensi? (GEORGI). ♃.

β. minus: caule magis corymboso, foliis minus incisis, floribus minoribus. — In Volhynia (BESSER l. c.).

20. *G. collinum* (STEPHAN in WILLD. *Sp. pl. III*, p. 705) caule pilosiusculo ramoso: ramis divaricatis, foliis subpeltatis 5- (rarius 7-), superioribus 3-partitis: laciniis pinnatifidis incisisve, pedunculis axillaribus v. e caulis dichotomia, petalis obovatis integris in unguem brevissimum abrupte attenuatis basi ciliatis et intus barbatis calyce aristato duplo longioribus, filamentis ciliatis basi dilatatis; alternis abrupte attenuatis, capsulis pilosis.

α. glandulosum: pedunculis calycibusque glanduloso-pilosis.

G. collinum. DEC. *Prodr. I*, p. 642. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 137; *III*, p. 455. — WILLD. *herb.* Nr. 12,558. — BESSER. *Enum.* p. 28. 72. Nr. 859, var. *α.* et *β.* — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 45. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 208. — EICHW. *Skizze.* p. 170.

G. longipes *β.* adenotrichum. SCHRENK in *Enumer. pl. nov.* p. 90.

Hab. in Rossia media [gub. Kursk (HÖFFT.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*)] et australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), Ucrania (M. a BIEB., ANDRZ. ex BESSER), gub. Cherson (EICHW.), ad Tanain (HENNING) et Wolgam (M. a BIEB.)] in provinciis caucasicis [promontor. occident. inque m. Beschtau,

alt. 200—500 hexap. (C. A. Meyer), pr. acidulam Narzana! (Steven *miss.*), in Caucaso subalpino (M. a Bieb.) inque Sibiria altaica! [alp. Alatau ad fl. Baskan des. soongoro-kirghisici (Schrenk)]. ♃. — Specimen caule pilis patentibus obtecto, caeterum non diversum, in Tauria pr. Nikita lect. mis. cl. Steven.

β. eglandulosum: pedunculis calycibusque eglandulosis pube adpressa obtectis.

G. collinum. Besser l. c. var. γ.

G. Londesii. Fisch. ex Link. *Enum. h. berol. II*, p. 196. — Willd. *herb.* Nr. 12,559. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 230. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 261. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 158. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 193.

G. longipes. Dec. *Prodr. I*, p. 642.

Hab. in Rossia media [ad super. fl. Ural (Claus), ad Wolgam (Claus) pr. Saratow! (Fisch. *in herb. reg. berol.*), in provinciis caucasicis [pr. acidulam Narzana! (Steven *miss.*), provinc. Talüsch alt. 800 hexap. (Hohenacker)] inque Sibiria altaica ad fl. Irtysch! et in deserto soongoro-kirghisico! (Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♃.

Variat caule plus minus piloso, subincano: pilis plerumque arcte adpressis, nec nisi unicum specimen (tauricum) pilis patentibus oblectum vidi. Filamenta basi dilatata; alterna, sepalis opposita, sensim attenuata, ad medium fere usque ciliata; alterna, petalis opposita, a basi suborbiculata ciliata abrupte angustata, caeterum glabra.

21. *G. asphodeloides* (Willd. in Schrad. *Journ. 1799, II*, p. 26. — Ej. *Sp. pl. III*, p. 704) caule retrorsum piloso diffuso, foliis 5partitis: laciniis trifidis: lacinulis ovatis acutiusculis, pedunculis axillaribus folio longioribus calycibusque pilosis: pilis simplicibus glanduliferis nonnullis intermixtis, petalis obovatis emarginatis calyce aristato duplo longioribus basi barbatis, filamentis ciliatis, capsulis pilosis.

G. asphodeloides. Dec. *Prodr. I*, p. 642.

Hab. in provinciis caucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ♃.

Filamentorum structura fere eadam, ac in antecedente specie.

22. *G. davuricum* (Dec. *Prodr. I*, p. 642) caule parce adpresse piloso erecto inferne aphyllo dichotomo, foliis caulinis oppositis profunde 5—3partitis: laciniis subtrifidis: lacinulis subintegerrimis acutis, pedunculis e caulis dichotomia, pedicellis defloratis cum calyce erecto declinatis, calycibus pilis brevibus adpressis nonnullisque longioribus patentissimis adspersis, petalis obovatis integris calyce longe aristato subduplo longioribus basi intus barbatis, filamentis ciliatis, capsulis . . .

G. dahuricum. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 280.

Hab. in Davuriae pratis! (Turcz.). ♃.

Radix tuberibus elongatis fasciculatis. — A. G. aconitifolio diversissimum.

23. *G. albanum* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 137; *III*, p. 455) caule flaccido cum pedunculis calycibusque piloso: pilis longis patentibus, foliis reniformibus 7partitis: laciniis subcuneiformibus 3fidis: lacinulis integerrimis v. paucidentatis, pedunculis axillaribus folio longioribus, petalis emarginatis calyce breviter aristato duplo longioribus; filamentis glabris, capsulis pilosis transverse rugosis dorso cristatis.

G. cristatum. STEVEN *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 50. — DEC. *Prodr. I*, p. 643. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 208. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 158.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia (M. a BIEB.), subalpinis Caucasi orientalis (STEVEN) inque provinc. Talüsch! pr. Lenkoran et usque ad alt. 600 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ♃.

24. *G. pseudo-sibiricum* (J. MEYER *in böhm. Abhandl. 1786*, p. 238) caule erecto angulato basi nudo retrorsum pilosiusculo, foliis pilosis subtus subincanis; radicalibus longe petiolatis profunde 7-; caulinis subsessilibus 5—3partitis: laciniis cuneiformibus pinnatifidis, pedunculis gracilibus calyce multoties longioribus, petalis subemarginatis calyce aristato piloso subduplo longioribus basi sparsim pilosis ciliatisque, filamentis ciliatis, capsulis pilis brevibus paucisque longioribus glanduliferis adspersis.

G. campestre. SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 112?

G. caeruleum. PATR. ex DEC. *Prodr. I*, p. 643. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 281.

G. bifolium. PATR. ex DEC. *Prodr. I*, p. 643. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 62.

G. laetum. LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 228. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 148. — LESSING *in Linnaea IX*, p. 154. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 190.

G. pedunculis bifloris, foliis subpeltatis quinquefidis inciso-serratis, caule erecto, petalis emarginatis. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 275. Nr. 5 (excl. syn.).

Hab. in gub. Orenburg pr. Slatoust (NESTEROFSKI) inque omni Sibiria (J. G. GMEL.) [uralensi (LESSING), pr. Tobolsk! (ROSCHER *pl. exs.*), altaica! (SCHANGIN, PATRIN, FL. ALT.), in m. Tarbagatai (KAREL. et KIRIL.), pr. Krasnojarsk (MARTINI ex J. MEYER, TURCZ. *in litt.*), baikalensi! (TURCZ.)] et Davuria! (TURCZ., FRISCH *pl. exs.*). ♃.

Variat caule foliisque plus minus pilosis, foliorum laciniis angustioribus v. latioribus, florum magnitudine et colore (caeruleo v. albo) calycibusque parce subadpresse pilosis vel pilis longioribus densioribus patentibus obtectis.

25. *G. pyrenaicum* (L. MANT. p. 97. 257) caule erecto foliisque pubescentibus subvillosis, foliis ambitu reniformibus 7—9fidis: laciniis inferiorum antice incisis obtuse crenatis, pedicellis defloratis declinatis, petalis obcordatis subbifidis calyce mucronato duplo longioribus supra unguem utrinque dense barbatis, filamentis ciliatis, capsulis laevibus adpresso-pilosis.

G. pyrenaicum. DEC. *Prodr. I*, p. 643. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 138; *III*, p. 456. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 208. — EICHW. *Skizze.* p. 170. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 158.

G. umbrosum. W. et KIT. *Fl. rar. Hungar. II*, p. 131, t. 124. — BESSER. *Enum.* p. 28. 73. Nr. 860.

G. molle. EICHW. *casp. cauc.* p. 29.

Hab. in Rossia media [Lithuania (EICHW.)] et australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), ad Tanain (HENNING)], in Tauria! (M. a BIEB.) et provinciis caucas. [Iberia! (M. a BIEB., KOCH. *in litt.*), Somchetia! (EICHW.), pr. castellum Kaschaur alt. 800 hexap. (C. A. MEYER), provinc. Elisabethpol (HOHENACKER), Armenia (KOCH *in litt.*) et Talüsch alt. 600—800 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACKER)]. ♃.

§. 3. *Annua, pedunculis bifloris.*

26. *G. molle* (L. SP. 955) caule diffuso molliter pubescenti-villoso, foliis ambitu reniformibus 7—9fidis: laciniis inferiorum antice incisis

obtuse crenatis, pedicellis defloratis declinatis, petalis obcordatis calyce breviter mucronulato longioribus subtiliter ciliatis, filamentis glabris, capsulis transverse rugosis glabris, seminibus laevibus.

G. molle. DEC. *Prodr. I*, p. 643. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 464. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 139. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 206. — MART. *Fl. mosq.* p. 120. — C. A MEYER. *Ind. cauc.* p. 208. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 158.

G. argenteum. LUCÉ. *Fl. osil.* p. 236?

Hab. in Rossia media [ins. Osilia? (LUCÉ), Lithuania (JUNDZ.), pr. Mosquam (STEPHAN, MART.)] et australi [ad Tanain (HENNING)], in Tauria (PALLAS, M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [ins. Sara m. casp.! (KIESERITZKI), pr. Baku (C. A. MEYER) et Lenkoran! (HOHENACKER, HANSEN *pl. exs.*)]. ⊙.

Clar. NORDMANN in provinc. caucas. occident. specimina legit capsulis pilis brevibus obtectis, quae caeterum a vulgari forma non recedunt.

27. *G. lejocaulon*: caule adscendente glaberrimo, petiolis pilosis: pilis longis eglandulosis patentissimis, stipulis lato-ovatis ciliatis membranaceis, foliis utrinque pilosis ambitu orbiculatis subpeltatis 7fidis: laciniis antice crenatis v. subtrifidis, calyce aristato, petalis . . . . ., filamentis . . . . ., capsulis . . . . ., seminibus . . . . .

Hab. in provincia Talüsch pr. Lenkoran! (HANSEN *pl. exs*). ⊙?

Unicum tantum specimen mancum 6-pollicare possideo, quod vero superficie caulis et petiolorum ab omnibus speciebus mihi notis diversum videtur, caeterum antecedente affine, quocum etiam stipularum indole convenit. — An var.?

28. *G. pusillum* (L. SP. 957) caulibus diffusis molliter pubescentibus, foliis 5—9fidis: laciniis subtrifidis, pedicellis defloratis declinatis, petalis oblongo-obcordatis calycem breviter aristatum subaequantibus unguibus filamentisque subtiliter ciliatis, capsulis laevibus adpresso-pubescentibus, seminibus laevibus.

G. pusillum. DEC. *Prodr. I*, p. 643. — GÜLDENST. *It. I*, p. 194. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 139; *III*, p. 456. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 207. — MART. *Fl. mosq.* p. 120. — PRYTZ. *Fl. fennic. breviar.* p. 37. — BESSER. *Enum.* p. 28. Nr. 864. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 237. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 45. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 208. — EICHW. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 27. 29. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 242.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ.)], media [Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! et Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (JUNDZ., EICHW.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (MART.), Kursk (HÖFFT.)] et australi [Kiew (TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER), ad Tanain (HENNING)], Tauria! (M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (GÜLDENST.), in Caucaso! (M. a BIEB.), Radscha (KOCH *in litt.*), Kachetia et Somchetia (EICHW.), pr. Baku (C. A. MEYER)]. ⊙.

29. *G. rotundifolium* (L. SP. 957) caule diffuso molliter pubescente, foliis ambitu reniformibus; inferioribus 7fidis: laciniis antice obtuse inciso-crenatis, petalis oblongo-cuneatis integris calyce breviter aristato paulo longioribus basi imberbibus, filamentis ciliatis, capsulis laevibus patulo-pilosis, seminibus reticulatis.

G. rotundifolium. DEC. *Prodr. I*, p. 643. — FERBER in FISCH. *Livl. Zus.* p. 157. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 466. — BÖBER in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 260. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1151. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 206. — MART. *Fl. mosq.* p. 120. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 37. — BESSER. *Enum.*

p. 28. Nr. 863. — LUCE. *Fl. osil.* p. 236. — EICHW. *Skizze.* p. 170. — HOHENACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 246.

G. viscosum. GILIB. *Fl. lithuan. V*, p. 177. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 311.

G. pedunculis bifloris, petalis integris obtusissimis longitudine calycis, caule prostrato, foliis reniformibus incisis. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 274. Nr. 3.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ.)], media [ins. Osilia (LUCE), Livonia!, Curonia (FERBER et FISCHER), Lithuania (GILIB., JUNDZ, EICHWALD), Volhynia (EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.)] et australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), Ucrania pr. Charkow (BÖBER)] inque provinciis caucasicis [Iberia! (WILHELMS *pl. exs.*, KOCH *in litt.*), ins. Sara m. casp.! (KIESERITZKI *pl. exs.*), provinc. Elisabethpol (HOHENACK.), Armenia (KOCH *in litt.*), pr. Lenkoran! (HANSEN *pl. exs.*)], in Sibiria transbaikalensi et orientali ad Lenam (J. G. GMEL.). ⊙.

30. *G. lucidum* (L. SP. 955) caule erecto glabro, foliis ambitu subreniformibus 5—7fidis: laciniis subtrifidis: laciniis crenatis mucronatis; pedicellis defloratis declinatis, petalis obovatis integris calyce transverse rugoso pyramidato longioribus basi filamentisque glabris, capsulis reticulato-rugosis apice et margine interiore pubescentibus, seminibus laevibus.

G. lucidum. DEC. *Prodr. I*, p. 644. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 110. — LEPECH. *It. III*, p. 42. — FALK. *Beitr. II*, p. 220. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 140. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 37. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 208. — EICHW. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 27. — HOHENACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 158.

Hab. in Rossia media [Fennia austr. (PRYTZ.), Petropoli (GORTER), a Newa fl. ad Kamam (FALK), in Lithuania (EICHW.)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [Kachetia et Somchetia! (EICHW.), provinc. Elisabethpol et Karabagh (HOHENACKER), Talüsch pr. Lenkoran (HOHENACKER), alt. 400—600 hexap. (C. A. MEYER), ad lat. orient. m. casp.! (KARELIN) inque Sibiria uralensi pr. Turinsk (LEPECH.). ⊙.

31. *G. pallens* (M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 138. 463; *III*, p. 456) caule flaccido pilis glandulosis hirsutiusculo, foliis ambitu orbiculatis palmato-5partitis: laciniis trifidis incisisve, pedunculis calycibusque glanduloso-pilosis, petalis obovato-cuneatis integris calyce aristato duplo longioribus basi utrinque dense ciliato-barbatis, filamentis ciliatis, capsulis laevibus glanduloso-pilosis, seminibus reticulatis.

G. pallens. DEC. *Prodr. I*, p. 643.

Hab. in Iberia occidentali! (M. a BIEB., STEVEN *miss.*). ⊙.

„Referatur ad G. perennia teste amiciss. STEVEN." M. a BIEB. l. c. p. 463. — Radix in speciminibus meis deest, ita ut de ejus duratione non dijudicare possim. Habitus vero et affinitas cum G. rotundifolio speciem hanc inter Gerania annua enumerare suadet.

32. *G. acrocarphum*: caule diffuso dichotomo parce adpresse piloso, foliis longissime petiolatis ambitu reniformibus 7—5partitis: laciniis subpinnatifidis, petiolis internodia superantibus patenter pilosis, pedunculis e dichotomia elongatis pedicellisque retrorsum pilosis, pedicello altero breviore, stipulis bracteisque lanceolatis longe acuminatis, petalis oblongis integris calycem longe aristatum subaequantibus glabris, filamentis basi eximie dilatatis subtiliter ciliatis, capsulis . . . .

G. rotundifolium. LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 232 (excl. synon.).

Hab. in deserto soongoro-kirghisico ad ostium fl. Kurtschum! (FL. ALT.). ⊙.

Species rotundifolio, columbino et dissecto affinis, ab omnibus vero diversa. G. rotundifolium differt superficie caulis et totius plantae, foliis minus profunde partitis, laciniis latioribus brevioribus minus incisis: lacinulis apice rotundatis, petalorum forma et longitudine, calyce brevius aristato: sepalis latioribus stipulisque et bracteis aliter formatis brevioribus, nec elongatis longissime acuminatis; G. columbinum primo adspectu dignoscitur sepalis ovatis margine lato membranaceo, foliorum laciniis lacinulisque angustioribus linearibus, petalis obcordatis basi barbatis, aliisque notis; G. dissectum recedit, praeter superficiem totius plantae et bractearum stipularumque formationem, foliorum laciniis angustioribus linearibus, petalis obcordatis basi barbatis, pedunculis longe brevioribus etc.

33. *G. columbinum* (L. Sp. 956) caule diffuso pedunculisque pubescentibus: pilis deorsum adpressis, foliis 5—7partitis: laciniis inferiorum multi-; superiorum 3fidis, pedicellis defloratis deflexis, petalis obcordatis calycem longe aristatum aequantibus basi barbatis, filamentis glabris, capsulis laevibus glabris, seminibus reticulatis.

G. columbinum. Dec. *Prodr. I*, p. 643. — Pall. *It. III*, p. 246. — Fisch. *Livl.* p. 268. — Lepech. *It. III*, p. 42. — Güldenst. *It. II*, p. 24. 44. 58. 78. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 140; *III*, p. 456. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 206. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 866. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 208. — Eichwald. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 20. 27. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 158. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 243. — Wirzén. *Casan.* Nr. 114.

G. roseo-caeruleum. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 176. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 311.

G. columbinum sive malvaceum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 52.

G. pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinquepartito-multifidis, laciniis acutis, arillis glabris, calycibus aristatis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 275. Nr. 7.

Hab. in Rossia media [Livonia (Fisch.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kasan (Wirzén)] et australi [des. Kuban et ad fl. Manitsch et Tanais (Güldenst.)], in Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [m. Beschtau (Güldenst.), Caucaso (M. a Bieb.), Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*, Eichwald), Mingrelia (Eichw.), ins. Sara m. casp.! (Kiesskrizki *pl. exs.*), pr. Lenkoran (Hohenack.), in provinc. Talüsch, alt. 500 hexap. (C. A. Meyer)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi pr. Turinsk (Lepech.)] inque Davuria ad fl. Ingoda (Pall.). ⊙.

34. *G. dissectum* (L. Sp. 956) caule diffuso pubescenti-villoso, foliis 5—7partitis: laciniis inferiorum multi-; superiorum 3fidis: lacinulis linearibus, pedicellis defloratis declinatis, petalis obcordatis calycem aristatum aequantibus basi barbatis, filamentis ciliatis, capsulis laevibus pilosis: pilis patentibus glanduliferis, seminibus reticulatis.

G. dissectum. Dec. *Prodr. I*, p. 643. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 139; *III*, p. 456. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 206. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 865. — Lucé. *Fl. osil.* p. 236. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 208. — Eichw. *Skizze.* p. 170. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 158. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 243.

G. angustifolium. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 176. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 310.

G. pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-trifidis, petalis emarginatis, longitudine calycis, arillis villosis. Gmel. *Fl. sib. III*, p. 275. Nr. 6.

Hab. in Rossia media [ins. Osilia (Lucé), Livonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz.)] et australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning)], in Tauria! (Pall., M. a Bieb.), provinc. caucasicis

[Caucaso (M. a Bieb.), Osse ia (Koch *in litt.*), provinc. Elisabethpol et Schekí (Hohenack.), ins. Sara m. caspii! (Kiesritzki *pl. exs.*), prov. Talüsch pr. Kisilagatsch (Hohenack.) et Lenkoran (C. A. Meyer)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.). ⊙.

35. *G. bohemicum* (L. Sp. 955) caule diffuso pedunculisque glanduloso-pilosis villosisque, foliis palmato-quinquefidis: laciniis acutis subtrifidis: lacinulis inciso-serratis, pedicellis defloratis erectis subpatulis, petalis obcordatis calyce aristato parum longioribus basi et margine anteriore ciliatis, filamentis ad apicem fere usque ciliatis, capsulis laevibus pilosis: pilis patentibus glanduliferis, seminibus laevibus.

G. bohemicum. Dec. *Prodr. I*, p. 644. — Falk. *Beitr. II*, p. 220. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 861. — Eichw. *Skizze.* p. 170. — Fleisch. et Lindemann. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 243.

Hab. in Rossia media [Curonia (Eichw., Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Eichwald)] et australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), ad fl. Ural (Falk)]. ⊙.

36. *G. divaricatum* (Ehrh. *Beitr. VII*, p. 164) caule ramosissimo divaricato cum petiolis pedunculisque pilis brevioribus subglanduliferis longioribusque patentibus obtecto, foliis palmato-quinquepartitis: laciniis rhombeis inciso-serratis; supremis tripartitis: lacinia unica laterali longiore, pedicellis defloratis declinatis, petalis obcordatis calycem obcordatum aequantibus basi subciliatis, capsulis versus apicem transverse rugosis: rugis carinaque hirtis, seminibus laevibus.

G. divaricatum. Dec. *Prodr. I*, p. 644. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 138. — Besser. *Enum.* 28. Nr. 862. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 232. — Eichwald. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 27. 29. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 158. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 195.

Hab. in Rossia media [Lithuania (Eichw.)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), Ucrania (Andrz. ex Besser)], Tauria et provinciis caucasicis (M. a Bieb.), [Iberia! (Eichw., Wilhelms *pl. exs.*), provinc. Elisabethpol (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), inque Sibiriae altaicae ruderatis pr. Buchtarminsk (Karel. et Kiril.) et deserto soongoro kirghisico! (Fl. alt.)]. ⊙.

37. *G. robertianum* (L. Sp. 955) caule erecto subvilloso, foliis 3—5-sectis: segmento terminali petiolulato; lateralibus subsessilibus; omnibus 3-v. pinnatipartitis: laciniis inciso-serratis pinnatifidisve, pedicellis defloratis suberectis, petalis obovatis incisis calyce aristato longioribus basi filamentisque glabris, capsulis transverse subreticulato-rugosis puberulis, seminibus laevibus.

G. robertianum. Dec. *Prodr. I*, p. 644. — Erndt. *Virid. warsaw.* p. 52. — S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108. — Fisch. *Lirl.* p. 267. — Falk. *Beitr. II*, p. 220. — Güldenst. *It. II*, p. 179. 207. 232. 327. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 465. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 140. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 207. — Trin. et Libosch. *Fl. de St. Petersb. et Mosc.* — Mart. *Fl. mosq.* p. 120. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 37. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 867. — Lucé. *Fl. osil.* p. 236. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 233. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 208. — Eichw. *Skizze.* p. 170. — Ej. *casp. cauc.* p. 23. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — Wirzén. *Fenn.* p. 61. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 158. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 244.

G. foetidum. Gilib. *Fl. lithuan V*, p. 178. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 311.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén)], media [Petropoli (Trin. et Libosch.), ins. Osilia! (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindemann), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichwald), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.,

Trin. et Libosch.), Perm (Falk)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser), Ucrania (Güldenst.), ad Tanain (Henning)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.), [pr. Grosnaja et Wladikaukas alt. 50—300 hexap. (C. A. Meyer), pr. Derbent (S. G. Gmelin), in Ossetia (Koch *in litt.*), Iberia (Eichw., Koch *in litt.*), Mingrelia (Eichwald), provinc. Elisabethpol et Karabagh (Hohenack.), Armenia (Koch *in litt.*), ins. Sara m. caspii! (Kieseritzki *pl. exs.*), pr. Lenkoran (Hohenack.), in litt. orient. m. caspii! (Karelin) inque Sibiria uralensi [pr. Jekaterinenburg (Uspenski), usque ad fl. Tobol (Falk)] et altaica! (Fl. alt.). ⊙.

β. *purpureum:* petalis minoribus calycem parum superantibus.

G. purpureum. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 141; *III*, p. 456. (An etiam Villars *Delph. III*, p. 374?) — Eichw. *casp. cauc.* p. 23. 27.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb.) et Iberia! (M. a Bieb., Eichw.).

γ. *mosquense:* caule erectiore corymboso-paniculato, odore magis terebinthinaceo. Goldbach *in Mém. de la Soc des. Natur. de Moscou V*, p. 133. — Circa Mosquam (Goldbach).

Quid?: *G. sanguineum.* Georgi *It. I*, p. 225. — In Sibiria baikalensi (Georgi).

G. striatum. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1150. — In Sibiria uralensi (Georgi).

G. vulgare. Güldenst. *It. I*, p. 56. — Circa ostium Tanais (Güldenstädt).

G. forsan n. sp. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 158. — In provinc. Talüsch pr. Suwant (Hohenack.).

G. aconitifolium. Eichw. *Skisse.* p. 170, videtur var. G. pratensis L.

181. Erodium. l'Herit.

Dec. *Prodr. I*, p. 644. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 121. — Koch. *Syn.* p. 141. — Meisn. *gen.* p. 57. — *Comment.* p. 41. — Endlicher *gen.* p. 1166.

Calyx 5sepalus, calcare nectarifero destitutus. Corolla 5petala. Stamina 10, basi breviter monadelpha; filamenta 5 petalis opposita sterilia; 5 alterna fertilia, basi extus glandula rectarifera aucta. Capsulae 5, stylis a basi ad apicem elastice a gynophoro solutis, intus villosis aut rarius glabris, inferne spiraliter tortis caudatae.

§. 1. *Foliis pinnatim divisis.*

1. *E. tataricum* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 625. — Ej. *herb.* Nr. 12,396) acaule, pedunculis 2—3floris, foliis pube tenuissima rara adspersis bipinnatisectis: segmentis linearibus, rachi inter segmenta nuda, petalis obovatis calyce duplo longioribus, filamentis fertilibus glabris; sterilibus margine ciliatis.

E. tataricum. Dec. *Prodr. I*, p. 644. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 292.

Hab. „in Tataria Sibiriaque ulteriore"! (Stephan *in herb.* Willd.): ♃.

2. *E. fumarioides* (Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Moscou IV*, p. 49) caule simplici prostrato, pedunculis multifloris (sub4floris Dec.) foliisque bipinnatisectis pubescentibus: segmentis oblongolinearibus obtusis, rachi inter segmenta dentata, petalis emarginatis calyce villoso submutico duplo longioribus.

E. fumarioides. DEC. *Prodr. I*, p. 645. — M. a BIEB. *Fl. l. c. III*, p. 453.

Hab. ad rivulos alpis Schadagh Caucasi orientalis (STEVEN, M. a BIEB.). ♃.

3. *E. anthemifolium* (M. a BIEB. *Fl l. c. II*, p. 131; *III*, p. 453) caule remoto diffuso, pedunculis multifloris calycibusque subminuticis glanduloso-villosis, foliis pinnatisectis: segmentis pinnatipartitis: laciniis oblongis subintegris acutiusculis, rachi inter segmenta dentata, petalis subemarginatis calyce longioribus, filamentis glabris; fertilibus lanceolatis.

E. anthemifolium. DEC. *Prodr. I*, p. 645.

Hab. in Iberia occidentali! (STEVEN). ♃.

4. *E. Stephanianum* (WILLD. *Spec. pl. III*, p. 625) caulibus adcendentibus ramosis cum pedunculis 2—5floris petiolisque villoso-pubescentibus pilis longioribus adspersis, foliis parce pilosis bipinnatipartitis: laciniis cuneatim decurrentibus: lacinulis oblongo-linearibus acutis, rachi alata integra, petalis obtusis calycem longe aristatum villosum subaequantibus, filamentis glabris: fertilibus basi utrinque unidentatis.

E. Stephanianum DEC. *Prodr. I*, p. 645. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* 291. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 221. — TURCZ *Cat. Baikal.* Nr. 283. — KARELIN et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 196.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT., KAREL. et KIRIL.) et baikalensi! (TURCZ.) inque Davuria! (STEPHAN in WILLD. *herb.*, TURCZ.). ⊙.

5. *E. Steveni* (M. a BIEB. *Fl. l. c. II*, p. 132) caule incano diffuso, pedunculis subtri- (vel multi-) floris, foliis parce pilosis; radicalibus longe petiolatis bipinnatipartitis: laciniis integris incisisve; caulinis pinnatisectis: segmentis subalternis integris v. 3-pinnatipartitisve, rachi subdendata, petalis obovato-oblongis obtusis calyce adpresse piloso aristato subduplo longioribus, filamentis glabris; fertilibus lanceolatis edentulis.

E. Steveni. DEC. *Prodr. I*, p. 646. — EICHW. *casp. cauc.* p. 6?

Hab. in promontorio caucasico circa Stawropol! (M. a BIEB., STEVEN), pr. Baku? (EICHW.). ♃.

6. *E. strigosum* (KARELIN *miss.*) caulibus diffusis petiolisque setis patulis v. reversis hispidis, foliis petiolatis sinuato-pinnatipartitis: laciniis inferioribus margine utroque incisis; superioribus margine exteriore subincisis; interiore subintegris: lacinulis foliorum inferiorum obtusis; superiorum acutis, pedunculis 2—4 floris pedicellisque pilosis, petalis calyce breviter aristato hirsuto fructifero immuntato parum longioribus, filamentis fertilibus glabris lanceolato-acuminatis.

E. Botrys? C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 209.

E. Botrys. FISCH. ex HORNEM. *h. hafn. supplem.* p. 76 (non BERTOLONI).

Hab. in provinciis caucasicis [pr. Baku! (C. A. MEYER), ins. Sara! m. caspii (KIESERITZKI *pl. exs.*) et provinc. Talüsch! (KARELIN *pl. exs.*)]. ⊙.

Ab E. Botry floribus et fructibus minoribus, praesertim vero calyce fructifero immutato, qui in illo post anthesin in duplam vel triplam longitudinem excrescit haud aegre dignoscitur.

E. laciniatum differre videtur foliis bipinnatifidis: laciniis linearibus acutis et pedunculis multifloris.

7. *E. pulchellum* (Karel. *miss.*) villoso-pubescens, caule ramosissimo diffuso, foliis subsessilibus sinuato-pinnatipartitis: laciniis inferioribus margine utroque; superioribus margine exteriore subincisis; interiore subintegris: lacinulis obtusis, pedunculis 2-3floris, pedicellis calycibusque villosis, petalis calycem mucronatum fructiferum immutatum subaequantibus, filamentis fertilibus glabris lanceolato-acuminatis.

Hab. ad litt. orientale m. caspii! (Karelin). ⊙.

Habitu potius quam characteribus ab antecedente diversum. Caulis in hoc gracilis, tenuis, ramosissimus: ramis elongatis iterum ramosis. Folia eodem modo divisa, sed multo minora, subsessilia, quae in E. strigoso petiolata sunt, ita quidem ut alterum petiolo ipsius longitudine, alterum dimidio breviore insideat. Pedunculi multo breviores. Bracteae parvae ovatae acuminatae, quae in E. strigoso magnae orbiculatae rotundatae tenuissime membranaceae subfuscae observantur. Petala calycem vix superant, in sicco alba v. subincarnata. Fructus breviores et graciliores. Davuria superficies totius plantae diversa.

8. *E. ciconium* (Willd. *Sp. pl. III*, p. 629) caule erecto v. adscendente ramoso cum pedunculis 3-multifloris petiolisque villoso-pubescentibus et pilis longioribus adspersis, foliis pilosis pinnatisectis: segmentis subpinnatipartitis: laciniis ellipticis inciso-serratis integrisve, rachi dentata, petalis oblongis calycem glanduloso-villosum aristatum subsuperantibus; 2 subemarginatis, filamentis fertilibus lanceolatis a basi ad medium ciliatis.

E. ciconium. Dec. *Prodr. I*, p. 646. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 131. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 209. — Eichw. *casp. cauc.* p. 26. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 158.

Geranium ciconium. L. Sp. 952. — Güldenst. *It. I*, p. 194. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1149.

Hab. in Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), in Caucaso (M. a Bieb.), Iberia! (Eichw., Wilhelms *pl. exs.*), pr. Helenendorf (Hohenack.) et Baku (C. A. Meyer)]. ⊙.

9. *E. cicutarium* (l'Herit in Ait. *h. kew. II*, p. 414) caulibus prostratis vel diffusis cum pedunculis multifloris petiolisque pilosis: pilis longis patentibus, foliis pinnatisectis: segmentis pinnatipartitis: laciniis pinnatifidis v. inciso-serratis integrisve, rachi integra, petalis ungue barbatis calycem aristatum superantibus; 2 latioribus, filamentis glabris; fertilibus ex ovata basi lancolato-acuminatis.

E. cicutarium Dec. *Prodr. I*, p. 646. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 132. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 204. — Mart. *Fl. mosq.* p. 118. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 854. — Höfft *Cat. Kursk.* p. 45. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 208. — Eichw. *Skizze* p. 169. — Ej. *casp. cauc.* p. 19. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — Erman. *Verz.* Nr. 128. — Claus *Ind. des.* in Göbel. *It. II*, p. 261. — Weinm. *Tambow.* Nr. 69. — Wirzén. *Fenn.* p. 61. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 158. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 244. — Wirzén. *Casan.* Nr. 115.

Geranium cicutarium. L. Sp. 951. — Gorter *Fl. ingr.* p. 108. — S. G. Gmel. *It. IV*, p. 108. — Fischer. *Livl.* p. 268. — Lepech. *It. III*, p. 42. — Falk *Beitr. II*, p. 220. — Güldenst. *It. I*, p. 112. 194. 227; *II*, p. 203. 319. 340. 344. — Stephan *Fl. mosq.* Nr. 460. — Pall. *Ind. Taur.* — Prytz *Fl. fennic. breviar.* p. 37. — Luce *Fl. osil.* p. 235.

Geranium pentandrum. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 178. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 312 c. icone.

Geranium arvense minus. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 52.

Geranium myrrhinum. ERNDT. l. c.

Geranium pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis obtusis. J. G. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 175, Nr. 8.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ, WIRZÉN)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), a Newa ad jugum uralense usque (FALK), Esthonia (FLEISCHER et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPH., MART.), Kursk (HÖFFT), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (ERMAN, WIRZÉN), Orenburg (CLAUS)], Slatoust (NESTEROFSKI)] et australi [Kiew (GÜLDENST., TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania (GÜLD.), pr. Taganrog (ELSINGK *pl. exs.*), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING) et Wolgam (CLAUS)] in Tauria! (PALLAS, M. a BIEB.), ins Taman! et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (GÜLD.), in Caucaso (M. a BIEB.) ubique (KOCH *in litt.*), Iberia! (GÜLDENST.), territor. Elisabethpol. (HOHENACK.), provinc. Karabagh (EICHW., HOHENACK.), pr. Derbent (S. G. GMEL.), ins. Sara! m. casp. (KIESERITZKY *pl. exs.*), pr. Baku, Sallian et Lenkoran (C. A. MEYER, HOHENACKER)], inque omni Sibiria (J. G. GMEL.), uralensi pr. Turinsk (LEPECH.). ⊙.

10. ***E. romanum*** (AIT. *h. kew. II*, p. 414) acaule, pedunculis multifloris, foliis pinnatisectis: segmentis ovatis pinnatifidis, rachi integra, petalis ungue barbatis aequalibus calyce sub mutico longioribus, filamentis fertilibus basi ciliatis ex ovato lanceolato-acuminatis.

E. romanum. DEC. *Prodr. I*, p. 647.

Geranium romanum. L. SP. 951. — GÜLDENSTÄDT. *It. I*, p. 194. 420. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1149.

Hab. ad fl. Terek inque Somchetia (GÜLDENST.). ♃. — A nemine, nisi a Güldenstaedtio, observatum.

11. ***E. moschatum*** (AIT. *h. kew. II*, p. 414) pilosum apice glandulosum, caule procumbente pedunculis multifloris, foliis pinnatisectis: segmentis petiolatis ovatis duplicato-inciso-serratis; terminali subtrifido, petalis inaequalibus calycem aristatum aequantibus, filamentis glabris; fertilibus basi utrinque bidentatis.

E. moschatum. DEC. *Prodr. I*, p. 647.

Geranium moschatum. L. SP. 951. — PALL. *It. III*, p. 588.

Hab. in Rossia australi [deserto cuman. ad fl. Manitsch (PALL.)] ⊙.

§. 2. *Foliis 3sectis v. 3partitis.*

12. ***E. obtusilobum*** (KARELIN *miss.*) parce pilosum: pilis arcte adpressis, caule suberecto ramoso, foliis 3sectis: segmentis petiolulatis; terminali lateralibus triplo majore; omnibus pinnatipartitis: laciniis margine exteriore pinnatifidis vel subsinuatis: lacinulis obtusis, pedunculis 2—4floris, petalis calyce aristato sesquilongioribus, filamentis fertilibus lanceolatis inferne membranaceo-marginatis medio parce ciliatis.

Hab. in provinc. Talüsch! (KARELIN). ⊙.?

13. ***E. oxyrhynchum*** (M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 133) pube exili subcanescens, caulibus prostratis subramosis, foliis trisectis: segmentis sessilibus; terminali majore; omnibus inciso-pinnatifidis: laciniis margine exteriore subunidentatis: lacinulis obtusiusculis, pedunculis subtrifloris, petalis calyce aristato longioribus, filamentis fertilibus inferne membranaceo-marginatis supra medium parce ciliatis.

E. oxyrhynchum. Dec. *Prodr. I*, p. 648. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 209. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 159.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia orientali! (M. a Bieb., Wilhelms *pl. exs.*), territor. Elisabethpol (Hohenack), Armenia (Koch *in litt.*), provinc. Talüsch (C. A. Meyer, — alt. 700 hexap. Hohenack.) inque ins. Sara! m. casp. (Kieseritzki *pl. exs.*, C. A. Meyer)]. ♃.

14. *E. serotinum* (Steven *in Mém. de l'Acad. de St. Petersb. III*, p. 297. t. 15) parce pilosum, caulibus ramosis diffusis, foliis 3-sectis: segmentis sessilibus; terminali 3fido; lateralibus subbifidis: laciniis omnibus subincisis, pedunculis multifloris, petalis calyce longe aristato duplo longioribus, filamentis fertilibus glabris a basi ad apicem membranaceo-marginatis.

E. serotinum. Dec. *Prodr. I*, p. 647. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 853. — Eichwald. *Skizze.* p. 169.
E. ruthenicum. M. a Bieb. *pl. rar.* Cent. I, t. 48.
E. multicaule. Link. *Enum. h. berol. II*, p. 184.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (M. a Bieb., Andrz. ex Besser, Eichw.), Bessarabia! (Steven *miss.*), gub. Cherson! (Steven, Eichw.)]. ♃.

§. 3. *Foliis trilobis aut indivisis.*

15. *E. guttatum* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 636) incano-subglaucescens, caulibus prostratis, foliis cordato-ovatis subtrilobis inaequaliter cuneato-dentatis petiolatis, pedunculis subtrifloris, petalis calyce aristato longioribus, filamentis fertilibus ultra medium membranaceo-marginatis supra medium pilis aliquot subciliatis.

E. guttatum. Dec. *Prodr. I*, p. 648. — Desf. *Fl. atlant. II*, p. 113. t. 169.

Hab. in Iberia! (Eichw. *pl. exs.*). ♃.

16. *E. Hohenackeri:* caule adscendente v. erecto petiolisque villosis, pedunculis 2—3floris calyceque glanduloso-villosis folio multo longioribus, foliis ambitu ovato ellipticis basi subcordatis sinuatis: lobis obtusis crenato-serratis, petalis oblongis calyce brevissime aristato duplo longioribus, filamentis fertilibus lanceolatis glabris, capsulis setis longis patentibus obtectis.

E. Botrys? Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 159.

Hab. in provincia Schirwan! (Hohenacker). ♃?

Ab E. maritimo, cui proximum, dignoscitur superficie totius plantae magis villosa, pedunculis calycibusque glanduloso-villosis, rostro fructus longiore.

E. malapoides differre videtur petalis obovatis, foliis radicalibus numerosis petiolo longo insidentibus, capsulis villosis, rostro quam in nostra planta plus duplo longiore.

E. corsicum recedit tomento tenui, quo tota planta obtecta est, foliis latioribus obtusioribus, glandularum defectu in pedunculis calycibusque et rostro breviore.

Geraniacearum distributio in Imperio rossico.

Genera.	In Rossia arctica.	In Rossia septentrionali.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.	In Davuria.	In Sibiria orientali.	In Kamtschatka.	In insulis oceani orientalis.	In America rossica.
Geranium	1	4	18	17	10	26	9	13	12	8	3	2	1	1
Erodium	—	1	1	4	2	12	2	2	2	1	—	—	—	—
	1	5	19	21	12	38	11	15	14	9	3	2	1	1

Geraniacearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	⊙.	♄.
Rossia arctica	—	1
Rossia septentrionalis .	4	1
Rossia media	10	9
Rossia australis . . .	10	11
Tauria	9	3
Provinciae caucasicae .	16	23
Sibiria uralensis . . .	5	6
Sibiria altaica	6	8
Sibiria baikalensis . .	5	9
Davuria	2	7
Sibiria orientalis . . .	1	2
Kamtschatka	—	2
Insulae oceani orientalis	—	1
America rossica . . .	—	1

Tabula comparativa Geraniacearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum.				
	In Imperio rossico provenientium.	In Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae commun.	In Imperio rossico, nec in Germania provenient.	In Germania, nec in Imperio rossico provenient.
Geranium .	37	19	16	21	3
Erodium . .	16	4	3	13	1
	53	23	19	34	4

Tabula comparativa specierum e Geraniacearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum														Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia arctica.	Rossia septentrionali.	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinc. caucas.	Sibiria ural.	Sibiria altaica.	Sibiria baikal.	Davuria.	Sibiria oriental.	Kamtschatka.	Insul. oceani orient.	America rossica.	
Germaniae	1	5	16	16	11	16	8	6	7	2	2	1	—	—	23
Rossiae arcticae	—	1	1	1	—	1	1	—	1	—	1	—	—	—	1
Rossiae septentrionali	—	—	5	5	3	5	3	2	3	—	2	—	—	—	5
Rossiae mediae	—	—	—	17	10	16	10	9	9	4	2	1	—	—	19
Rossiae australi	—	—	—	—	10	16	9	9	8	3	2	1	—	—	21
Tauriae	—	—	—	—	—	11	5	6	3	1	—	—	—	—	12
Provinciis caucasicis	—	—	—	—	—	—	9	9	7	3	2	1	—	—	38
Sibiriae uralensi	—	—	—	—	—	—	—	7	9	5	1	1	—	—	11
Sibiriae altaicae	—	—	—	—	—	—	—	—	9	6	—	1	—	—	15
Sibiriae baikalensi	—	—	—	—	—	—	—	—	—	8	2	1	—	—	14
Davuriae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	9
Sibiriae orientali	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	1	3
Kamtschatkae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1	2
Insulis oceani orientalis	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	1
Americae rossicae	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1

Ordo. XXIII. Balsamineae. A. Richard.

Calyx 5sepalus, irregularis, caducus: sepalis 2, petalo impari proximis, plerumque deficientibus; postico maximo, saccato-concavo, basi in gibber v. calcar cavum producto. Corolla nunc, petalis omnibus liberis, pentapetala, nunc, petalis lateralibus per paria connatis, spurie tripetala: petalo superiori maximo, suborbiculato-concavo v. fornicato. Stamina 5, hypogyna, petalis alterna: filamentis apice cohaerentibus v. connatis; antheris introrsis, bilocularibus, marginibus cohaerentibus, loculis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium 5loculare: loculis pluriovulatis: ovulis pendulis; placentis centralibus. Capsula 5valvis, elastice dissiliens. Semina exalbuminosa. Embryo orthotropus: radicula hilum spectante.

182. Impatiens. L.

Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 264. — Koch. *Syn.* p. 143. — Meisn. *gen.* p. 58. — *Comment.* p. 42. — Endlicher *gen.* p. 1174. — Impatiens et Balsamina. Dec. *Prodr. I*, p. 685. 687.

Corolla, petalis lateralibus per paria connatis, spurie 3petala. Stigmata 5, in unum coalita. Capsula oblonga: valvulis ab apice ad basin involutis v. sursum revolutis.

1. *I. noli tangere* (L. Sp. 1329) pedunculis 3—6floris folio brevioribus, floribus pendulis, calcare apice recurvo, foliis oblongo-ellipticis inaequaliter grosse serrato-dentatis: dentibus inferioribus elongatis.

I. noli tangere. Dec. *Prodr. I*, p. 687. — Gorter. *Fl. ingr.* p 142. — Pall. *It. II*, p. 192. — Georgi *It. I*, p. 231. — Fischer. *Livl.* p. 290. — Lepech. *It. III*, p. 143. — Falk. *Beitr. II*, p. 246. — Güldenst. *It. I*, p. 113. 424; *II*, p. 24. 133. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 600. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 173. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 72. — Mart. *Fl. mosq.* p. 45. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 38. — Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 253. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 17. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 265. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 209. — Eichw. *Skizze.* p. 169. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 28. — Wirzén. *Fenn.* p. 73. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 284. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 159. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 87. — Wirzén. *Casan.* Nr. 116. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 203.

I. cucullata. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 121. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 273.

Impatiens. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 62.

Impatiens pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 102. Nr. 68.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz., Wirzén), media [a Newa ad fl. Ural et Kama (Falk), Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), Livonia! (Fischer, Fleischer et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacq. *pl. exs.*), Wiätka (Lepech.), Kasan (Wirzen), pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser), Ucrania (Güldenstädt), ad Tanain (Güldenst., Henning)], in provinciis caucasicis [promontor. caucasico (C. A. Meyer), m. Beschtau (Güldenst., M. a Bieb. — alt. 200—500 hexap., C. A. Meyer), Somchetia (Güldenst.), territor. Elisabethpol (Hohenack.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi (Pall., Falk), altaica! (Fl. alt.), in m. Alatau (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikal. (Georgi, Turcz.)] et Davuria! (Turcz., Frisch *pl. exs.*). ☉.

2. *I. parviflora* (Dec. *Prodr. I*, p. 687) pedunculis multifloris strictis patentibus, floribus erectis, calcare recto, foliis lato-oblongis

ellipticisve serratis: serraturis mucronato-glandulosis; inferioribus ad glandulas stipitatas reductis, caule ad petioli insertionem glandulis stipiti valido insidentibus instructo.

I. parviflora. Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 265. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 89. — C. A. Meyer et Bongard. *Suppl. Fl. alt.* p. 17. Nr. 55. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 197. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 204.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Irtysch!, Buchtorma! et Kurtschum! (Patrin ex Dec., Fl. alt., Karel. et Kiril.), in sylvaticis m. Alatau ad fl. Bascan (Karelin et Kiril.). ⊙.

3. *I. brachycentra* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 205) pedunculis multifloris racemosis patentibus, floribus erectis, calcare fere gibbiformi flore multoties breviore, foliis petiolatis lato-oblongis grosse serratis: serraturis infimis glandulosis.

Hab. in umbrosis sylvaticis m. Alatau ad fl. Baskan (Karel. et Kiril.). ⊙.

Herba habitu I. parviflorae, 5—12pollicaris. Flores adhuc minores, lactei, maculis aureis notati, calcare flavescente. A specie memorata distincta calcare valde abbreviato, quod in I. parviflora florem adaequat aut superat. Non desunt forte et alii distinctivi characteres, e conformatione et proportione petalorum desumti, sed propter eorum teneritatem e siccis speciminibus accurate describere non possumus, in vivis observare nobis non licuit. Stamina et capsulae I. parviflorae (Karel. et Kiril.).

Ordo. XXIX. Oxalideae. Dec.

Calyx 5sepalus v. 5partitus, persistens, aestivatione imbricatus. Corolla regularis: petalis 5, hypogynis, calycis laciniis alternis et longioribus, liberis v. basi cohaerentibus, aestivatione contortis. Stamina 10, hypogyna, saepe ima basi coalita; alterna longiora. Antherae introrsae, dorso insertae: loculis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium 1, liberum, 5loculare: loculis 1-pluriovulatis; placentis centralibus. Styli 5, liberi v. ima basi coaliti. Fructus capsularis, 5locularis, 5—v. 10-valvis; rarius baccatus, 5locularis, indehiscens. Semina plerumque arillo apice elastice solubili vestita, albuminosa. Embryo in axi albuminis rectus v. curvatus: radicula umbilicum attingens, supera.

183. Oxalis. L.

Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 188. — Koch. *Syn.* p. 143. — Meisn. *gen.* p. 57. — *Comment.* p. 42. — Endlich. *gen.* p. 1172. — Biophytum et Oxalis. Dec. *Prodr. I*, p. 689. 690.

Calyx 5sepalus v. 5partitus. Petala 5. Stamina 10: filamentis liberis v. ima basi coalitis; 5 exterioribus brevioribus. Styli 5. Capsula oblonga.

1. *O. Acetosella* (L. Sp. 620) acaulis, rhizomate repente dentato, foliis ternatis, foliolis obcordatis adpresse pilosis, scapo foliis longiore supra medium bibracteato, petalis oblongo-obovatis leviter emarginatis.

O. Acetosella. Dec. *Prodr. I*, p. 700. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 73. — Pall. *It. II*, p. 28. — Fisch. *Livl.* p. 234. — Lepechin. *It. III*, p. 40. 76. — Falk. *Beitr. II*, p. 181. — Güldenst. *It.* 18. 191. 288. 301. 426. 427; *II*, p. 396.

— Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 306. — Sievers in Pallas *n. nord. Beitr. VII*, p. 198. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 354. — Jundz. *Fl. lithuan* p. 141. — Mart. *Fl. mosq.* p. 81. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 37. — Besser. *Enum.* p. 17. Nr. 540. — Lucé. *Fl. osil.* p. 144. — Leder. *Fl. alt. II*, p. 188. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 209. — Fellm. *Ind. Kola.* 201. — Eichw. *Skisse.* p. 169. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 49. — Wirzén. *Fenn.* p. 37. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 285. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 166. — Wirzén. *Casan.* Nr. 117. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 713.

O. scapo unifloro, foliis ternatis, radice ramoso-articulata. Gmelin. *Fl. sib. IV*, p. 174. Nr. 89.

Oxys alba. Gilib. *Fl. lithuan. I*, p. 62. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 78.

Acetosella. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 8.

Hab. in Rossia arctica [territ. Kola (Fellmann)], septentrionali [Fennia! (Prytz, Wirzén, Schrenk *in litt.*), terrae Samojedarum reg. sylvat. (Schrenk)], media [a Newa ad m. ural. usque (Falk), Petropoli (Gorter, Weinmann), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fischer, Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichwald), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Tschernigow et Nowgorod (Güldenst.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kasan (Wirzén), pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [Podolia (Besser)], in provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.; — alt. 600 hexap., C. A. Meyer), in Caucaso (M. a Bieb., Koch *in litt.*), Imeretia (Güldenst.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi (Pall., Falk), reg. septentr. et pr. Turinsk (Lepech.), altaica! (Fl. alt.), baikal.! (Turcz.), in mont. Jablonnoi - Chrebet (Sievers). ♃.

Var. flor. roseis (Mart. l. c. — Besser l. c.). — Pr. Mosquam inque Volhynia et Podolia.

2. *O. corniculata* (L. Sp. 623) caulibus diffusis pilosis basi radicantibus, foliis ternatis, foliolis obcordatis, stipulis oblongis petiolo adnatis, petiolis 2—5floris folio brevioribus, pedicellis fructiferis refractis, radice ramoso-fibrosa, stolonibus nullis.

O. corniculata. Dec. *Prodr. I*, p. 692. — Falk. *Beitr. II*, p. 181. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 209. — Eichw. *casp. cauc.* p. 23.

O. corniculata β. villosa. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 159. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 713.

O. villosa. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 355. — Dec. *Prodr. I*, p. 692.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Eichw.), Imeretia (Koch *in litt.*), Mingrelia (Eichw., Koch *in litt.*), provinc. Talüsch pr. Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenacker) et alibi (Hohenacker), in litt. orient. m. caspii! (Karelin *pl. exs.*) inque Sibiria uralensi ad fl. Ui et Tschussowaja (Falk). ♃.

Ordo. XXX. Zygophyllaceae. Fischer.

Calyx 4—5partitus v. 4—5sepalus, aestivatione imbricatus. Petala 4—5, hypogyna, aestivatione convolutim imbricata. Stamina numero petalorum dupla, libera, hypogyna. Ovarium toro convexo, rarius depresso insidens, basi interdum glandulis distinctis v. in discum sinuatum coalitis stipatum, 5-, rarius 4-, rarissime 10-loculare: loculis 2-pluri-, rarissime 1-ovulatis, subinde septis transversis 2—4locellatis. Styli loculorum numero, in unum coaliti. Stigma simplex v. 4—5lobum. Fructus capsularis, 4—5 (rarissime 10-) locularis, loculicide dehiscens v. septicide in cocca bivalvia delabens: loculis dehiscentibus v. indehiscentibus. Semina in quovis loculo plura, abortu solitaria: testa membranacea. Albumen corneo-cartilagineum, rarissime nullum. Embryo

erectus v. leviter arcuatus: radicula supera. — Folia opposita, stipulata, epunctata.

Tribus I. Zygophylleae.

Fructus in carpella unilocularia longitudinaliter dehiscentia secedens. Semina albuminosa.

184. Zygophyllum. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 705. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 101. — Fisch. *Monogr. Zygophyllacearum.* — Meisner *gen.* p. 59. — *Comment.* p. 43. — Endlicher. *gen.* p. 1163.

Calyx 5sepalus, deciduus (in nostris speciebus) v. persistens: sepalis subinaequalibus. Petala 5. Stamina hypogyna, intus squamula aucta. Capsula 5locularis, 5angularis aut pentaptera, 5valvis: valvulis medio septiferis. Semina in quovis loculo plura v. abortu solitaria, sporophoro filiformi affixa.

1. *Z. macropterum* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 102) scabriusculum, caulibus herbaceis prostratis, foliis 3—5jugis petiolatis, foliolis planis ellipticis, floribus erectis, petalis integerrimis obtusis, capsulis oblongis alatis: alis coriaceis seminibus triplo quadroplove latioribus.

Z. macropterum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 140. — Fisch. l. c. p. 8. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 262. — C. A. Meyer et Bongard *Suppl. Fl. alt.* p. 17. Nr. 56. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 206.

Z. Sieversianum. Stephan *herb.*

Z. pinnatum. Chamiss. et Schlechtend. *in Linnaea V*, p. 48.

Hab. in gub. Orenburg! (Claus), ad litt. orient. m. caspii! (Karelin *pl. exs.*), in Sibiria altaicae des. barabensi! (Fl. alt.) et soongoro-kirghisico! (Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♃.

2. *Z. pterocarpum* (Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 103) glabrum glaucescens, caulibus herbaceis prostratis, foliis bijugis petiolatis, foliolis oblongis planis, floribus cernuis, petalis integris obtusis, capsulis oblongis alatis: alis membranaceis latitudiue seminum.

Z. pterocarpum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 382. — Fisch. l. c. p. 9.

Z. altaicum. Stephan *herb.* (ex Fisch.).

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Tschuja! (Fl. alt.). ♃.

3. *Z. Melongena* (Bunge in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 104) scabrum, caulibus herbaceis prostratis, foliis subbijugis petiolatis, foliolis planis elliptico-obovatis, floribus nutantibus, petalis integris obtusis, capsulis lato-ellipticis apteris.

Z. Melongena. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 218. — Fisch. l. c. p. 9.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Tschuja! (Fl. alt.). ♃.

4. *Z. subtrijugum* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 105) glabrum laeve, caulibus herbaceis prostratis, foliis petiolatis 3—4jugis, foliolis planis oblongis, floribus erectis, petalis . . . . ., capsulis cylindricis angulatis apteris.

Z. subtrijugum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 383. — Fisch. l. c. p. 9.

Hab. in Sibiriae altaicae deserto soongoro-kirghisico! (Fl. alt.). ♃.

Z. miniatum. CHAMISS. et SCHLECHTEND. *in Linnaea V*, p. 49, huic proximum videtur.

5. *Z. brachypterum* (KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 198) glabrum laeve, caulibus herbaceis erectis, foliis petiolatis unijugis, foliolis planis oblongis inaequilateris: latere interiore subexcisis, petalis . . . ., capsulis cylindraceis anguste alatis.

Hab. in argilloso-salsis ad littora meridionalia lacus Noor-Saisan (KARELIN et KIRIL.). ♃.

Simillimum Z. Fabagini, sed foliolis angustioribus et praesertim capsulis ala angusta cinctis haud aegre ab illo dignoscitur (KARELIN et KIRIL.).

6. *Z. Fabago* (L. SP. 551) glabrum laeve, caulibus herbaceis erectis, foliis petiolatis unijugis, foliolis planis obovato-oblongis oblongisve, petalis indivisis obtusis, capsulis cylindraceis vel oblongo-ellipsoideis acute angulatis apteris.

Z. Fabago. DEC. *Prodr. I*, p. 705. — PALL. *It. I*, p. 417. 420. 422; *III*, p. 655. 661. — S. G. GMELIN. *It. II*, p. 197. t. 28 (Wilde Kapern.); *IV*, p. 9. — LEPECH. *It. I*, p. 310. — FALK. *Beitr. II*, p. 175. — GÜLDENST. *It. I*, 154. 192. 224. 423. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 952. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 310. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 105. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 205. — FISCH. l. c. p. 10. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 231. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 261. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 155. — C. A. MEYER et BONGARD. *Suppl. Fl. alt.* p. 17. Nr. 57. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 716.

Z. foliis petiolatis, foliolis obovatis, caule herbaceo. GMEL. *Fl. sibir. IV*, p. 176. Nr. 93.

Hab. in Rossia media? [a fl. Oka orientem versus? (GEORGI)] et australi [ad Wolgam infer. a Zaritzyn meridiem versus (PALL., S. G. GMEL., FALK, CLAUS), pr. Astrachan! (LERCHE ex J. G. GMEL., CLAUS), in des. caspio (LEPECHIN, FALK) ad fl. Ural infer. (PALL.), in des. cumanensi (FALK) ad litt. orient. m. caspii! (KARELIN *pl. exs.*)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.), provinciis caucasicis [ad fl. Terek (GÜLDENST.), in Caucaso (M. a BIEB.), Iberia (GÜLDENSTÄDT, KOCH *in litt.*), territ. Elisabethpol inque provinc. Schirwan, Scheki et Karabagh (HOHENACK.), ubique ad m. casp. (C. A. MEYER), in provinc. Talüsch (C. A. MEYER, HOHENACK.), ad radicem m. Ararat (GÜLDENST.)] inque Sibir. altaica in des. ad fl. Irtysch! (FL. ALT.) et pr. Krasnojarsk? (GEORGI). ♃.

Multum variat quoad foliolorum et fructuum latitudinem ratione longitudinis.

7. *Z. Eichwaldii* (C. A. MEYER in EICHW. *casp. cauc.* p. 15. t. 14) glabrum laeve, caule herbaceo erecto, foliis petiolatis unijugis, foliolis planis sublinearibus, floribus erectis, petalis integris obtusis, capsulis subglobosis apteris.

Z. Eichwaldii. EICHW. *casp. cauc.* p. 3. 6. — FISCH. l. c. p. 11.

Z. coccineum. LEPECHIN. *It. I*, p. 310. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 952.

Hab. in Rossia australi [versus ostia fl. Ural pr. Gurjew! (LEPECHIN, CLAUS, EVERSMAN ex FISCHER), in litt. orient. m. caspii pr. Tjuk-karagan!, in sinu Balchan! (EICHW.) et alibi! (KARELIN *pl. exs.*)]. ♃.

Foliolis multo angustioribus et capsulis subglobosis ab antecedente diversum.

8. *Z. furcatum* (C. A. Meyer in Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 106) scabrum, caulibus herbaceis erectis, foliis petiolatis unijugis, foliolis carnosis linearibus planis cum petiolo continuis, floribus . . . ., petalis . . . ., capsulis cylindraceis angulatis acuminatis apteris.

Z. furcatum. Ledeb. *Ic. pl. Fl. ross.* p. 373. — Fisch. l. c. p. 12.

Hab. in Sibiriae altaicae des. kirghisorum ad radicem mont. Tschingistau! (Fl. alt.). ♃.

9. *Z. atriplicoides* (Fischer et Meyer ap. Fischer l. c. p. 12. — *Ind. I. sem. h. petropol.* [1835] p. 41) fruticosum, foliis pube stellata lepidotis simplicibus integerrimis oblongis obovatis ovatisve in petiolum attenuatis, petalis . . . ., capsulis oblongis alatis: alis coriaceis seminibus sublatioribus.

Hab. in Armenia (Szowits ex F. et M.). ♄.

Frutex arbusculiformis, 2—4pedalis, ramosissimus, distortus; trunco saepe pollicem v. sesquipollicem lato. Folia Atriplicis portulacoidis v. verruciferi foliis simillima, firma; juniora pube furfuracea stellata lepidota, demum subglabra. Stipulae brevissimae, latiores quam longae, acutiusculae et in nostra specie muticae. Flores ignoti. Capsula Z. macropteri, 5-locularis: loculis 2- (abortu mono-) spermis. Semina compressa, magna, 3 lin. longa, latitudine lineam excedentia, angulo interno supra medium affixa; raphe nunc cum seminum testa arcte connata, nunc libera. Fischer l. c.

Tribus II. Tribuleae.

Fructus in carpella indehiscentia transverse multilocularia secedens. Semina exalbuminosa.

185. Tribulus. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 703. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 107. — Fisch. *Monogr. Zygophyllacearum.* — Koch. *Syn.* p. 144. — Meisn. *gen.* p. 59. — *Comment.* p. 43. — Endlicher *gen.* p. 1162.

Calyx 5sepalus, deciduus. Petala 5. Stamina 10; alterna, sepalis opposita, ad basin extus glandula stipata. Stylus brevissimus v. nullus. Stigma hemisphaericum, 5radiatum. Fructus 5coccus: coccis demum sejunctis, indehiscentibus, dorso tuberculatis v. spinosis, septis transversalibus 2—4locellatis: locellis monospermis.

1. *T. terrestris* (L. Sp. 544) annuus procumbens, foliis 4—8jugis, foliolis subaequalibus subvillosis, pedicellis folio brevioribus, coccis tuberculatis 2—4spinosis, spinis variae longidudinis.

T. terrestris. Dec. *Prodr. I*, p. 703. — Pall. *It. I*, p. 372; *III*, p. 599. 654. — — S. G. Gmel. *It. I*, p. 172; *II*, p. 41. 198. — Lepech. *It. I*, p. 310. — Falk. *Beitr. II*. p. 175. — Güldenst. *It. I*, p. 191; *II*, p. 75. 175. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 311; *III*, p. 289. — Besser. *Enum.* p. 45. Nr. 1403. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 107. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 205. — Eichw. *Skisse.* p. 169. — Ej. *casp. cauc.* p. 3. 6. — Fischer l. c. p. 5. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 231. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 262. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 286. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 155. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 716.

T. bicornutus. FISCHER et MEYER in HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 155.

Hab. in Rossia australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), Jekaterinoslaw (HAUPT ex FISCHER), ad Tanain (S. G. GMEL., HENNING), Wolgam infer.! (PALLAS, S. G. GMEL., FALK, CLAUS), in des. caspio (LEPECH.), ad fl. Ural infer.! (PALL., CLAUS), in des. Calmuccorum (FALK), litt. orient. m. caspii! (EICHW, KARELIN *pl. exs.*), terr. Cosaccorum (GÜLDENST.), desert. cuman. (FALK)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.), ins. Taman!, in provinciis caucasicis [ad fl. Terek (GÜLDENST., C. A. MEYER), in Caucaso (M. a BIEB.), territ. Elisabethpol (HOHENACK.), Armenia (KOCH *in litt.*), provinc. Talüsch! (C. A. MEYER, HOHENACKER)] inque Sibiria altaica! (FL. ALT.) et transbaikalensi pr. Selenginsk (TURCZ.). ⊙.

Genus Zygophyllaceis et Geraniaceis affine.

186. Biebersteinia. STEPHAN.

in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. I, p. 126. t. 9. — DEC. *Prodr. I*, p. 707. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 225. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 60. — MEISN. *gen.* p. 59. — *Comment.* p. 43. — ENDLICHER *gen.* p. 1165.

Calyx 5partitus, persistens: sepalis 2 exterioribus latioribus. Petala 5, disco hypogyno imo calyci inserto adnata, aestivatione contorta, basi extus bifoveolata, intus callosa. Stamina 10, cum petalis inserta; alterna petalis opposita, longiora, extus basi glandula stipata. Ovaria 5, basi apiceque libera. Styli 5, ovariorum angulo interiori supra basin inserti, liberi, stigmatibus cohaerentes. Capsulae 5, monospermae.

1. *B. odora* (STEPHAN l. c.) foliis pinnatisectis: segmentis subdimidiato-cordatis pinnatifidis v. pinnatipartitis, petalis margine superiore subdenticulatis.

B. odora. DEC. *Prodr. I*, 708. — LEDEB. l. c. — BUNGE l. c. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 202.

Hab. in Sibiriae altaicae summ. alp. ad fl. Tschuja! (FL. ALT.), et m. Alatau ad fontes fl. Lepsa et Sarchan (KAREL. et KIRIL.). ♃. ♄.

2. *B. multifida* (DEC. *Prodr. I*, p. 708) foliis pinnatisectis: segmentis pinnatipartitis: laciniis integris v. bipartitis pinnatipartitisve: lacinulis linearibus, petalis (ex DEC.) dentatis.

Hab. ad litt. orient. m. caspii! (KARELIN *pl. exs.*). ♃.

Quid?: *Melianthus major.* GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1114. — In litt. orient. lac. Baikal (PALL. [?] ex GEORGI).

„ *sibiricus.* PALL. (?) ex GEORGI l. c. — A fl. Jenisei orientem versus inque Kamtschatka (GEORGI). — An (mendo calami) Melanthium sibiricum?

Zygophyllacearum distributio in Imperio rossico.

Genera.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.
Zygophyllum . . .	2	3	1	2	7	—
Tribulus	—	1	1	1	1	1
Biebersteinia . . .	—	1	—	—	1	—
	2	5	2	3	9	1

Zygophyllacearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	⊙.	♃.	♄.
Rossia media	—	2	—
Rossia australis . . .	1	4	—
Tauria	1	1	—
Provinciae caucasicae .	1	1	1
Sibiria altaica	1	8	—
Sibiria baikalensis . .	1	—	—

Tabula comparativa Zygophyllacearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum.				
	In Imperio rossico provenientium.	In Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae communium.	In Imperio ross., nec in Germania provenient.	In Germania, nec in Imper. ross. provenient.
Zygophyllum	9	—	—	9	—
Tribulus	1	1	1	—	—
Biebersteinia	2	—	—	2	—
	12	1	1	11	—

Tabula comparativa specierum e Zygophyllacearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum					Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia australi.	Tauria.	Provinc. caucas.	Sibiria altaica.	Sibiria baikal.	
Germaniae	1	1	1	1	1	1
Rossiae mediae . . .	2	1	1	2	—	2
Rossiae australi . . .	—	2	2	3	1	5
Tauriae	—	—	2	2	1	2
Provinciis caucasicis . .	—	—	—	2	1	3
Sibiriae altaicae . . .	—	—	—	—	1	9
Sibiriae baikalensi . .	—	—	—	—	—	1

Ordo. XXXI. Rutaceae. Bartling.

Calyx 3—5partitus: laciniis aestivatione imbricatis. Petala gynophori brevis stipitiformis imae basi inserta, calycis laciniis numero aequalia, iisdem alterna. Stamina cum petalis inserta, duplo v. rarius triplo eorundem numero. Ovarium gynophoro basi saepissime in discum carnosum, glandulosum expanso insidens, profunde 3—5lobum, 3—5loculare. Ovula in singulis loculis 2—4 v. plurima, placentae centrali biseriatim inserta. Stylus 1, e medio loborum. Stigma 3—5-gonum, sulcatum. Capsula nunc (in Pegano) 3locularis, loculicide 3-valvis, nunc 4—5loba: lobis apice introrsum dehiscentibus. Albumen carnosum. Embryo in axi albuminis, homotrope arcuatus v. rectus: radicula supera. — Folia alterna, exstipulata, saepissime glanduloso-punctata v. tuberculata.

187. Peganum. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 712. — Meisn. *gen.* p. 60. — *Comment.* p. 44. — Endlicher. *gen.* p. 1160.

Calyx 5-partitus, persistens: laciniis foliaceis, integerrimis v. pinnatifidis. Petala 5, ad basin gynophori inserta. Stamina 15, nonnulla abortiva cum petalis inserta: filamentis basi membranaceo-dilatatis. Ovarium disco hypogyno brevi, cupulaeformi insidens. Capsula subgloboso-3loba, 3locularis, loculicide 3-valvis, polysperma.

1. *P. Harmala* (L. Sp. 638) caule herbaceo, foliis multipartitis: laciniis oblongo-linearibus, sepalis basi subunidentatis corollam aequantibus v. superantibus.

P. Harmala. Dec. *Prodr. I*, p. 712. — Pall. *It. III*, p. 547. 550. 655. 661. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 21; *II*, p. 41. 197. t. 30; *IV*, p. 9. 44. — Lepech. *It. I*, p. 309. — Georgi *It. II*, p. 778. — Falk. *Beitr. II*, p. 183. — Güldenstädt *It. I*, p. 224. 256. 423. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 989. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 364; *III*, p. 461. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 205. — Eichw. *casp. cauc.* p. 5. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 234. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 262. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 155. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 716. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 208.

P. dauricum. Pall. *It. I*, p. 418 (teste Pall. *It. II*, p. 588).

P. foliis multifidis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 177. Nr. 96.

Hab. in Rossia media? [gub. Tula pr. Dedilowa? (S. G. Gmel.)] et australi [ad Wolgam infer.! (Pall., S. G. Gmel., Georgi, Claus), in des. casp. (Pall., Lepech., Falk), ad fl. Ural infer. (Pall., Claus), in des. Kirghisorum (Falk), des. cuman. (S. G. Gmel., Falk)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.), in provinciis caucasicis [Caucaso (M. a Bieb.), Iberia! (Güldenst., Wilhelms *pl. exs.*, Koch *in litt.*), pr. Derbend (Eichw.) et alibi ad m. casp. (C. A. Meyer), in ins. Swätoi m. casp. (S. G. Gmel.), provinc. Elisabethpol, Karabagh, Scheki, Schirwan et Talüsch, alt. 700 hexap. (Hohenack.) inque Armenia (Koch *in litt.*); in insulis fl. Lepsa ad radicem m. Alatau (Karel. et Kiril.)]. ♃.

2. *P. crithmifolium* (Retz. *Obs.* p. 34) caule fruticoso, foliis multipartitis: laciniis oblongis linearibusve demum divaricatis, sepalis basi edentulis corolla brevioribus.

P. crithmifolium. Willd. *Spec. pl. II*, p. 857. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 272. — Eichw. *casp. cauc.* p. 3. 7. 15. t. 15.

P. Harmala β. crithmifolium. Dec. *Prodr. I*, p. 712.

Mesembryanthemum caspicum. S. G. Gmel. *It. IV*, p. 48?

Hab. in litt. orient. m. caspii pr. Krasnowodsk! et Tjuk-karagan! (Eichw.), ad sinum Maugischlak (S. G. Gmel.) et alibi! (Karelin *pl. exs.*). 5.

188. Ruta. L. (excl. spec.)

Dec. *Prodr. I*, p. 709 (excl. §. 3 et 4). — Koch. *Syn.* p. 145. — Meisn. *gen.* p. 60. — *Comment.* p. 44. — Endlicher *gen.* p. 1160.

Calyx 4partitus. Petala 4: lamina fornicata, plerumque laciniata v. sinuata. Stamina 8: filamentis subulatis, glabris; antheris absque glandula terminali. Ovarium 4lobum, gynophoro poris nectariferis 8 insculpto insidens: loculis 6—12 ovulatis. Stylus sursum attenuatus. Stigma 4sulcum.

1. *R. graveolens* (L. Sp. 548 var. γ.) foliis subtripinnatisectis: segmentis obovato-oblongis; terminalibus obovatis, petalis denticulatis integerrimisve subito in unguem contractis, capsulis obtuse lobatis.

R. graveolens. Dec. *Prodr. I*, p. 710. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 952. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 309.

R. divaricata. Dec. *Prodr. I*, p. 710 (quoad pl. tauricam)?

Hab. in Tauria (Pallas, M. a Bieb.) inque Sibiria uralensi pr. Jekaterinenburg? (Uspenski). ♃. ♄.

2. *R. montana* (Löfl. *It.* p. 140. — ed. germ. p. 194) foliis ambitu oblongis bi-tripinnatisectis: segmentis linearibus, petalis integris versus basin attenuatis, capsulis obtuse lobatis.

R. montana. Dec. *Prodr. I*, p. 710.

Hab. in provinciis transcaucasicis occident. versus fines turcicas! (Nordmann). ♃. ♄.

Quid?: *R. divaricata.* Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 333. — In deserto soongoro-kirghisico ad fl. Kurtschum (Sievers).

189. Haplophyllum. Adr. de Juss.

in Mém. Mus. XII, p. 464, t. 17, f. 10. — Meisn. *gen.* p. 60. — *Comment.* p. 44. — Endlicher *gen.* p. 1161.

Calyx 5—6partitus. Petala 5 v. 6: lamina plana, integra. Stamina 10—12: filamentis basi dilatatis, intus villosis; antheris glandula minuta terminatis. Ovarium subgloboso-quinque-sexlobum, gynophoro poris nectariferis destituto insidens: loculis 1—4ovulatis dehiscentibus v. rarius indehiscentibus. Stylus sursum incrassatus. Stigma capitatum, 5—6sulcatum.

1. *H. obtusifolium:* caulibus basi ramosissimis fruticosis, foliis infimis spathulato-oblongis; caeteris sublinearibus ramisque tuberculatis subpuberulis, panicula subcorymbosa multiflora, calyce glabro, petalis elliptico-oblongis abrupte unguiculatis, capsulis tuberculatis villosiusculis: loculis in conum productis monospermis.

Ruta obtusifolia. Ledeb. in Eichw. *casp. cauc.* p. 3. 7. 37. t. 32.

Hab. in litt. orient. m. caspii! (Eichw., Karelin *pl. exs.*). ♄.

2. *H. villosum* (Adr. Juss. l. c. p. 465) caule foliisque oblongis

in petiolum attenuatis villoso-pubescentibus, panicula corymbosa multiflora, calyce villoso, petalis oblongis unguiculatis, capsulis villosis: loculis in conum productis acutis.

Ruta villosa. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 310. — Dec. *Prodr. I*, p. 711. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 205. — Eichw. *casp. cauc.* p. 30. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 231. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 155.

Hab. in provinciis caucasicis [promontorio occidentali alt. 400—500 hexap. (C. A. Meyer), Iberia et Caucaso orientali (M. a Bieb.), Somchetia (Eichw.), territorio Elisabethpol (Hohenack.) inque provincia Talüsch! alt. 670 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♃.

3. *H. suaveolens*: caule foliisque oblongis glabriusculis v. subvillosis, corymbi subconferti multiflori ramis pubescenti-villosis, calyce glaberrimo v. ciliato, petalis ellipticis brevissime unguiculatis, capsulis glaberrimis: loculis obtusis.

Ruta suaveolens. Dec. *Prodr. I*, p. 711.

Ruta linifolia. Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 309; *III*, p. 289. — Besser. *Enum.* p. 45. Nr. 1402. — Eichw. *Skizze.* p. 169.

α. caule foliisque subglabris, calycibus glaberrimis: laciniis ovato-orbiculatis obtusissimis denticulatis. — R. perforata. Stephan *herb.!*

β. caule foliisque pubescenti-villosis, calycibus longe ciliatis in disco plus minus villosis: laciniis ovato-lanceolatis acutiusculis integerrimis.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (Besser, Eichw.), Bessarabia (M. a Bieb.), gub. Cherson!, pr. Taganrog! (Elsingk *pl. exs.*)] inque Tauria! (Pall., M. a Bieb.). ♃.

An duae species hic confusae?

4. *H. Sieversii* (Fischer *in Enum. pl. nov. a cl.* Schrenk lect. p. 89) caule erecto ramosissimo, foliis subpetiolatis oblongis v. ovato-oblongis acutis subcrenulatis cauleque glabris, sepalis linearibus ciliolatis, petalis unguiculatis anguste oblongis, capsulae glabrae loculis monospermis.

Aplophyllum Sieversii. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 207.

Aplophyllum perforatum. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 199.

Ruta frutescens. Siev. reliq. (ex Fisch.).

Hab. in deserto soongoro-kirghisici rupibus montium Arganaty (Schrenk, Karel. et Kiril.), nec non in campis inter fl. Aksu et rivulum Kysilagatsch (Schrenk ex Fisch.), ad fl. Uldschar (Sievers ex Fisch., Karel. et Kiril.), in m. Kurtschum et Tarbagatai (Karel. et Kiril.). ♃.

Species pulchra, grandis, in genere facile maxima, bipedalis v. etiam altior, ramosissima: ramis infimis oppositis. Radix lignosa, ut videtur, repens. Folia glaucescentia, punctis (glandulis) saepe nigricantibus adspersa, plerumque obsolete crenulata; alia latissima, subovata, $1\frac{3}{4}$ poll. longa, pollicem lata, 5nervia; alia minora, praesertim angustiora, 3nervia. Corymbi terminales, ramosissimi. Flores parvi. Calyx minutus. Corolla calyce multo major, aurea. Stamina basi dilatata, facie villosa, dorso glandulosa, apice abrupte attenuata, setacea. Capsula parvula, glabra, glanduloso-tuberculata (Fischer l. c.).

5. *H. latifolium* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 200) glaberrimum, caule erecto ramosissimo, foliis petiolatis alternis lanceolatis utrinque acutis pellucido-punctatis, sepalis lato-ovatis acutiusculis, filamentorum appendicibus brevibus barbato-ciliatis, capsulis . . . . .

Hab. in rupestribus montium Tarbagatai ad torrentem Dschany-bek (KARELIN et KIRIL.). ♃.

H. Sieversii simile, sed folia floresque majores et calycis forma diversa (KAREL. et KIRIL.).

6. *H. lineare:* foliis integris linearibus glabris subtus punctatis, corymbis paucifloris dichotomis, petalis lineari-oblongis, capsulis glabris trilobis.

Ruta linearis. DEC. *Prodr. I*, p. 712.

Hab. „in Sibiria australi" (DEC.). ♃.

Mihi ignotam. — An a H. davurico diversum?

7. *H. thesioides*: foliis integris lineari-lanceolatis glabris, caulibus apice puberulis, corymbo coarctato, sepalis subrotundis, petalis ovatis, filamentis basi dilatatis et intus hirsutis.

Ruta thesioides. FISCH. ap. DEC. *Prodr. I*, p. 712.

Hab. ad litt. orient. m. casp. sin. Mangischlak (FISCH. ex DEC.). ♃.

Mihi ignotum. — Affine videtur H. suaveolenti α.

9. *H. davuricum*: caule foliisque lineari-oblongis glabris, corymbi pauciflori ramis puberulis, calyce subciliato, petalis oblongis, filamentis infra medium ciliatis, capsulis glaberrimis, loculis obtusis.

Peganum davuricum. L. Sp. 638. — PALL. *It. II*, p. 588; *III*, p. 257. — SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174. — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 990.

Peganum. PALL. *It. III*, p. 278.

Ruta dahurica. DEC. *Prodr. I*, p. 712. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 108. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 287.

Ruta foliis simplicibus alternis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 176, Nr. 95, t. 68, f. 1.

Harmala montana, daurica, perennis, multicaulis, Polygalae folio, albo flore. MESSERSCHM. in AMMAN. *ruth.* p. 70. Nr. 91.

Harmala montana, Polygalae foliis, floribus luteis. AMMAN. *ruth.* p. 71. Nr. 92.

Hab. in Sibiria altaica (PALL.), transbaikalensi! (J. G. GMELIN, SIEVERS, TURCZ.) et Davuria! (MESSERSCHM. ex AMMAN, PALL., TURCZ., SCHTSCHUKIN *pl. exs.*). ♃.

190. Tetradiclis. STEVEN.

in M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 648. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 226. — MEISN. *gen.* p. 131. — *Comment.* p. 96. — ENDLICHER. *gen.* p. 1161. — BUNGE *in Linnaea XIV*, p. 161. t. 1. — FENZL *in Linnaea XV*, p. 289. t. 2. — (Anatropa) EHRENBERG *in Linnaea IV*, p. 402.

Calyx 3—4partitus, persistens. Petala 3 v. 4, persistentia. Stamina 3 v. 4. Ovarium disco insidens, 3—4lobum, 3—4loculare: loculis 3locellatis: locello intermedio 4-; lateralibus 1-ovulatis: ovulis omnibus placentae ex angulo interno locelli intermedii adscendentis apici funiculis brevibus affixis, pendulis. Stylus simplex, persistens. Stigma 3—4sulcum. Capsula 3—4locularis, loculicide dehiscens: epicarpio demum soluto valvulas 3—4 simulante; dissepimenti laminis crassis, demum solutis, cavis, semen solitarium includentibus, deciduis; locello intermedio subtetraspermo.

1. *T. salsa* (STEVEN l. c.) cymis scorpioideis racemosis elongatis, floribus distantibus pedicellatis.

T. salsa. C. A. Meyer l. c. — Bunge l. c. p. 178. — Bunge *Ind. sem. h. dorpat.* a. 1841. p. VIII. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 361.
Anatropa tenella. Ehrenb. l. c. p. 404.
Plantula maxime singularis etc. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 277. — Schult. *S. V. VII*, p. 56, in adnot.

Hab. in des. cuman. circa rivum Gorkaja (Steven), in provinc. Schirwan inter rivulum Pirsagatt et oppidum Sallian! (C. A. Meyer), in salsis des. soongoro-kirghisici inter Usunbulak et Gorkoi piket (Karel. et Kiril.). ⊙.

2. *T. Eversmanni* (Bunge l. c. p. 178) cymis scorpioideis racemosis elongatis, floribus subglomerato-confertis subsessilibus.

T. salsa. Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 319.

Hab. in salinis deserti caspii circa rivulorum et lacum margines, praesertim ad fluvios Useen et pr. m. Arsargar! (Claus). ⊙.

Ulteriore observatione eruendum, utrum sit distincta species, nec ne.

Rutacearum distributio in Imperio rossico.

Genera.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baikalensi.	In Davuria.
Peganum	1	2	1	1	—	—	—	—
Ruta	—	—	1	1	1	—	—	—
Haplophyllum	—	3	1	1	1	4	1	1
Tetradiclis	—	1	—	1	—	—	—	—
	1	6	3	4	2	4	1	1

Tabula comparativa Rutacearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum				
	in Imperio rossico provenientium.	in Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae communium.	in Imperio rossico, nec in Germania provenientium.	in Germania, nec in Imperio rossico provenientium.
Peganum	2	—	—	2	—
Ruta	2	3	1	1	2
Haplophyllum	8	—	—	8	—
Tetradiclis	2	—	—	2	—
	14	3	1	13	2

Rutacearum Florae rossicae distributio quoad durationem.

Regiones.	⊙.	♃.	♄.
Rossia media	—	1	—
Rossia australis	1	3	2
Tauria	—	3	1
Provinciae caucasicae	1	3	1
Sibiria uralensis	—	2	1
Sibiria altaica	—	4	—
Sibiria baikalensis	—	1	—
Davuria	—	1	—

Tabula comparativa specierum e Rutacearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum							Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia australi.	Tauria.	Provinciis caucasicis.	Sibiria uralensi	Sibiria altaica.	Sibiria baikalensi.	Davuria.	
Germaniae	—	1	—	1	—	—	—	3
Rossiae mediae . . .	1	1	1	—	—	—	—	1
Rossiae australi . . .	—	2	1	—	—	—	—	6
Tauriae	—	—	1	1	—	—	—	3
Provinciis caucasicis .	—	—	—	—	—	—	—	4
Sibiriae uralensi . . .	—	—	—	—	1	—	—	2
Sibiriae altaicae . . .	—	—	—	—	—	1	1	4
Sibiriae baikalensi . .	—	—	—	—	—	—	1	1
Davuriae	—	—	—	—	—	—	—	1

Ordo. XXXII. Diosmeae. Adr. de Juss.

Calyx 4—5fidus v. partitus, persistens v. deciduus: laciniis aestivatione imbricatis. Petala calycis laciniis numero aequalia, iisdem alterna, sub disco hypogyno, libero v. rarissime calycis basi adnato inserta. Stamina cum petalis inserta, hypogyna v. rarissime perigyna, iisdem numero aequalia, rarius dupla. Ovaria sessilia v. gynophoro imposita, disco cincta v. plus minus immersa, petalis numero aequalia aut pauciora (5—3), unilocularia, libera v. plus minus coalita, apice semper distincta. Ovula in loculis 2, collateralia, rarissime 4. Styli ovariorum numero, basi distincti, mox in unum coaliti, rarius solis apicibus cohaerentes. Stigmata in capitulum 3—5sulcum v. breviter lobatum coalita. Capsula 3—5cocca: coccis abortu 1-, rarissime 2-spermi: epicarpio subcoriaceo, apice sutura ventrali dehiscente; endocarpio cartilagineo, soluto, elastice bilobo, marginibus v. basi membranacea saepe cum semine secedente. Albumen carnosum v. nullum. Embryo rectus v. subincurvus. Radicula supera.

Tribus I. Dictamneae. Bartl.

Flores irregulares. Petala libera. Stamina duplo petalorum numero, libera. Ovaria petalis numero aequalia, subdistincta, 4-ovulata. Styli superne coaliti. Seminum testa tenuis, atra, nitida. Embryo intra albumen carnosum rectus.

191. Dictamnus. L.

Dec. *Prodr. I*, p. 712. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 108. — Koch. *Syn.* p. 145. — Meisn. *gen.* p. 61. — *Comment.* p. 45. — Endlicher. *gen.* p. 1159.

Calyx 5partitus, deciduus. Petala 5, unguiculata, inaequalia. Stamina 10, diaclinata. Ovaria 5, gynophoro stipitiformi, brevi, crasse insidentia, basi coalita, unilocularia; loculis 3—4ovulatis.

1. *Fraxinella* (Pers. *Syn. I*, p. 464) petalis elliptico-oblongis; lateralibus obtusiusculis; caeteris acutis, foliolis oblongis ellipticisve serrulatis.

D. Fraxinella. Dec. *Prodr. I*, p. 712. — Güldenst. *It. I*, p. 421. 428. — Besser. *Enum.* p. 16. Nr. 484. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 109. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 205. — Eichwald. *Skisse.* p. 169. — Ej. *casp. cauc.* p. 22. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 262. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 288. — Fisch. et Meyer. *Ind. sem. h. petropol. (1840) VI*, p. 7. — C. A. Meyer et Bongard *Suppl. Fl. alt.* p. 17. Nr. 58. — Karelin et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 201.

D. albus. L. Sp. 548. — Gmel. *Fl. sib. VI*, p. 177. Nr. 97. — Pall. *It. I*, p. 176; *II*, p. 518. 555. — Lepech. *It. I*, p. 231. — Falk. *Beitr. II*, p. 175. — Güldenst. *It. I*, p. 192. 422; *II*, p. 19. 146. 262. — Pall. *Ind. Taur.* — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 261. 280. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 951. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 309. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 231.

D. angustifolius. G. Don. — Fischer et Meyer. *Ind. VI, sem. h. petropol. (1840)* p. 7.

Hab. in Rossia media [Lithuania et Volhynia (Georgi), gub. Perm (Falk), Simbirsk pr. Sysran (Pall.), Saratow (Lepech.)] et australi [Podolia (Andrz., ex Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst.), pr. Taganrog! (Elsinck *pl exs.*), in terra Cosaccorum (Güldenst.), ad Tanain (Falk, Henning) et Wolgam inferiorem (Claus)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek inque Kabarda (Güldenst.), ad m. Beschtau (C. A. Meyer), in Caucaso (M. a Bieb.), Iberia et Mingrelia (Eichw.), Kachetia et Somchetia (Güldenst.), territ. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.) circa radicem m. Ararat (Güldenst.)] inque Sibiria altaica! (Pall., Fl. alt.), des. soongoro-kirghisico (Sievers), circa m. Tarbagatai ad fl. Uldschar et alibi frequens (Karel. et Kiril.) et Davuria ad fl. Argun! (J. G. Gmel., Frisch *pl. exs.*) et Schilka (Turcz.). ♃.

Ludit: a) foliis 3—4jugis cum impari: foliolis latioribus ellipticis v. ovato-ellipticis serratis, rachi evidenter marginata. — In Rossia australi, Tauria et provinciis caucasicis.

b) foliis sub4jugis cum impari: foliolis angustioribus oblongis subacuminatis serratis, rachi obscure marginata. — In Sibiria altaica.

c) foliis sub5jugis cum impari: foliolis angustioribus oblongis acuminatis acutius serratis, rachi late marginata. — In Davuria.

Subclass. II. CALYCIFLORAE.

Calyx gamosepalus: sepalis nempe plus minusve inter se coalitis. Petala et stamina disco, basi calycis adnato, inserta, vel calyx, ovario adnatus, petala et stamina vel corollam monopetalam gerens.

Ordo. XXXIII. Staphyleaceae. Bartling.

Calyx 5partitus: laciniis aestivatione imbricatis. Petala 5, disco hypogyno libero, margine crenulato imposita v. sub disco margine inserta, calycis laciniis alterna, aestivatione imbricata. Stamina cum petalis inserta, iisdem alterna. Ovaria 2—3, basi v. juxta totam longitudinem in unum bi-triloculare, bi-trilobum connata. Ovula in loculorum

angulo centrali plura 1—2seriata, horizontalia v. adscendentia. Styli ovariorum numero, distincti v. subcoaliti, demum sejuncti. Fructus nunc capsularis, 2—3lobus: lobis apice sutura centrali apertis; nunc baccatus, indehiscens. Semina in loculis pauca v, abortu solitaria, globosa, basi truncata, exarillata: testa ossea, nitida. Albumen carnosum, parcum v. subnullum, ad membranam tenuem redactum. Cotyledones plus minus crasse carnosae. — Folia trifoliolata v. pinnata.

192. Staphylea. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 2. — Koch. *Syn.* p. 146. — Meisn. *gen.* p. 67. — *Comment.* p. 48. — Endlicher *gen.* p. 1085.

Calyx 5partitus, coloratus. Petala 5, disco libero, complanato inserta. Stamina 5, cum petalis inserta. Ovaria 2—3, basi v. per totam longitudinem coalita. Capsula membranacea, vesiculoso-inflata, 2—3locularis, 2—3loba: loculis oligospermis, apice sutura ventrali dehiscentibus.

1. *S. pinnata* (L. Sp. 386) foliis pinnatis: foliolis 5—7 oblongis ellipticisve glaberrimis serratis, floribus racemoso-paniculatis, capsulis membranaceis inflatis.

S. pinnata. Dec. *Prodr. II*, p. 3. — Pall. *Fl. ross.* (ed. min.) *II*, p. 56. — Güldenst. *It. I*, p. 190. 245. 421. 429. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 865. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 246. — Besser. *Enum.* p. 13. Nr. 378. — Eichw. *Skizze.* p. 169. — Ej. *casp. cauc.* p. 24.

Hab. in Rossia media [Volhynia (Georgi, Besser)] et austr. [Podolia (Georgi, Besser, Eichw.)] inque provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), Mingrelia (Eichw.), Imeretia (Güldenst.), Iberia! (M. a Bieb., Eichw., Wilhelms *pl. exs.*) et Kachetia (Güldenst.)]. ♄.

Ordo. XXXIV. Celastrineae. Bartl.

Calyx 4—5fidus v. partitus: laciniis aestivatione imbricatis. Discus carnosus, annularis v. orbiculatus, calycis fundum vestiens, liber v. interdum ovario adhaerens. Petala 4 v. 5, calycis laciniis alterna, sub disci margine inserta, aestivatione imbricata. Stamina petalis numero aequalia et alterna; nunc cum iisdem sub disci margine inserta; nunc ipso margini continua, nonunquam disco intra marginem imposita. Ovarium sessile, disco plus minus immersum, liberum v. interdum basi eidem adnatum, 2—3—4loculare. Ovula in loculis solitaria v. saepissime gemina, collateralia, e basi erecta v. adscendentia, rarius plura, biserialia, adscendentia. Stylus brevis, crassus. Stigma minute 2—3—5lobum. Fructus 2—5locularis, nunc indehiscens, drupaceus v. interdum samaroideus: loculis 1spermis, nunc capsularis, loculicide dehiscens: loculis abortu 1—v. rarius 2-rarissime polyspermis. Semina arillo carnoso v. pulposo inclusa, rarissime exarillata: testa crustacea v. membranacea. Albumen carnosum, copiosum. Cotyledones foliaceae. — Folia simplicia.

Tribus I. Evonymeae.

Fructus capsularis, loculicide dehiscens.

193. Evonymus. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 3. — Koch. *Syn.* p. 147. — Meisn. *gen.* p. 68. — *Comment.* p. 48. — Endlicher *gen.* p. 1086.

Calyx planus, 4—5fidus. Petala 4 v. 5, sub disco perigyno, carnoso inserta. Stamina 4 v. 5, glandulis supra discum prominulis inserta. Capsula 3—5angularis, 3—5locularis: loculicide dehiscens: valvis coriaceis, medio septiferis. Semina in loculis gemina v. abortu solitaria, arillo succulento, colorato ad medium, vel tota, inclusa.

1. *E. europaeus* (L. Sp. 286, var. α) glaber, ramis tetragonis laevibus, foliis oblongis ellipticisve serrulatis subtus ad venas asperulis, pedunculis subdichotomis, petalis oblongis obtusis, disco margine nudo, capsulis sub4lobis laevibus glabris apteris, arillo totum semen involvente.

D. europaeus. Dec. *Prodr. II*, p. 4. — Pall. *It. III*, p. 315. — Lepech. *It. I*, p. 219. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 130; *IV*, p. 34. — Fisch. *Livl.* p. 205. — Güldenst. *It. I*, p. 55. 71. 108. 148. 189. 429; *II*, p. 89. 91. 95. 129. 133. 155. 166. 171. 178. 181. 187. 192. 197. 203. 207. 208. 225. 230. 273. 286. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 154. — Pall. *Ind. Taur.* — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 259. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 795. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 169. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 71. — Lucé. *Fl. osil.* p. 66. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 18. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 133 (excl. var. β). — Eichw. *Skizze.* p. 169. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — Wirzén. *Fenn.* p. 18. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 101 — Fleisch. et Lindemann. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 91. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 717.

E. vulgaris. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 41. — Falk. *Beitr. II*, p. 134. — Besser *Enum.* p. 11. Nr. 274. — Mart. *Fl. mosq.* p. 43.

E. angustifolius. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 128. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 278. — Güldenst. *It. I*, p. 117; *II*, p. 230. 298. 321. 326. 343.

E. quadrigonus. Güldenst. *It. I*, p. 420.

E. latifolius. S. G. Gmel. *It. I*, p. 130. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 129. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 278, c. icone. — Güldenst. *It. I*, p. 108; *II*, p. 28. 78. 85. 127. 230. 198. 321. 326. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 72. — Com. *de Bray. Hist. de la Livonie III*, p. 352.

E. floribus plerisque quadrifidis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 116. Nr. 83.

Evonymus. Güldenst. *It. I*, p. 48; *II*, p. 199. 219. 232. 255. 259. 262. 264. 265. 274. 277. 281. 290. 296. 301. 311. 330. 362.

Hab. in Rossia (Falk) media [ins. aland. (Wirzén) et Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Com. de Bray, Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Tschernigow (Güldenst.), Mosqua (Steph., Mart.), Kursk (Böber, Höfft.), Woronesch (S. G. Gmel.), Tambow (Güldenst.), Saratow (Lepech.)] et australi [Kiew (Güldenst., Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser, Eichwald), Ucrania et Jekaterinoslaw (Gerber ex J. G. Gmel., Güldenst.), terr. Cosaccorum (Güldenst.), ad Tanain (Güldenst., Henning)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Kuma (Güldenst.) et Terek (S. G. Gmelin, Güldenst.), in promontor. caucasico inque m. Beschtau alt. 150—600 hexap. et pr. castellum Grosnaja (C. A. Meyer), in Caucaso (M. a Bieb.), Ossetia (Koch *in litt.*), Imeretia et Kachetia (Güldenst.), territ. Elisabethpol, provinc. Karabagh et Talüsch pr. Astara (Hohenack.)] inque Sibir. uralensi ad fl. Tobol (Georgi). ♄.

2. *E. velutinus* (Fischer et Meyer in Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 101) pubescens, ramis subtetragonis laevibus, foliis elliptico-oblongis serrulatis, umbellis simplicibus folio brevioribus, petalis oblongis obtusis, disco margine nudo, capsulis profunde 4lobis pubescentibus apteris, arillo totum semen involvente.

E. europaeus β. velutinus. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 134.

Hab. in provinc. caucas. sylvis Talüsch ad rivum Lenkoranka inter Lenkoran et Suwant, alt. 80—500 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.). ♄.

Affinis E. europaeo, a quo pube molli omnium partium et umbellis simplicibus pedunculo brevi suffultis haud aegre dignoscitur (F. et M. l. c.).

3. *E. fibrilliferus* (Fisch. et Meyer in Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 102) glaber, ramis teretiusculis laevibus, foliis elliptico-oblongis serrulatis subtus subpuberulis, umbellis di-trichotomis folio subbrevioribus, petalis oblongis, disco margine fibrillifero, ovario glabro quadriloculari.

Hab. in dumetis ad rivum Gandscha pr. Helenendorf territor. Elisabethpol! (Hohenack.). ♄.

Discus ex ipsissimo margine vel paulo infra marginem fimbrias profert, nunc liberas 1, 2, 3, nunc plures in laminam multifidam coalitas. Hac nota species modo proposita a simili E. europaeo (forsan etiam ab omnibus speciebus hujus generis adhucdum descriptis) diversissima (F. et M. l. c.).

4. *E. verrucosus* (Scop. *Fl. carniol. I*, p. 166) glaber, ramis teretibus verrucosis, foliis oblongis ellipticisve serrulatis, umbellis subsimplicibus folio longioribus, petalis suborbiculatis, disco margine nudo, capsulis sub4lobis obtusangulis laevibus apteris, arillo semen dimidium tegente.

E. verrucosus. Dec. *Prodr. II*, p. 4. — Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 130. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 279. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 796. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 170. 423. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 71. — Mart. *Fl. mosq.* p. 43. — Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 275. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 18. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 134. — Eichwald *Skizze.* p. 169. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 175. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 262. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 91. — Wirzén. *Casan.* Nr. 118.

E. pannonicus. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 41.

Hab. in Rossia media [Livonia!, Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.), Kursk (Höfft.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén, C. A. Meyer *in litt.*)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning) et Wolgam (Claus)], Tauria (Pallas, M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [promont. caucas. in m. Beschtau, alt. 150—600 hexap. et pr. castellum Grosnaja (C. A. Meyer), territ. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.)] inque Sibiria uralensi (Lessing). ♄.

5. *E. latifolius* (Scop. *Fl. carniol. I*, p. 165) glaber, ramis teretibus subcompressis laevibus, foliis ellipticis serrulatis acuminatis glabris, umbellae radiis 2—3floris, floribus pluribus pentameris, petalis ellipticis, disco margine nudo, capsulis sub5lobis alato-angulatis, arillo totum semen involvente.

E. latifolius. Dec. *Prodr. II*, p. 4. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 170. 423. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 134. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 22. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 102. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 717.

Hab. in Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinc. caucas. (M. a Bieb.) [promont. caucas., m. Beschtau (alt. 150—600 hexap.) et pr. castellum Grosnaja (C. A. Meyer), Ossetia (Koch *in litt.*), Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*, Eichw.).

provinc. occident.! (NORDMANN *pl. exs.*), Mingrelia (EICHW.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.) et Talüsch, alt. 600—700 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ♄.

6. *E. nanus* (M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 160) glaber, ramis subquadrangulis striato-sulcatis laevibus, foliis oblongo-linearibus apice subserrulatis margine revolutis, pedunculis 1—3floris folio sublongioribus, petalis lato-ovatis, disco margine nudo, capsulis . . . . ., arillo . . .

E. nanus. DEC. *Prodr. II*, p. 4.

Cneorum tricoccon. GÜLDENST. *It. I*, p. 422?

Hab. in provinciis caucasicis [Kabarda, circa thermas constantinomontanas (STEVEN ex M. a BIEB.), in Kachetia ad rivum Ksani (GÜLD.)]. ♄. — Vidi cult.

Celastrinearum distributio in Imperio rossico.

Genus.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.
Evonymus	2	2	3	6	2

Tabula comparativa Celastrinearum Florae rossicae et germanicae.

Genus.	Numerus specierum				
	in Imperio rossico provenient.	in Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae commun.	in Imperio rossico, nec in Germania provenient.	in Germania, nec in Imperio rossico provenient.
Evonymus	6	3	3	3	—

Tabula comparativa specierum e Celastrinearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum					Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinciis caucasicis.	Sibiria ural.	
Germaniae	2	2	3	3	2	3
Rossiae mediae	—	2	2	2	2	2
Rossiae australi	—	—	2	2	2	2
Tauriae	—	—	—	3	2	3
Provinciis caucasicis . . .	—	—	—	—	2	6
Sibiriae uralensi	—	—	—	—	—	2

Ordo. XXXV. Rhamneae. R. Br.

Calyx 5-rarius 4fidus: laciniis aestivatione valvatis; tubo libero v. inferne aut rarius per totam fere longitudinem cum ovario v. cum ovarii

basi connato. Petala calycis laciniis numero aequalia, calycis fauci, rarissime tubo paullo demissius, saepissime ad marginem disci inserta, limbi laciniis numero aequalia et alterna, iisdem saepissime breviora. Stamina cum petalis inserta, iisdem dum adsunt opposita, calycis laciniis alterna et numero aequalia. Ovarium disco saepissime immersum, e carpidiis 3, rarius 2, rarissime 4 conflatum, carpidiorum marginibus in dissepimenta introflexis 3-, rarius 2- v. 4loculare: loculis 1-, rarissime 2ovulatis: ovulis erectis. Styli loculorum numero, plus minus inter se connati. Stigmata simplicia, coalita v. distincta. Albumen carnosum, parcum, interdum nullum. Embryo orthotropus; radicula infera.

Tribus I. Paliureae. REISSECK ex ENDLICHER.

Fructus semiinferus, siccus, alatus, nuce lignosa foetus.

194. Paliurus. TOURNEF.

DEC. *Prodr. II*, p. 22. — KOCH. *Syn.* p. 148. — MEISN. *gen.* p. 71. — *Comment.* p. 51. — ENDLICHER *gen.* p. 1095.

Calyx subplanus, 5fidus, deciduus; basi circumscissa remanente, fructui adhaerente. Petala et stamina 5, disci margini inserta. Styli 3. Fructus siccus, spongioso-coriaceus, indehiscens, superne in alam orbicularem expansus, 3locularis, 3spermis.

1. *P. aculeatus* (LAM. *Illustr.* t. 210) ramulis pubescentibus, foliis ovatis trinerviis, ala fructus crenulata.

P. aculeatus. DEC. *Prodr. II*, p. 22. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 133. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 98. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 717.

P. australis. GÄRTN. *de fruct. et sem. pl. I*, p. 203. t. 43. — EICHW. *casp. cauc.* p. 5. 20. 23. 27. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 227.

Paliurus. S. G. GMEL. *It. IV*, p. 107.

Zizyphus Paliurus. WILLD. *Spec. pl. I*, p. 1103. — M. a BIEBERST. *Fl. t. c. I*, p. 169. 423.

Zizyphus Spina Christi. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 795.

Rhamnus Paliurus. L. SP. 281. — PALL. *Fl. ross. II*, p. 27. t. 15. — GÜLDENST. *It. I*, p. 190. 239. 420. 421. 422. 443. — PALL. *Ind. Taur.*

Rhamnus Spina Christi. S. G. GMEL. *It. IV*, p. 27.

Rhamnus floribus trigynis, aculeis geminatus, altero inferiore reflexo. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 106. Nr. 84.

Hab. in Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinc. caucas. (M. a BIEB.) [ad fl. Terek infer. (S. G. GMEL., GÜLDENST., C. A. MEYER), pr. castellum Grosnaja (C. A. MEYER), Imeretia (GÜLD.), Mingrelia et Iberia! (EICHW.), Kachetia! et Somchetia (GÜLDENST., EICHW.), territor. Elisabethpol (EICHW., HOHENACK.), provinc. Karabagh (HOHENACK.), in planitiebus et collibus versus m. casp. (LERCHE ex J. G. GMELIN, vix ultra 300 hexap. alt., C. A. MEYER), pr. Derbend! (S. G. GMELIN, EICHWALD) inque prov. Talüsch pr. Lenkoran! et alibi (HANSEN *pl. exs.*, HOHENACK.)]. ♄.

Tribus II. Franguleae. REISSECK ex ENDLICHER.

Fructus superus v. semiinferus, drupaceus v. capsularis, coccis indehiscentibus v. intus rima apertis.

195. Zizyphus. Tournef.

Dec. *Prodr. II*, p. 19. — Koch *Syn.* p. 147. — Meisn. *gen.* p. 71. — *Comment.* p. 51. — Endlicher *gen.* p. 1096.

Calyx planus, 5fidus, deciduus; basi circumscissa remanente, fructui adhaerente. Petala et stamina 5, disci margini inserta. Styli 2—3. Drupa succulenta, aptera: pyrena 2—3- v. abortu, ilocularis: loculis monospermis.

1. *Z. vulgaris* (Lam. *Illustr. I*, t. 185. f. 1) foliis ovatis retusis serrato-crenatis glabris, ramulis glabris puberulisve, aculeis nullis aut geminis; altero recurvo, drupis ovato-oblongis.

Z. vulgaris. Dec. *Prodr. II*, p. 19. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 795. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 133.

Rhamnus Zizyphus. Pall. *Fl. ross. II*, p. 24. t. 59. — Güldenst. *It. I*, p. 254?

Hab. in Kachetia et in ora australi-occident. m. caspii (Pall.), pr. Baku! (C. A. Meyer) et Tiflis? (Güldenst.). ♄.

196. Rhamnus. L. (excl. spec.)

Dec. *Prodr. II*, p. 23. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 252. — Koch *Syn.* p. 148. — Meisn. *gen.* p. 71. — *Comment.* p. 51. — Endlicher *gen.* p. 1097.

Calyx 4—5fidus, deciduus; basi circumscissa persistente: tubo campanulato v. turbinato; limbo patente v. reflexo. Petala nulla v. 4—5 et stamina 4—5 disci margini inserta. Styli 2—4, basi connati. Drupa baccata, succulenta vel subsicca, 2—4pyrena: pyrenis monospermis.

Sect. I. *Cervispina.* Dill. Flores polygamo-dioici, tetrameri. Stylus 2—4fidus.

1. *R. cathartica* (L. Sp. 279) spinis terminalibus alaribusque, foliis suborbiculato- v. oblongo-ellipticis, petiolo stipulis duplo triplove longiore, drupis globosis tetraspermis calycis basi persistenti convexiusculae insidentibus, rima seminum clausa basi apiceque cartilagineo-marginata.

R. cathartica. Dec. *Prodr. II*, p. 24. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 37. — Pall. *It. I*, p. 192; *III*, p. 530. 584. — Fisch. *Livl.* p. 204. — Falk. *Beitr. II*, p. 133. — Pall. *Fl. ross. II*, p. 24, t. 61, f. A. B. — Güldenst. *It. I*, p. 423. 451; *II*, p. 65. 153. 166. 178. 182. 187. 203. 207. 233. 273. 277. 281. 311. 343. — Pall. *Ind. Taur.* — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 292. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 791. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 167. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 79. — Mart. *Fl. mosq.* p. 42. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 62. — Besser. *Enum.* p. 11. Nr. 272. — Lucé. *Fl. osil.* p. 62. — Ledeb. *Fl. alt. I*, p. 252. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 133. — Eichwald. *Skizze.* p. 169. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 222. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 262. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 26. — Wirzen. *Fenn.* p. 18. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 99. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 91. — Wirzén. *Casan.* Nr. 119. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 717.

R. solutivus. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 104.

R. spinosus. Gilibert. *Fl. lithuan. V*, p. 132. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 282.

R. Wihhor. Lucé. *Fl. osil.* p. 62. — Dec. *Prodr. II*, p. 28.

Rhamnus. S. G. Gmel. *It. IV*, p. 4.

Hirschdorn. Pall. *It. I*, p. 179, 180.

Rhamnus spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis. Gmelin. *Fl. sib. III*, p. 106. Nr. 83 (pl. sibirica).

Hab. in Rossia (FALK) septentr. [Fennia (PRYTZ, WIRZÉN)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia! (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHWALD), Mosqua (MART.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN)] et australi [pr. Kiew (GÜLDENST., TRAUTVETTER *in litt.*), in Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania et terra Cosaccorum (GÜLDENST.), ad Tanain (HENNING) et Wolgam (PALL., S. G. GMEL.), in des. caspio (PALL., CLAUS), transuralensi (FALK) et cumanensi (PALL.)], Tauria (PALL., M. a BIEB.), provinc. caucas. (M. a BIEB.) [promont. caucas, m. Beschtau et pr. castell. Grosnaja (C. A. MEYER), in Ossetia (KOCH *in litt.*), Imeretia (GÜLDENST.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.) et Talüsch, alt. 150—500 hexap. (C. A. MEYER)] inque Sibiria (J. G. GMEL.) [Ural pr. Jekaterinenburg (USPENSKI), prov. Iset (J. G. GMEL.), Altai! (FL. ALT.), in des. soongoro-kirghisico ad fl. Uldschar (SIEVERS)]. ♄.

Variat pubescens et glabra.

2. *R. davurica* (PALL. *It. III.* app. p. 721. Nr. 77. — Ej. *Fl. ross. II*, p. 24. t. 61) inermis vel spinosa, foliis ellipticis suborbiculatisve acuminatis serrulatis et ciliatis, petiolo stipulis subduplo longiori, drupis obovatis dispermis calycis basi persistenti convexae insidentibus, rima seminum clausa basi apiceque cartilagineo-marginata.

R. davurica. DEC. *Prodr. II.* p. 25. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 794. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 289.

R. catharticus. PALL. *It. III*, p. 423. — GEORGI *It. I*, p. 202? 381.

R. spinis terminatricibus, floribus quadrifidis dioicis. GMEL. *Fl. sib. III*, p. 106. Nr. 83 (planta davurica).

Cornus foliis Citri angustioribus. AMMAN. *ruth.* p. 200, Nr. 278, t. XXXIII.

Hab. in Sibiria transbaikalensi! (TURCZ.) et Davuria! (J. G. GMELIN, AMMAN, PALL., GEORGI, TURCZ.). ♄.

R. cathartico maxime affinis, drupa vero obovata disperma dignoscenda.

3. *R. infectoria* (L. *Mant.* 49) spinis terminalibus alaribusque, foliis ellipticis suborbiculatisve serrulatis, petiolo plerumque longitudine stipularum, drupis calycis basi persistenti planissimae insidentibus, rima seminum clausa basi apiceque cartilagineo-marginata.

R. infectorius. DEC. *Prodr. II*, p. 24. — FALK. *Beitr. II*, p. 134. — GÜLDENST. *It. I*, p. 429.

Hab. ad fl. Terek (FALK), in Imeretia (GÜLDENST.). ♄.

4. *R. saxatilis* (L. SP. 1671) spinis terminalibus alaribusque, foliis ellipticis oblongisve serrulatis, petiolo longitudine stipularum, drupis calycis basi persistenti plano-convexiusculae insidentibus, rima seminum hiante margine cartilagineo cincta.

R. saxatilis. DEC. *Prodr. II*, p. 24. — GÜLDENST. *It. I*, p. 239. 421. 422; *II*, p. 19. 27. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 792.

Hab. in Kabarda et Kachetia (GÜLDENST.). ♄.

5. *R. spathulaefolia* (FISCH. et MEYER. *Ind. IV. sem. h. petropol.* [1837] p. 46) spinis terminalibus, foliis fasciculatis oblongo-spathulatis obtusiusculis crenulatis puberulis, petiolo stipulis longiore, drupis (3-coccis) calycis basi persistenti planae insidentibus, endocarpio cartilagineo libero, seminibus glaberrimis rima notatis margine cartilagineo cincta, basi aperta, apice appendice inflexa aucta.

R. spathulaefolia. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 99.

Hab. in provinc. Elisabethpol! (HOHENACK.) et ad litt. orient. m. caspii (FISCHER et MEYER). ♄.

6. *R. Pallasii* (FISCH. et MEYER. *Ind. IV. sem. h. petropol.* [1837] p. 46) spinis terminalibus, foliis fasciculatis glabriusculis sublinearibus in petiolum stipulis longiorem attenuatis acutiusculis serrulatis, drupis (tricoccis) calycis basi persistenti planae insidentibus, endrocarpio cartilagineo libero, seminibus glaberrimis rima notatis margine cartilagineo cincta tota longitudine hiante, apice appendice inflexa aucta.

R. Pallasii. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 100. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 717.

R. lyciodes. PALL. *It. III*, p. 591. — Ej. *Fl. ross. II*, p. 26, t. 63 (excl. syn. LINN.). — FALK. *Beitr. II*, p. 143. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 792.

R. Erythroxylon. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 262. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 168. 423. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 133 (excl. syn.). — EICHW. *casp. cauc.* p. 24. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 22.

R. Erythroxylon β. angustissimus. DEC. *Prodr. II*, p. 25.

Hab. in provinciis caucasicis [promontor.! (SOKOLOW ex PALL., FALK, M. a BIEB., usque ad 500 hexap., C. A. MEYER), Iberia! et Mingrelia (EICHWALD), Somchetia et Armenia (KOCH *in litt.*), ad m. casp. (F. et M.) inque mont. Talüsch, alt. 700 hexap. (HOHENACK.)]. ♄.

7. *R. Erythroxylon* (PALL. *It. III.* app. p. 722, Nr. 78, t. T, f. 1. — Ej. *Fl. ross. II*, p. 26, t. 43) spinis terminalibus, foliis fasciculatis glabris sublinearibus sensim in petiolum stipulis longiorem attenuatis acutiusculis serrulatis, drupis (tricoccis) calycis basi persistenti planae insidentibus, endocarpio tenuissimo membranaceo testae seminis adhaerente, seminibus furfuraceis rima notatis angusta per totam longitudinem hiante immarginata apice inappendiculata.

R. Erythroxylon. DEC. *Prodr. II*, p. 25 (excl. var. β). — PALL. *It. III*, p. 259. 320. 423. — SIEVERS in PALLAS *n. nord. Beitr. VII*, p. 174. — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 793. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 291.

Hab. in Sibiria transbaikalensi et Davuria! (PALLAS, SIEVERS, TURCZ.). ♄.

Sect. II. *Frangula.* TOURNEF. Flores hermaphroditi, pentameri. Styli connati. Stigma capitatum.

8. *R. rupestris* (SCOPOL. *Fl. carniol. I*, p. 164, t. 5) inermis, foliis ovalibus v. suborbiculatis obtusis basi rotundatis subcordatisve crenato-serratis: serraturis cartilagineo-marginatis, pedunculis axillaribus unifloris fasciculatis petiolo brevioribus, stigmate indiviso, caule adscendente.

R. rupestris. C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 133.

Hab. in subalpinis Caucasi occidentalis! alt. 750 hexap. (C. A. MEYER). ♄.

9. *R. Frangula* (L. SP. 280) inermis, foliis ellipticis acuminatis integerrimis demum glabris ad venas pilosiusculis, pedunculis axillaribus unifloris fasciculatis petiolo brevioribus, stigmate indiviso, caule erecto.

R. Frangula. DEC. *Prodr. II*, p. 26. — GMEL. *Fl. sib. III*, p. 107, Nr. 85. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 37. — S. G. GMEL. *It. IV*, p. 34. 107. — GEORGI. *It. I.* p. 202. — FISCH. *Livl.* p. 205; *Zus.* p. 109. — FALK. *Beitr. II*, p. 134. — PALL. *Fl. ross. II*, p. 23. — GÜLDENST. *It. I*, p. 48. 109. 190. 294. 426; *II*, p. 133. 155. 163. 192. 197. 203. 232. 281. 287. 290. 316. 338. 343. 363.

468. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 153. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4, p. 793. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 168. 423. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 71. — MART. *Fl. mosq.* p. 42. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 62. — BESSER. *Enum.* p. 11. Nr. 273. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 62. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 17. — LEDEB. *Fl. alt. I*, p. 252. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 133. — EICHWALD. *Skizze.* p. 169. — HOHENACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 222. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 262. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 26. — WIRZÉN. *Fenn.* p. 18. — FLEISCHER et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 92. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 120. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 717.

Frangula pentapetala. GILIBERT. *Fl. lithuan. V*, p. 175. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 280.

Frangula, Alnus nigra baccifera. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 44.

Hab. in Rossia (FALK) septentrionali [Fennia (PRYTZ, WIRZÉN)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCHER, FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHWALD), Tschernigow et Nowgorod (GÜLDENST.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Kursk (HÖFFT.), Tambow (GÜLDENST.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN), ad Wolgam mediam (CLAUS)] et australi [Kiew (GÜLDENSTÄDT, TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania (GÜLDENST.), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING) et Wolgam infer. (CLAUS)], provinc. caucas. [ad fl. Terek (S. G. GMEL., GÜLDENST., M. a BIEB.), in promontor. caucas., ad m. Beschtau et circa castellum Grosnaja (C. A. MEYER), Ossetia (KOCH *in litt.*), Imeretia (GÜLDENST.), Kachetia! (HOHENACK. *pl. exs.*), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.), pr. Derbend (J. G. GMELIN), in provinc. Talüsch (C. A. MEYER)] inque omni Sibiria (S. G. GMEL.) [Ural pr. Jekaterinenburg (USPENSKI), Altai! (FL. ALT.), Baikal (GEORGI)]. ♄.

10. ***R. grandifolia*** (FISCH. et MEYER in HOHENACK. *Enum Talüsch.* p. 99) **inermis, foliis oblongo-ellipticis subacuminatis basi rotundatis serrulatis subtus pilosiusculis, umbellis axillaribus longe pedunculatis.**

R. alpina (non L.). S. G. GMEL. *It. IV*, p. 47. — PALL. *Fl. ross. II*, p. 24. — GÜLDENST. *It. I*, p. 286. 287. 425.

Hab. in provinciis caucasicis [dumetis subalpinis Caucasi (PALLAS), Iberia! (C. A. MEYER *pl. exs.*), Imeretia (GÜLDENST.), provinc. Talüsch pr. Lenkoran, alt. 80—170 hexap. (HOHENACK.) in litt. orient. m. casp. ad sinum Mangischlak (S. G. GMEL.)]. ♄.

Spec. mihi ignota: *R. polymorpha.* TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 290. — In lapidosis Davuriae (TURCZ.).

Quid?: *R. alpinus.* PALL. *It. I*, p. 192. — In sylva densissima „des Schwefelberges" pr. Samara (PALL.).

„ „ JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 71. — Pr. Grodno (GILIB. ex JUNDZ.).

„ *inermis.* GILIBERT. *Fl. lithuan. V*, p. 133. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 281. — Pr. Grodno (GILIB.).

Rhamnus. GÜLDENST. *It. I*, p. 443. — Imeretia (GÜLDENST.).

Rhamneis affinis.

197. Nitraria. L.

DEC. *Prodr. III*, p. 456. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 201. — MEISN. *gen.* p. 129. — *Comment.* p. 94. — ENDLICHER *gen.* p. 1094.

Calyx 5fidus, abbreviatus, persistens. Petala 5, imo calyci inserta, concava, apice obtuso cucullata. Stamina 15, cum petalis inserta. Ovarium liberum, 3—6loculare. Ovula in loculis solitaria, ex apice anguli

centralis pendula, in funiculis longis, primum liberis, demum saepissime cum integumento concrescentibus. Stylus brevissimus. Stigmata 3 v. 6, papillaeformia. Drupa putamine osseo, abortu uniloculari, monosperma, apice valvis 6, alternis brevioribus, dehiscens. Semen inversum. Embryo exalbuminosus, orthotropus: cotyledonibus plano-convexis; radicula brevi, supera.

1. *N. Schoberi* (L. Sp. 638) foliis cuneatis obtusis mucronatis integerrimis, drupis ovato-conicis.

N. Schoberi. Dec. *Prodr. III*, p. 456. — Pall. *It. I.* app. p. 494, Nr. 110; *III*, p. 314. 654. — Lepech. *It. I*, p. 255. — Falk. *Beitr. II*, p. 183. — Pallas *Fl. ross. I*, p. 79, t. 50. — Ej. *Ind. Taur.* — Sievers in Pallas *n. nord. Beitr. VII*, p. 325, 326. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 990. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 364. — Ledeb. *Fl. alt. II*, p. 202. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 477. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 362.

N. caspia. Willd. *herb.* — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 164. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 245. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 127.

Nitraria. Linn. *in nov. Comment. Acad. petropol. VII*, p. 315, t. 10. — Pall. *It. I*, p. 384. 417. 418. 420. 431; *II*, p. 467. 476. 478. 495; *III*, p. 215. 281. 342. 396. 526. 529. 538. 635. 654. 676. — S. G. Gmel. *It. II*, p. 13. 257; *IV*, p. 8. 48. 63.

Casia fructu nigro. Amman. *ruth.* p. 178, Nr. 256.

Osyris foliis obtusis. Gmel. *Fl. sib. II*, p. 237, Nr. 11, t. 98.

Hab. in Rossia australi (des. cuman. (Falk, M. a Bieb.), ad Tanain (Henning) et Wolgam (Pall., Claus), pr. Astrachan! (Schober ex J. G. Gmelin, S. G. Gmelin, Blum *pl. exs.*), in des. caspio! (Pall., S. G. Gmel., Lepech., Falk, Claus), ad fl. Ural inque des. Kirghisorum (Pall., Falk) ad litt. orient. m. caspii ad sinum Mangischlak (S. G Gmel.) et alibi! (Karelin *pl. exs.*)], Tauria (Pall.) et provinciis caucasicis [camp. versus m. caspium (C. A. Meyer), ins. Nephtenoi m. casp. (S. G. Gmel.), territor. Elisabethpol (Hohenacker), mont. Talüsch, alt. 670 hexap. (C. A. Meyer)] inque Sibiria (S. G. Gmel.) [ad fl. Irtysch (Pall.), in des. barab.! (Fl. alt.) et soongoro-kirghisico! (Sievers, Fl. alt., Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Pallas), trans Baikal (Pallas, Turcz.)] et Davuria (Pallas, Turcz.). ♄.

Rhamnearum distributio in Imperio rossico.

Genera	In Rossia septentrionali.	In Rossia media.	In Rossia australi.	In Tauria.	In provinciis caucasicis.	In Sibiria uralensi.	In Sibiria altaica.	In Sibiria baicalensi.	In Davuria.
Paliurus	—	—	—	1	1	—	—	—	—
Zizyphus	—	—	—	—	1	—	—	—	—
Rhamnus	2	2	3	1	8	2	2	3	3
Nitraria	—	—	1	1	1	1	1	1	1
	2	2	4	3	11	3	3	4	4

Tabula comparativa Rhamnearum Florae rossicae et germanicae.

Genera.	Numerus specierum.				
	In Imperio rossico provenientium.	In Germania provenientium.	Imperio rossico et Germaniae commun.	In Imperio rossico, nec in Germania provenient.	In Germania, nec in Imperio rossico provenient.
Paliurus . .	1	1	1	—	—
Zizyphus . .	1	1	1	—	—
Rhamnus . .	11	9	5	6	4
Nitraria . .	1	—	—	1	—
	14	11	7	7	4

Tabula comparativa specierum e Rhamnearum ordine, quae singulis Florae rossicae regionibus cum aliis et cum Germania communes sunt.

Regiones.	Species communes cum									Numerus specierum in singulis regionibus provenientium.
	Rossia septentrionali.	Rossia media.	Rossia australi.	Tauria.	Provinciis caucasicis.	Sibiria uralensi.	Sibiria altaica.	Sibiria baikalensi.	Davuria.	
Germaniae . . .	2	2	2	1	5	2	2	1	—	11
Rossiae septentr.	—	2	2	1	2	2	2	1	—	2
Rossiae mediae .	—	—	2	1	2	2	2	1	—	2
Rossiae australi .	—	—	—	2	4	3	3	2	1	4
Tauriae	—	—	—	—	3	2	2	1	1	3
Provinciis caucas.	—	—	—	—	—	3	3	2	1	11
Sibiriae uralensi	—	—	—	—	—	—	3	2	1	3
Sibiriae altaicae .	—	—	—	—	—	—	—	2	1	3
Sibiriae baikal. .	—	—	—	—	—	—	—	—	3	4
Davuriae . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	4

Ordo. XXXVI. Juglandeae. Dec.

Flores monoici v. rarius dioici. Flores masculi in spicas amentaceas collecti. Calyx bracteae squamaeformi integrae v. trifidae, intus complanatae adnatus, 2-, 3-, 6partitus: laciniis aestivatione imbricatis. Stamina 3 v. plurima, receptaculo complanato inserta, calycis laciniis opposita et alterna. Disci et ovarii rudimentum nullum. Flores foeminei nunc terminales pauci, aggregati, bracteis gemmaceis minutis stipati, nunc laxe racemosi, involucro unifloro, basi cupulaeformi, cum basi calycis connato v. demum cum eo concrescente, cincti, involucri limbo expanso, complanato-orbiculari v. quadripartito: laciniis inaequalibus alaeformibus, cum fructu increscentibus. Calyx tubo cum ovario connato, limbi superi 3—5partiti laciniis minutis, saepe inaequalibus, deciduis v. raro marcescenti-persistentibus. Petala saepissime nulla, rarius minuta, summo calyci inserta, ejusdem laciniis alterna, basibus

latis cohaerentia. Ovarium inferum, basi dissepimentis duplicatis 2—4-loculare, superne uniloculare. Ovulum unicum. Styli 1—2, brevissimi. Stigmata 2—4, rarius plura, interdum stigma sessile, quadrilobum. Drupa monopyrena: putamine osseo v. lignoso-rugoso, superne uniloculari, evalvi v. bivalvi, monospermo. Semen basi 2—4lobum, exalbuminosum. Embryo antitropus. Cotyledones crassae, carnosae. Radicula brevissima supera.

198. Juglans. L.

Kunth *in Annal. des scienc. natur. II*, p. 344. — Koch. *Syn.* p. 638. — Meisn. *gen.* p. 74. — *Comment.* p. 54. — Endlicher *gen.* p. 1126.

Flores monoici; masculi amentacei. Stamina plurima (14—36). Antherae biloculares: loculis connectivo supra eosdem producto adnatis. Flores foeminei terminales, solitarii v. pauci glomerati. Calyx limbo 4fido v. 4dentato. Petala 4, summo calyci inter ejusdem lacinias inserta. Styli 2, brevissimi. Drupa monopyrena, epicarpio parce carnoso, intus fibroso, irregulariter rumpente; putamine osseo, extus rugoso, irregulariter sulcato, bivalvi.

1. *J. regia* (L. Sp. 1415) foliolis subnovenis ovalibus glabris subserratis subaequalibus, fructibus subglobosis.

J. regia. S. G. Gmel. *It. III*, p. 26; *IV*, p. 107. — Pall. *Fl. ross. II*, p. 2. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1303. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 134. 231. — Eichw. *casp. cauc.* p. 21. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 259. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 103. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 717.

Hab. in provinciis caucasicis [ubique (Koch *in litt.*), in Imeretia (Eichwald), territorio Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), pr. Derbend (S. G. Gmel.), in provinc. Talüsch usque ad alt. 500 hexap. (C. A. Meyer, Hohenacker)]. ♄.

Quid?: Juglans regia e Soongoriae montibus, cujus mentionem fecit cl. Georgi l. c.?

199. Pterocarya. Kunth.

in Annal. des scienc. natur. II, p. 345. — Meisn. *gen.* p. 74. — *Comment.* p. 54. — Endlicher *gen.* p. 1127.

Flores monoici; masculi amentacei. Stamina 10—20. Antherae biloculares: loculis connectivo haud supra eosdem producto adnatis. Flores foeminei laxe spicati. Calyx limbo 3—5partito. Corolla nulla. Stylus terminalis, brevis. Drupa monopyrena, involucri adnati limbo patentissimo transversim subobliqne bialata; epicarpio coriaceo, haud solubili; putamine osseo, laevi, indehiscente.

1. *P. caucasica.* Kunth *l. c.* — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 134. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 103.

Juglans pterocarpa. Mich. *Fl. bor. am. II*, p. 192. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. III*, p. 260; *IV*, p. 70. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 621.

Rhus obscurum. M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 243.

Hab. in provinciis caucasicis [Kachetia (M. a Bieb.), provinc. Scheki (Steven, M. a Bieb.) et Talüsch! usque ad alt. 150 hexap. (C. A. Meyer, Hohenacker)]. ♄.

Ordo. XXXVII. Anacardiaceae. Lindley.

Flores saepissime abortu unisexuales, monoici v. dioici, rarius hermaphroditi. Calyx liber v. rarissime tubo cum ovario connato, 3—5-fidus v. partitus, rarius plurifidus. Petala calycis laciniis numero aequalia, iisdem alterna, disco perigyno, rarius gynophoro brevi inserta, aestivatione imbricata v. rarius valvata. Stamina cum petulis inserta, iisdem numero aequalia et alterna, vel dupla, rarius plura, nonnulla interdum effoeta, in floribus foemineis sterilia. Ovarium liberum v. rarissime calyci adnatum, saepissime unicum, uniloculare, rarius 5 v. 6, distincta, quam 4 v. 5 effoeta v, ad stylum redacta, libera v. fertili unico adnata. In floribus masculis saepe ovarii unius v. plurium rudimenta. Ovulum unicum. Stylus unicus, interdum (ovariis nempe pluribus effoetis) styli plures. Fructus indehiscens, monospermus, saepissime drupaceus, rarius exsuccus. Semen exalbuminosum.

200. Pistacia. L.

Kunth *in Annal. des scienc. natur. II*, p. 329. — Dec. *Prodr. II*, p. 64. — Koch *Syn.* p. 150. — Meisn. *gen.* p. 75. — *Comment.* p. 54. — Endlicher *gen.* p. 1128.

Flores dioici, apetali. *Masc.* Calyx 5fidus. Stamina 5: antheris subsessilibus, tetragonis. *Fem.* Calyx 3—4fidus. Ovarium 1-, rarissime 3-loculare. Stigmata 3. Drupa monosperma. Semen fundo loculi affixum, adscendens.

1. *P. mutica* (Fischer et Meyer in Hohenacker *Enum. Talüsch.* p. 102) foliis deciduis, petiolo pubescenti scabro anguste marginato, foliolis subseptenis subaequalibus ovato-oblongis plerumque obtusatis muticis.

P. mutica. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 717.

P. Terebinthus. Habl. *Taur.* p. 83. — Pall. *Fl. ross. II*, p. 21 (excl. syn. praeter Habl.). — Ej. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1343. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 418 (excl. syn. praet. Pallas ex Habl.); *III*, p. 631.

Hab. in Tauria meridionali! (Pall., Habl., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis pr. Helenendorf inque provinc. Karabagh? (Hohenack.). 5.

Differt a P. Terebintho (monente jam cl. M. a Bieb.) petiolo semper pubescenti-scabro, manifestius alato foliisque muticis nec mucrone setaceo terminatis. — P. fagarvidi. Willd. *Enum. suppl.* p. 66, quae mihi tantummodo e descriptione Willdenowiana nota est, sane maxime affinis videtur.

Quid: P. vera (Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1343. — In Soongoria (Georgi)?

201. Rhus. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 66. — Kunth *in Annal. des scienc. natur. II*, p. 337. — Meisn. *gen.* p. 74. — *Comment.* p. 54. — Endlicher *gen.* p. 1130.

Flores hermophroditi v. polygami v. dioici. Calyx 5partitus. Petala et stamina 5, sub disco orbiculari inserta. Ovarium uniloculare. Styli 3, breves. Stigmata obtusa v. capitata. Drupa exsucca: putamine osseo, monospermo. Semen inversum, funiculo e fundo orto suspensum.

Sect. I. *Cotinus.* TOURNEF. Flores hermaphroditi. Drupa semicordata venosa glabra, nucleo triangulari. — Folia simplicia. Flores laxe paniculati, plures abortivi, quorum pedicelli post anthesin elongati hirti.

1. *R. Cotinus* (L. SP. 383) foliis obovatis.

R. Cotinus. DEC. *Prodr. II*, p. 67. — PALL. *It. III*, p. 540. 590 et app. 720, Nr. 75 *, t. H. — FALK. *Beitr. II*, p. 149. — PALL. *Fl. ross. II*, p. 38. — GÜLDENST. *It. I*, p. 190. 239. 282. 421, 422. 424; *II*, p. 3. 152. 169. 233. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 244. — BESSER. *Enum.* p. 13. 55. Nr. 379. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 134. — EICHW. *Skizze.* p. 169. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 227. — CLAUS *Ind. des.* in GÖBEL *It. II*, p. 262. — C. KOCH in *Linnaea XV*, p. 717.

Hab. in Rossia australi [Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania (GÜLDENST.), gub. Cherson! (EICHW.), pr. Taganrog! (ELSINGK *pl. exs.*), in des. cuman. (PALL.) et casp, ad arenas Naryn (PALLAS, FALK, CLAUS)], Tauria! (PALLAS, M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (FALK, GÜLDENST.), pr. Narzana, alt. 500 hexap. (C. A. MEYER), in Iberia (M. a BIEB., EICHW.), Mingrelia (EICHW.), Radscha (KOCH *in litt.*), Imeretia (GÜLDENST.), Kachetia (GÜLDENSTÄDT, KOCH *in litt.*), territorio Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.) inque Armenia (KOCH *in litt.*)]. ♄.

Variat pedunculis defloratis rubris et viridibus. — In Podolia (BESSER) et gub. Cherson!

Sect. II. DEC. Flores polygami dioici v. hermaphroditi. Drupa ovato-rotundo saepe villosa, nucleo laevi aut striato. — Folia impari-pinnata aut palmatim 3foliolata. Flores paniculati.

2. *R. Coriaria* (L. SP. 379) foliis 5—7jugis villosis, petiolo nudo apice subemarginato, foliolis ellipticis obtuse et grosse serratis.

R. Coriaria. DEC. *Prodr. II*, p. 67. — PALL. *Fl. ross. II*, p. 38. — GÜLDENST. *It. I*, p. 282. 424. — PALL. *Ind. Taur.* — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 243. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 143. — EICHW. *casp. cauc.* p. 4. — HOHENACKER *Enum. Elisabethpol.* p. 227. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 103.

Hab. in Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [pr. Tarki (EICHW.), in Imeretia (GÜLDENST.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.) inque mont. Talüsch alt. 100—400 hexap. (C. A. MEYER, HOHENACK.)]. ♄.

Ordo. XXXVIII. Papilonaceae. L.

Calyx foliolis 5 plus v. minus inter se connatis constans, 5dentatus v. 5fidus v. 5partitus v. bilabiatus. Petala 5, imo calyci inserta, in corollam papilionaceam, rarissime subregularem disposita, saepissime libera, rarius inter se et cum staminibus connata; duo inferiora plerumque in carinam coalita. Stamina cum petalis inserta, duplo eorundem numero, interdum abortu pauciora. Filamenta nunc omnia libera, nunc monadelpha v. diadelpha. Ovarium liberum: placenta unilaterali. Fructus: legumen longitudinaliter bivalve, uniloculare, interdum marginibus introflexis biloculare, nunc inter semina isthmis transversis interceptum (lomentum), rarius indehiscens, polyspermum v. abortu monospermum. Semina exalbuminosa. — Folia alterna, stipulata.

Tribus I. Podalyrieae. BENTH. *in Annal. d. Wiener Mus. II*, p. 65. — ENDLICHER *gen.* p. 1254.

Corolla papilionacea. Stamina 10, libera. Legumen bivalve, rarissime indehiscens et tunc calyce brevius. Embryonis cotyledones germinatione foliaceae; radicula incurva. — Folia simplicia v. palmatim 3foliolata, rarissime imparipinnata.

Subtribus I. Eupodalyrieae. BENTH. l. c.

Ovarium pluriovulatum. Leguminis suturae haud introflexae.

202. Thermopsis. R. BR.

in Ait. h. kew. ed. 2. III, p. 3. — DEC. *Prodr. II*, p. 99. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 111. — BENTH. l. c. p. 66. — MEISN. *gen.* p. 81. — *Comment.* p. 57. — ENDLICHER *gen.* p. 1254.

Calyx oblongus v. campanulatus, 4—5fidus, subbilabiatus. Petala longitudine subaequalia; vexillum lateribus reflexum; carina subdipetala: petalis apicem versus v. dorso connatis. Legumen compressum, oblongum v. oblongo-lineare, subfalcatum, polyspermum.

1. *T. lanceolata* (R. BR. l. c.) incano-glaucescens, foliolis oblongis supra glabris subtus subsericeis, stipulis petiolo multoties longioribus foliolis duplo brevioribus bracteisque ovato-oblongis, floribus verticillato-ternis, calycibus sericeis, legumine oblongo-lineari ipsius latitudine 4—7-plo longiore.

T. lanceolata. DEC. *Prodr. II*, p. 99. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 112. — HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 128. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 293. — TORREY et GRAY. *Fl. bor. am. I*, p. 387.

Sophora lupinoides. L. SP. 534. — PALL. *It. II*, p. 676; *III*, p. 223. 234. 259. 316. 425. — GEORGI *It. I*, p. 213. — FALK. *Beitr. II*, p. 175. — SIEVERS in *n. nord. Beitr. VII*, p. 175. — PALL. *Astragal.* p. 119, t. 89.

Sophora lupinoides var. *β.* stipulis ovato-oblongis acutiusculis. LINN. *Amon. acad. II*, p. 350.

Sophora lupidinoidi aff. SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 350? (An potius ad T. alpinam revocanda?)

Podalyria lupinoides. WILLD. *Sp. pl. II*, p. 504 (excl. patria). — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 950.

Lotus leguminibus binis longissimis erectis, floribus spicatis, foliis sericeis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 33, Nr. 44.

Hab. in omni Sibiria usque ad 53° lat. bor. (J. G. GMEL.) [uralensi (BARDANES ex FALK), altaica! (PALLAS, FALK, FL. ALT.), baikalensi! (GEORGI, SCHTSCHUKIN, KRUHSE) et transbailensi! (PALLAS, SIEVERS, TURCZ.) inque Davuria! (PALL., TURCZ., HELM, FRISCH.) et desert. kirghisico (BARDANES) et soongoro-kirghisico! (FL. ALT.). ♃.

2. *T. alpina* (LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 112) viridis, foliolis lato-oblongis ellipticisve utrinque patenter pilosis supra demum glabriusculis, stipulis ellipticis petiolo multoties longioribus foliolorum dimidium superantibus bracteis ovato-oblongis, floribus verticillato-ternis, calycibus villosis, legumine oblongo-elliptico ipsius latitudine 2—3plo longiore.

T. corgonensis. DEC. *Prodr. II*, p. 99. — CHAMISSO *in Linnaea VI*, p. 545.
Sophora alpina. PALL. *Astragal.* p. 121, t. 90, f. 1.
Podalyria alpina. WILLD. *Enum. h. berol. suppl.* p. 22.

Podalyria lupinoides. WILLD. *herb.* Nr. 7846, fol. 1 et 2 (ex CHAMISSO).

Hab. in summis alpibus altaicis! (FL. ALT.) inque Sibiria orient. (REDOWSKI ex CHAMMISSO). ♃.

3. *T. fabacea* (DEC. *Prodr. II*, p. 99) . . . . , foliolis lato-ellipticis, stipulis lato-ovatis obtusis petiolo brevioribus, racemo alterni-floro (?), legumine . . . .

T. fabacea. HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 128. — TORREY et GRAY. *Fl. bor. am. I*, p. 388.

Sophora fabacea. PALL. *Astragal.* p. 122, t. 90, f. 2.

Sophora lupinoides var. α. stipulis subrotundis obtusissimis retusis. LINN. *Amoen. acad. II*, p. 350?

Lotus Nr. 44, var kamtschatica. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 33 in nota.

Hab. in Kamtschatka (PALL.) et ins. Kurilis (PALL.). ♃.

Tribus II. Lotea. DEC. *Prodr. II*, p. 115.

Corolla papilionacea. Stamina 10, monadelpha v. diadelpha. Legumen bivalve, continuum. Embryonis cotyledones germinatione foliaceae; radicula incurva. — Folia unifoliolata v. palmatim 3-plurifoliolata, aut saepissime imparipinnata.

Subtribus I. Genisteae. DEC. l. c.

Legumen uniloculare. Stamina saepissime monadelpha. — Folia simplicia v. palmata, rarius pinnata. Caules saepissime fruticosi.

203. Lupinus. L.

DEC. *Prodr. II*, p. 406. — KOCH. *Syn.* p. 157. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 112. — MEISN. *gen.* p. 83. — *Comment.* p. 59. — ENDLICHER *gen.* p. 1262.

Calyx profunde bilabiatus. Vexillum lateribus reflexis; carina acuminata. Stamina monadelpha. Stigma subrotundum, barbatum. Legumen coriaceum, di-polyspermum, isthmis oblique transversis inter semina interceptum.

1. *L. albus* (L. SP. 1015) floribus alternis pedicellatis ebracteolatis, calycis labio superiore integro; inferiore tridentato, foliolis obovato-oblongis subtus villosis.

L. albus. DEC. *Prodr. II*, p. 407. — EICHW. *casp. cauc.* p. 23.

L. hirsutus. EICHW. l. c.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! et Mingrelia! (EICHW.) occidentalibus! (NORDMANN)]. ⊙.

2. *L. perennis* (L. SP. 1015) herbaceus puberulus, foliolis 7—9 obovato-oblongis obtusis mucronatis supra glabriusculis subtus pilosis, stipulis setaceis deciduis, floribus sparsis, bracteis subulatis pedicello brevioribus caducis, calycis subbracteolati labio superiore emarginato basi gibboso; inferiore integro.

L. perennis. DEC. *Prodr. II*, p. 408. — HOOKER et ARN. in BEECHEY's *Voyage.* p. 123. — HOOKER. *Fl. bor. am. I*, p. 163. — TORREY et GRAY. *Fl. bor. am. I*, p. 376.

Hab. ad sin. Kotzebue Americae arcticae (BEECHEY ex HOOK. et ARN.). ♃.

3. *L. Nootkatensis* (Donn. *Cat. h. cantabr.*) caulibus herbaceis patenti-pilosissimis, foliolis obovato-oblongis supra glabriusculis subtus subsericeis, stipulis sublanceolatis, floribus subverticillatis ante anthesin bractea lineari pilosissima brevioribus, calycis bracteolati labio superiore bidentato; inferiore integro.

L. Nootkatensis. Dec. *Prodr. II*, p. 408. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 163. — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 548. — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 375.
L. macrorhizos. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1162.
L. regius. Rudolphi.
Hab. in ins. Unalaschka! (Pallas et Rudolphi ex Torrey et Gray, Chamisso et Eschscholtz) et St. Georgii (Chamisso) inque insulis Kurilis (Merck et Georgi). ♃.

Specimen unicum, quod in insula Unalaschka ab am. Eschscholtz. lectum possideo, parum a planta homonyma hortensi recedit. Caulis scilicet pilis brevissimis adpressis adspersus est. Folia supra fere glabra subtus pilis longioribus prostratis obtecta. Stipulae caducae. Flores haud bene siccati non differre videntur. — L. regius Rud. a clar. Hooker ad L. polyphyllum ducitur.

Quid?: *Lupinus foliis digitatis subtus argenteo-sericeis supra glabris.* — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 548. — Erman. *Verz.* Nr. 148. — Kamtschatka austral. (Erman).

204. Leobordea. Delile.

in Leon de la Borde Voyage t. 1. — Meisn. *gen.* p. 85. — *Comment.* p. 61. — Endlicher *gen.* p. 1264.

Calyx campanulatus, trifidus: lacinia infima setacea, indivisa; lateralibus sursum coniventibus, semibifidis. Vexillum longe unguiculatum: lamina ovata, conduplicata. Carina obtusa. Stamina monadelpha. Stigma capitatum. Legumen oblongum, apice oblique truncatum, 4—6-spermum.

1. *L. sericea*: pilis adpressis undique obtecta, foliolis lato-obovatis petiolo duplo longioribus, stipulis foliolis duplo minoribus caeterum iisdem conformibus petiolum superantibus persistentibus, umbellis axillaribus subtrifloris pedunculatis sessilibusve.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ♃. ♄.

A. L. lotoide Del. diversa pilis omnibus adpressis nec patentibus, foliis brevius petiolatis, foliolis latioribus, stipulis foliolis conformibus persistentibus petiolum superantibus, nec oblongis subdeciduis petiolo brevioribus, umbellis subpedunculatis, floribus majoribus: petalis omnibus, praesertim carina, latioribus.

205. Ononis. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 158 (excl. sect. II.). — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 249. — Koch. *Syn.* p. 158. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 113. — Meisn. *gen.* p. 84. — *Comment.* p. 60. — Endlicher *gen.* p. 1265.

Calyx campanulatus, quinquefidus: laciniis angustis; infima productiore. Vexillum amplum, flabellato-striatum. Carina acuminato-rostrata.

Stamina 10, monadelpha v. interdum decimo libero diadelpha. Legumen turgidum, oligospermum.

Sect. I. *Bugrana.* Dec. *Prodr. II*, p. 162. Foliis simplicibus aut trifoliolatis, floribus sessilibus aut brevissime stipitatis, purpureis, rarius albis.

1. *O. hircina* (Jacq. *h. vindob. II*, p. 40, t. 93) caulibus erectis adscendentibusque villosis, floribus axillaribus (inferioribus) geminis ad apicem ramorum dense spicatis, pedunculis calyce brevioribus, foliolis ovalibus stipulisque denticulatis glanduloso-pilosis, leguminibus erectis ovatis calyce brevioribus, seminibus tuberculato-scabris.

α. inermis.

O. hircina. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 150. — Besser. *Enum.* p. 28, Nr. 890. — Luce. *Fl. osil.* p. 241 (c. var. fl. albis). — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 249. Eichwald. *Skizze.* p. 165. — Claus *Ind. des in* Göbel *It. II*, p. 268. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 249. — C. A. Meyer et Bongard *Suppl. Fl. alt.* p. 18, Nr. 61. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 203.
O. arvensis. L. *Syst. nat. 2.* p. 478. — Fisch. *Livl.* p. 271. — Falk. *Beitr. II*, p. 223. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 221. — Luce. *Fl. osil.* p. 241.
O. arvensis b. mitis. Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs. III.* 4. p. 1161.
O. mitis. Pall. *It. I*, p. 236.
O. purpurea. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 80. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 248.
O. spinosa mitis. Güldenst. *It. I*, p. 195?
O. altissima. Lam. *Encycl. méth. I*, p. 506. — Dec. *Prodr. II*, p. 162. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 135.
O. alopecuroides. Güldenst. *It. I*, p. 195. — Pallas. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1161.
O. vulgaris. Güldenst. *It. II*, 25? 58?
O. procurrens. Ledeb. *pl. Fl. alt. III*, p. 250 (non Wallr.).
Anonis non spinosa, flore purpureo. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 14.
Natrix. Erndt. l. c. p. 82.

β. spinescens: ramulis spina valida elongata terminatis.

O. spinosa. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 149 (An omnium auct. Fl. ross.? — non L Sp. 1006. var. *α*).
O. arvensis. Pall. *Ind. Taur.* (ex M. a Bieb.). — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 64?

Hab. *α.* in Rossia media [insula Osilia! (Luce), Livonia! (Fischer), Curonia (Fleischer et Lindemann), Lithuania (Gilibert, Jundz., Eichwald), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Güldenst.), Orenburg (Claus)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), ad Tanain (Güldenst., Henning) et Wolgam (Falk), des. kirghisorum (Pall.)], in Tauria (Pall.; M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ad fl. Terek (Güldenst.), promontor. occident alt. 400—700' hexap. (C. A. Meyer), pr. Karass! (Hohenack. *pl. exs.*)] inque Sibiria altaica! (Fl. alt.). ♃.

β. in Rossia septentrionali? [Fennia (Prytz.)], in Tauria! (Pallas, M. a Bieb.), ins. Taman!, provinciis caucasicis (M. a Bieb.), Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*). ♃.

Var. *β.* a var. *α.* non differt nisi ramulis spinosis; caeterum exacte cum illa convenit floribus, exceptis summis, geminis, laciniis calycinis vexillum subaequantibus, foliolis latioribus, villositate etc. — Synonymon M. a Bieb. ob „flores geminatos" hic enumeravi.

2. *O. repens* (L. Sp. 1006) caulibus procumbentibus basi radicantibus villosis, ramis adscendentibus laxe racemosis apice spinosis, floribus

axillaribus solitariis, pedunculis calyce brevioribus, foliolis ovalibus stipulisque denticulatis glandulose pilosis, leguminibus erectis ovatis calyce brevioribus, seminibus tuberculato-scabris.

a. spinescens.

O. procurrens. WALLR. *Sched. crit.* p. 381. — DEC. *Prodr. II*, p. 162 (excl. var. γ?). — EICHW. *Skizze.* p. 165.

β. inermis.

O. mitis. GMELIN. *Fl. bad. III*, p. 162. — BESSER. *Enum.* p. 28, Nr. 891. — EICHW. *Skizze.* p. 165.

Hab. in Rossia australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), gub. Cherson (EICHW.)]. ♃.

3. *O. spinosa* (L. SP. 1006, var. α) caulibus erectis adscendentibusque unifariam villosis sparseque glandulosis, ramis interrupte racemosis spinosis, spinis subgeminis, floribus axillaribus solitariis, pedunculis calyce brevioribus, foliolis ovali-oblongis stipulisque denticulatis glabriusculis, leguminibus ovatis erectis longitudine calycis longioribusque, seminibus tuberculato-scabris.

O. spinosa. DEC. *Prodr. II*, p. 163 (excl. var. γ). — FISCH. *Livl. Zus.* p. 129. — GÜLDENST. *It. I*, p. 426; *II*, p. 56. 68. 164. 177. 248. — BÖBER in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 259. — BESSER. *Enum.* p. 28, Nr. 889. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 241. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 135. — EICHW. *Skizze.* p. 165. — Ej. *casp. cauc.* p. 4. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 268. — WIRZÉN. *Fenn.* p. 63. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 103.

O. arvensis, a. spinosa. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1161.

Anonis spinosa flore purpureo. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 13.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (WIRZÉN)], media [Osilia (LUCÉ), Livonia (FISCHER), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania (BÖBER), gub. Cherson (GÜLDENST.), pr. Taganrog (ELSINGK *pl. exs.*), terra Cosaccorum (GÜLDENST.), ad Tanain (HENNING) et Wolgam inferiorem (CLAUS)] inque provinciis caucasicis [promontor. caucas. (C. A. MEYER), Kartalinia (KOCH *in litt.*), Imeretia (GÜLDENST.), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), pr. Tarki (EICHW.), in mont. Talüsch (alt. 200—400 hexap., C. A. MEYER; — alt. 16—666 hexap., HOHENACK.)]. ♃.

An planta rossica eadem ac homonyma germanica? — An plures vel omnes loci his enumerati potius ad var. β. O. hircinae reducendi?

Sect. II. *Bugranoides.* DEC. l. c. p. 164. Foliis simplicibus aut trifoliolatis, floribus sessilibus aut subsessilibus flavis.

4. *O. Columnae* (ALL. *Fl. pedemont. I*, Nr. 1166, t. 20, f. 3) caulibus adscendentibus pubescentibus, floribus axillaribus sessilibus, corollis calyce brevioribus, foliolis obovatis stipulisque lanceolato-acuminatis glanduloso-pilosis argute dentato-serratis, leguminibus erectis ovatis calycem villosum subaequantibus.

O. Columnae. DEC. *Prodr. II*, p. 164. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1161. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 164. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 103.

O. minutissima. HABL. *taur.* p. 156. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI l. c.

Hab. in Rossia australi [gub. Cherson (P. B. MEYER ex GEORGI)], Tauria! (HABL., PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [Caucaso et Iberia

(M. a Bieb.), territorio Elisabethpol, provinc. Karabagh et Talüsch, alt. 666 hexap. (Hohenack.)]. ♃.

Quid?: *O. reclinata.* Eichw. *Skisse.* p. 165. — Podolia (Eichw.).

206. Ulex. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 144. — Koch. *Syn.* p. 651. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 79. — Meisn. *gen.* p. 82. — *Comment.* p. 59. — Endlicher *gen.* p. 1265.

Calyx ad basin usque partito-bilabiatus: labio superiore 2—, inferiore 3dentato. Stamina monadelpha. Legumen bivalve, uniloculare, turgidum, oligospermum.

1. *U. europaeus* (L. Sp. 1045, var. *α*) foliis linearibus in mucronem pungentem acuminatis; floralibus pedunculum aequantibus, bracteolis calyci subjectis pedunculo multo latioribus.

U. europaeus. Dec. *Prodr. II*, p. 144. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1161.

Hab. in Caucaso (Georgi). ♄.

A solo Georgio inter stirpes caucasicas enumeratur. — An jure?

207. Spartium. Dec.

Prodr. II, p. 145. — Koch. *Syn.* p. 151. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 80. — Meisn. *gen.* p. 82. — *Comment.* p. 59. — Endlicher *gen.* p. 1265. — (Spartianthus) Link. *Enum. h. berol. II*, p. 223.

Calyx spathaceus, superne fissus, apice scariosus et minute quinquedentatus. Carina dipetala. Stamina monadelpha. Stylus subulatus, adscendens. Stigma oblongum, spongiosum, sub styli apice interne longitudinaliter adnatum. Legumen elongato-lineare, compressum, polyspermum.

1. *S. junceum.* L. Sp. 995.

Hab. in Armenia (Koch *in litt.*). ♄.

208. Sarothamnus. Wimm.

Fl. v. Schles. p. 278. — Koch. *Syn.* p. 151. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 81. — Meisn. *gen.* p. 83. — *Comment.* p. 59. — Endlicher *gen.* p. 1266.

Calyx bilabiatus: labiis apice demum scariosis; superiore 2—, inferiore 3dentato. Stamina monadelpha. Stylus longissimus, circinnato-convolutus, superne dilatatus et interne subcanaliculatus. Stigma terminale, minutum, subcapitatum. Legumen lineari-oblongum, compressum, polyspermum.

1. *S. scoparius.* Wimmer *in litt.* ad Koch (ex Koch. *Syn. l. c.*).

S. vulgaris. Wimm. *Fl. v. Schles. l. c.*

Spartium scoparium. L. Sp. 996. — Falk. *Beitr. II*, p. 222. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1159. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 221.

Spartium angulosum. Gilibert. *Fl. lithuan. IV*, p. 79. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 247.

Spartium spinosum. Güldenst. *It. II*, p. 91? 235? 252? 255? 258? 269? 278? 281? 297? — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1160?

Cytisus scoparius. Link. *Enum. h. berol. II*, p. 241. — Dec. *Prodr. II*, p. 154.

Genista juncea. Eichw. *Skizze*. p. 165.

Genista angulosa scoparia. Erndt. *Virid. warsaw.* p 51.

Hab in Rossia media [Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.)] et australi [Ucrania, Jekaterinoslaw et terra Cosaccorum (Güldenst.)] inque Sibiria uralensi [pr. Jekaterinenburg (Uspenski), in provinc. Iset (Falk)]. ♄.

209. Genista. Lam.

Encycl. méth. II, p. 616. — Decand. *Prodr. II*, p. 145. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 82. — Koch. *Syn* p. 152. — Meisn. *gen.* 82. — *Comment.* p. 59. — Endlicher *gen.* p. 1266. — (Genista et Spartium) L. *gen.* Nr. 858, 859.

Calyx bilabiatus: labio superiore bipartito; inferiore plus minus profunde trifida. Stamina monadelpha. Stylus subulatus, adscendens. Stigma in apice styli introrsum laterale.

§. 1. *Spinosae (foliis omnibus simplicibus).*

1. *G. germanica* (L. Sp. 999) caulibus inferne aphyllis superne ramosis, ramulis foliosis hirsutis; floriferis inermibus, foliis oblongis ellipticisve, floribus racemosis, bracteis subulatis pedicello duplo brevioribus, legumine ovato hirsuto 2—4spermo.

G. germanica. Dec. *Prodr. II*, p. 149. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1160 (excl. pl. taurica). — Besser. *Enum.* p. 28, Nr. 888. — Eichwald. *Skizze.* p. 165.

G. spinosa. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 78. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 247.

Genistella spinosa. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 51.

Hab. in Rossia media [Lithuania et Volhynia (Eichw.), Warsawia (Erndt., Gilibert] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Andrz. ex Besser, Eichwald)]. ♃.

§. 2. *Inermes (foliis omnibus simplicibus).*

2. *G. tinctoria* (L. Sp. 998) caulibus teretibus elevato-striatis glabris v. adpresse pilosis, foliis oblongis ellipticisve, stipulis subulatis minimis, floribus racemosis, corolla glabra, carina longitudine vexilli.

α. erecta: caulibus erectis superne ramosis, germinibus leguminibusque glabris.

a. *angustifolia*: glaberrima, foliis oblongo-linearibus acuminatis, ramis patulis, floribus minoribus.

G. patula. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 148. — Dec. *Prodr. II*, p. 151.

Hab. in Iberiae collibus lapidosis ad Cyrum fluvium pr. Tiflis (M. a Bieb.) ♄.

b. *vulgaris:* caulibus superne adpresse pilosis, foliis oblongis margine pubescentibus, ramis erectis.

G. tinctoria. Dec. *Prodr. II*, p. 151. — Pall. *It. I*, p. 37. 195; *III*, p. 681. — Georgi. *It. II*, p. 863. — Lepech. *It. I*, p. 75; *III*, p. 136. — Fisch. *Livl.* p. 270. — Falk. *Beitr. II*, p. 222. — Güldenst. *It. I*, p. 112; *II*, p. 162. 174. 179. 187. 198. 275. 290. 339. 341. 344. 416. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 475. — Böber in Pallas *n. nord. Beitr. VI*, p. 258. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1160. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 149. 463. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 221. — Mart. *Fl. mosq.* p. 123. — Besser. *Enum.* p. 28. Nr. 886. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 46. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 134. — Eichw. *Skizze.* p. 165. — Ej. *casp. cauc.* p. 23. 27. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 156. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 268. — Wirzén. *Casan.* Nr. 121.

G. inermis. Gilib. *Fl. lithuan. V*, p. 77. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 246.

G. sibirica. FALK. *Beitr. II*, p. 223. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1160.

G. foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus, striatis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 19, Nr. 25.

Genista. CLARK. *It. I*, p. 216.

Genistella. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 51.

Hab. in Rossia (FALK) media [Livonia (FISCH.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHWALD), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Tschernigow! (GÜLDENST.), Orel (BÖBER), Kursk (HÖFFT.), Woronesch (CLARKE), Mosqua (STEPHAN, MART.), Wladimir (PALL.), Nishny-Nowgorod (GEORGI), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Simbirsk (PALL., LEPECH.), Kasan (WIRZÉN, C. A. MEYER *in litt.*), Wiätka (LEPECH.), Saratow! (BLUM *pl. exs.*), Orenburg pr. Slatoust (NESTEROFSKI)] et australi [Kiew (GÜLDENST., TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER), Ucrania et gub. Jekaterinoslaw (GÜLDENSTÄDT), terra Cosaccorum (PALL., GÜLDENST.), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING, CLAUS), et Wolgam infer. (CLAUS)] inque provinciis caucasicis [promontor. occident., alt. 400 hexap. (C. A. MEYER), pr. Narzana! (HOHENACK. *pl. exs.*), Caucaso (M. a BIEB.), Mingrelia et Somchetia (EICHWALD), Kachetia! (EICHWALD, HOHENACKER *pl. exs.*), provinc. Karabagh (HOHENACK.)] et Sibiria [uralensi! (LESSING, EVERSMANN *in herb. reg. berol.*), pr. Jekaterinenburg (USPENSKI), in provinc. Iset (J. G. GMELIN, FALK), des. kirghisorum (FALK), altaica ad fl. Irtysch (J. G. GMEL.) et baikalensi! (BLUM *pl. exs.*). ♄.

c. *latifolia*: caulibus foliisque oblongo-ellipticis villosiusculis, ramis erectis.

G. marginata. BESSER *in herb. Zeyheri.*

Hab. in campis Podoliae australis! (BESSER). ♄.

β. decumbens: caulibus decumbentibus, ramis floriferis adscendentibus, germinibus subsericeis, leguminibus . . . . .

G. depressa. M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 460 (fide specim. a clar. STEVEN et BESSER cum am. ZEYHER communic.). — DEC. *Prodr. II*, p. 150. — EICHWALD. *Skizze.* p. 165.

G. tetragona. BESSER. *Enum.* p. 73. Nr. 887 (fide specim. Besserianis in herb. reg. berol., Zeyheriano et proprio asservat.). — DEC. *Prodr. II*, p. 150. — — EICHW. *Skizze.* p. 165.

G. albida. BESSER. *Enum.* p. 28, Nr. 887 (excl. synon. M. a BIEB.).

Hab. in Rossia australi [Podolia austr.! ad Tyram a Jaorlik ad Raszkow (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), gub. Cherson (EICHW.)] et Tauria! (M. a BIEB., STEVEN *in herb. Zeyheri*). ♃. ♄.

G. sibirica L. (MANT. p. 571) valde dubia videtur, saltem uti planta Sibiriae indigena. Caulem non striatum aut angulosum, vix lineatum, una cum foliis glaberrimum etc., qualem Linnaeus suae plantae adscribit, nunquam in Genistae speciminibus sibiricis observavi, quae contra ad amussin cum europaeis conveniunt. Etiam ex Gmelini sententia sibirica planta ab europaea non differt.

3. *G. ovata* (WALDST. et KIT. *pl. rar. Hungar. I*, p. 86, t. 84) caulibus inermibus teretibus elevato-striatis foliisque hirsutis: pilis patentibus, foliis oblongis ellipticis ovatisve, stipulis subulatis minimis, floribus racemosis, corolla glabra, carina longitudine vexilli, leguminibus dense hirsutis.

G. ovata. DEC. *Prodr. II*, p. 151. — WEINM. *Tambow.* Nr. 101.

Hab. in Rossia media [gub. Tambow (WEINM.)]. ♄.

Antecedenti maxime affinis, nec fere nisi leguminibus dense hirsutis diversa, folia scilicet latiora et pili patentes in superficie totius fere plantae etiam in varietatibus G. tinctoriae reperiuntur.

4. *G. albida* (Willd. *Sp. pl. III*, p. 942) caulibus procumbentibus sulcatis, foliis oblongis cum ramis calycibusque villosis: pilis patentibus, floribus solitariis sessilibus, vexillo carinaque sericeo-villosis, leguminibus demum breve pedicellatis villosissimo-tomentosis.

G. albida. Dec. *Prodr. II*, p. 152. — Willd. *herb.* Nr. 13,167. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 149; *III*, p. 459. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 152.

Hab. in Rossia australi [Bessarabia ad rivum Gromoklei (M. a Bieb.)], Tauria! (M. a Bieb., Steven) et Caucaso septentrionali, ad m. Beschtau (M. a. Bieb.), pr. Narzana alt. 550 hexap. (C. A. Meyer). ♄.

A subsequente, cui valde affinis, pilis patentibus dignoscenda.

5. *G. pilosa* (L. Sp. 999) caulibus procumbentibus sulcatis, foliis oblongis v. oblongo-linearibus subtus ramis pedunculis calycibusque adpresse pilosis, pedunculis lateralibus solitariis pluribusve foliorum fasciculo cinctis calycem aequantibus, vexillo carinaque sericeis, leguminibus pilosissimis.

G. pilosa. Dec. *Prodr. II*, p. 152. — Ferber in Fisch. *Livl. Zus.* p. 157. — Falk. *Beitr. II*, p. 223. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1160.

Hab. in Rossia media [Curonia (Ferber)], Tauria [pr. Karassubasar! et Sawastopol! (Ledeb.)], omni Rossia, provincia Isct et des. Kirghisorum, G. tinctoria rarius (Falk). ♄.

Quid?: *Genista Scorpius.* Georgi. *It. II*, p. 778. — In gubern. Saratow (Georgi).

„ *non aculeata, flore albo, siliquis splendentibus, verrucosis.* Messerschm. in Amman. *ruth.* p. 203, Nr. 280. — In desertis ad fl. Byr (Amman.).

210. Trichasma. Walpers.

in Linnaea XIII, p. 510. — Endlicher *gen.* 1266.

Calyx ad basin usque partito-bilabiatus: labio superiore profunde bipartito; inferiore tridentato v. trifido. Stamina monadelpha, interdum filamento vexillari subdistincto fere diadelpha. Stylus filiformis, glaber. Stigma capitellatum. Legumen compressum, chartaceum, polyspermum.

1. *T. calycinum* (Walpers l. c. p. 511) caulibus adscendentibus hirsutis, foliolis obovato-suborbiculatis ellipticisve utrinque pilosis, floribus terminalibus in umbellam vel racemum abbreviatum 2—12florum dispositis, calycis labio inferiore fere ad medium usque trifido: lacinia intermedia angustissima.

Cytisus calycinus. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 166; *III*, p. 477. — Dec. *Prodr. II*, p. 156. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 135. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 103. — Koch *in Linnaea XV*, p. 717.
Cytisus pauciflorus. Willd. *Sp. pl. III*, p. 1126. — Willd. *herb.* Nr. 13,633. — Fisch. *Cat. h. gorenk.* p. a. 1812. p. 68.
Cytisus nanus. Willd. *Enum. h. berol.* p. 769?
Lotus trifoliastrum. Desrouss. *in Encycl. méth. III*, p. 612? — Dec. *Prodr. II*, p. 214? — Stephan *herb.!*

Hab. in Tauria! (M. a Bieb., Steven *in herb. reg. berol.*) et provinciis caucasicis [pr. acidulam Narzana, alt. 500 hexap.! (C. A. Meyer), in Caucaso (M. a Bieb.), Ossetia et Imeretia (Koch), regionibus occidentalibus! (Nordmann), Kachetia! (Hohenack. *pl. exs.*) inque mont. Talüsch versus tractum Suwant (Hohenack.)]. ♃. ♄.

211. Cytisus. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 153 (excl. sp pl.). — Koch. *Syn.* p. 154 (excl. sp.). — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 94. — Meisn. *gen.* p. 83. — *Comment.* p. 59. — Endlicher *gen.* p. 1296.

Calyx bilabiatus: labio superiore truncato v. bidentato; inferiore tridentato. Stamina monadelpha; alterna antheris minoribus v. interdum effoetis. Stylus subulatus, adscendens. Stigma obliquum, antrorsum declive. Legumen lineari-complanatum: sutura vexillari incrastata v. anguste alata.

Sect. I. *Tubocytisus.* Dec. *Prodr. II*, p. 155. Calycis tubo labia superante.

1. *C. austriacus* (L. Sp. 1042) floribus terminalibus umbellato-capitatis, pedunculis exterioribus bracteolatis, ramis erectis calycibusque hirsutis, foliis canescentibus: pilis adpressis.

C. austriacus. Dec. *Prodr. II*, p. 156. — Pall. *It. III*, p. 683; App. p. 754. Nr. 128*. t. G. g*. f. 2. — Ej. *Fl. ross. I*, p. 73. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 261. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1173. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 166. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 920. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 135. — Eichw. *Skizze.* p. 165.

C. floribus in capitulum congestis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 18. Nr. 24.

Hab. in Rossia australi [Kiew! (Trautv. *in litt.*), Ucrania (Besser), Podolia! (Andrz. ex Besser, Eichw.), Jekaterinoslaw! (Böber), ad Tanain (J. G. Gmel., Pall., M. a Bieb.) et Wolgam (M. a Bieb.)] inque provinciis caucasicis [promontorio occidentali! (M. a Bieb., — alt 300 hexap. — C. A. Meyer)]. ♄.

β. leucanthus: floribus albis.

C. leucanthus. Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hungar. II*, p. 141. t. 132. — Dec. *Prodr. II*, p. 155. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 921. — Eichw. *Skizze* p. 165.

Hab. in Rossia australi [Volhynia! (Besser), Podolia! (Besser, Eichw.) et gub. Cherson (Eichw.)]. ♄.

2. *C. capitatus* (Jacq. *Fl. austr.* p. 22. t. 33) floribus terminalibus umbellato-capitatis numerosis, pedunculis exterioribus bracteolatis, ramis strictis erecto-patulis fastigiatis, ramulis foliis calycibusque hirsutis, pilis patentibus.

C. capitatus. Dec. *Prodr. II*, p. 156. — Georgi. *Beschreib. d. R. R. III*, 4. p. 1173. — Besser. *Enum.* p. 39. Nr. 918. —Eichw. *Skizze* p. 165.

C. uralensis. Hortor.

Hab. in Rossia media [Volhynia rarior (Bess.)] et australi [Podolia (Eichw.), Ukrania! (Steven *in herb. reg. berol.*)], inque Sibiriae uralensis plaga septentrionali pr. Boguslawsk!? (Erman *in herb. reg. berol.* — Specimen incompletum, minus hirsutum, huc spectare videtur). ♄.

3. *C. hirsutus* (L. Sp. 1042) floribus omnibus lateralibus binis ternisve brevius pedicellatis, pedicellis ebracteatis, caulibus erectis adscendentibusque, ramulis foliis calycibusque hirsutis: pilis patentibus.

C. hirsutus. Koch. *Syn.* p. 156.

C. polytrichus. M. a Bieb. *Flor. t. c. III*, p. 477. — Dec. *Prodr. II*, p. 156.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb., Parrot. *pl. exs.*) et Caucaso! (Nordmann). ♄.

4. *C. supinus* (L. Sp. 1042) floribus terminalibus binis quaternisve umbellatis, pedunculis bracteolatis, caule ramosissimo ramisque prostratis,

ramulis adscendentibus foliisque laxe pilosis: pilis patentibus, calycibus subglabris.

C. supinus. Koch. *Syn.* p. 155. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1173. ex parte. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 222. — Besser. *Enum.* p. 29. 73. Nr. 919. — Eichw. *Skizze.* p. 165.

C. pubescens. Gilib. *Fl. lithuan. IV.* p. 81. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 249.

Hab. in Rossia media [Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.). Volhynia ((Besser, Eichwald)] et australi [Podolia (Besser), ad Tanain (Henning)] inque Armenia (Koch. *in litt.*). ♄.

An planta rossica forsan ad subsequentem speciem pertineat?

5. *C. biflorus* (L'Herit. *Stirp.* 184) floribus omnibus lateralibus subgeminis, caulibus ramisque prostratis, ramulis adscendentibus foliis calycibusque sericeis: pilis adpressis.

C. biflorus. Dec. *Prodr. II.* p. 155. — Koch. *Syn.* p. 156. — Besser. *Enum.* p. 74. Nr. 1573. — Eichw. *Skizze.* p. 165. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 268. — Wirzén. *Casan.* Nr. 122.

C. hirsutus. Pall. *It. I*, p. 21. 148. 271. — Georgi *It. II*, p. 556. 713. 811. — Lepech. *It. I*, p. 10. 126; *III*, p. 35. 38. 42. 135. — Falk. *Beitr. II*, p. 225. — Pall. *Fl. ross. I*, p. 74. — Güldenst. *It. I*, p. 49. 63. 65. 88. 93. 96. 97. 112. 195. 283. 421. 425; *II*, p. 126. 129. 133. 144. 146. 155. 157. 163. 173. 182. 210. 232. 263. 273. 278. 281. 291. 338. 340. 343. 375. 404. 416. 421. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 257. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1172. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 165. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 362. in nota. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 22.

C. pilosus. Pall. *It. II*, p. 255. 408; *III*, p. 315. 498. 502. 503. 653.

C. supinus. Güldenst. *It. I*, p. 195; *II*, p. 173. 177. 179. 187. 205. 208. 210. 286. 297. 303. 307. 319. 331. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1173. ex parte. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 165; *III*, p. 476. — Mart. *Fl. mosq.* p. 127. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22. — Weinm. *Tambow.* Nr. 106.

C. supinus wolgensis. Fisch. *Cat. h. gorenk.* p. a. 1808. p. 110; p. a. 1812. p. 68.

C. ruthenicus. Fisch. *Ind. pl. h. petropol.* 1824. p. 25. — Besser. *Enum.* p. 29; Nr. 922; p. 74. Nr. 1573. — Eichwald. *Skizze* p. 165.

C. falcatus. Dec. *Prodr. II*, p. 155 (quoad pl. ross.). — Eichw. *Skizze* p. 165.

C. elongatus. Willd *herb.* Nr. 13623.

C. calycibus hirsutis subsessilibus, pedunculis simplicibus, brevissimis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 17. Nr. 23. t. 6. f. 2.

Hab. in Rossia media (M. a Bieb.) [gub. Minsk! (Krumsieg *pl. exs.*), Volhynia (Eichw.), Tschernigow (Güldenst.), Kursk (Höfft.), Tula (Böber), Räsan (Güldenst.), Mosqua (Mart.), Wladimir (Pall., Lepech.), Wiätka (Lepech., Falk), Kasan (Georgi, Wirzén), Simbirsk (Pall.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Tambow (Güldenst., Weinm.), Saratow (Claus), Orenburg (Pall., Georgi, Lepech., Claus), pr. Slatoust (Nesterofsky), Perm (Falk)] et australi (M. a Bieb.) [Kiew (Güldenst., Trautv. *in litt.*), Ucrania (Güldenst.), Podolia (Besser, Eichw.), gub. Cherson! (Eichw.), Jekaterinoslaw et terra Cosaccorum (Güldenst.), ad Tanain (Falk, Güldenst.), et Wolgam infer.! (Pall., Falk, Blum *pl. exs.*), inter Wolgam et Ural fl. (Falk)], Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (Pall., M. a Bieb.) [Caucaso septentrionali ad fl. Kuban! (Steven *in herb. reg. berol.*), ad m. Matschuka! (Hohenack. *pl. exc.*), ad fl. Terek (Güldenst.), in Iberia! (M. a Bieb., Eichw., Wilhelms *pl. exs.*), Mingrelia (Eichw.), Imeretia (Güldenst.), Kachetia (Pall., Güldenst.)], inque Sibiria [uralensi (Pall.) pr. Jekaterinenburg (Georgi) et Turinsk (Lepech.), et provinc. Iset (J. G. Gmel.), usque ad fl. Tobol (Falk) et altaica in des. soongoro-kirghisico ad Tschar-Gurban (Falk)]. ♄.

***C. elongatus (Waldst. et Kit. *Plant. rar. Hungar. II*, p. 200. t. 183) calyce pilis patulis hirsuto, caule erecto, ramis recurvatis, si re**

vera specie differt, nondum quantum scio, in imperio rossico observatus est.

Sect. II. *Calycotome* (LINK in SCHRAD. *n. Journ. II*, 2. p. 50) DEC. l. c. p. 154. Calyx campanulatus, basi circumscisse deciduus.

6. C. spinosus (LAM. *Encycl. méth. II*, p. 247) floribus lateralibus fasciculatis, pedunculis sub calyce bractea trifida instructis, caulibus sulcatis, ramis spinescentibus subulatis, calycibus sub anthesi circumscissis foliisque subtus adpresse pilosis, leguminibus glabris v. sericeo-pilosis.

C. spinosus. DEC. *Prodr. II*, p. 154. — S. G. GMEL. *It. IV*, p. 51.

Hab. in litt. orient. m. casp. circa Tjuk-Karagan (S. G. GMEL.). ♄.

Sect. III. *Laburnum*. DEC. l. c. p. 153. Calyx tubo brevi: labiis hiantibus.

7. *C. Laburnum* (L. SP. 1041) adpresse pilosus, racemis lateralibus multifloris pendulis, foliolis ellipticis supra glabris, leguminibus sericeis, sutura superiore angulato-carinata.

C. Laburnum. DEC. *Prodr. II*, p. 153. — GEORGI. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1172.

Hab. in Lithuania, Volhynia, Podolia, Ucrania, Jekaterinoslaw, Iberia et Somchetia (GEORGI). ♄.

Dubius hanc speciem recepi, a solo GEORGIO inter stirpes rossicas enumeratam.

8. *C. nigricans* (L. SP. 1041) adpresse pilosus, racemis terminalibus multifloris erectis, foliolis obovatis oblongisve supra glabris, calycibus ebracteatis.

C. nigricans. DEC. *Prodr. II*, p. 153. — GEORGI. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1172 (excl. pl. wolgensi (ad Calophacam wolgaricam pertinente) et taurica). — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 917. — EICHW. *Skisse* p. 165.

Hab. in Lithuania (EICHW.), Volhynia et Podolia (BESSER). ♄.

9. *C. sessilifolius* (L. SP. 1041) glaber, racemis subsexfloris erectis, foliolis obovatis; foliorum superiorum subrhombeis, calycibus tribracteatis.

C. sessilifolius. DEC. *Prodr. II*, p. 153. — BESSER. *Enum.* p. 73. Nr. 1571. — EICHW. *Skisse* p. 165.

Hab. in Volhynia pr. Orochow (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.). ♄.

Quid?: *Cytisus corniculatus*. GÜLDENST. *It. II*, p. 69. 192. — Ad Borysthenem inter Kamenskaja et Krementschug et ad rivulum Asowka pr. Asow (GÜLDENST.).

" *nigricans tauricus*. GEORGI l. c.

212. Anthyllis. L.

DEC. *Prodr. II*, p. 168. — KOCH. *Syn.* p. 159. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 122. — MEISN. *gen.* p. 83. — *Comment.* p. 59. — ENDLICHER *gen.* p. 1267.

Calyx tubulosus v. campanulatus, ventricosus, limbo quinquefidus, plus minus bilabiatus. Carina obtusa v. breviter acuminata. Stamina

monadelpha v. diadelpha: filamentis superne dilatatis. Stylus filiformis. Stigma capitellatum. Legumen calyce ventricoso, membranaceo, clauso obtectum, mono-dispermum.

1. *A. Vulneraria* (L. Sp. 1012) herbacea, foliis pinnatis, foliolis inaequalibus, capitulis geminatis, calyce quinquedentato: dentibus ovatis acuminatis inaequalibus.

M. officinalis. Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 250. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 114. — Pall. *It. III*, p. 537. — S. G Gmelin. *It. II*, p. 197. — Güldenst. *It. II*, p. 44. 58. 75. 166. 174. 202. 235. 262. 269. 273. 295. 307. 308. 344. 373. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 223. — Mart. *Fl. mosq.* p. 128. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 948. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 254. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 269. — Weinm. *Tambow.* Nr. 113. — Ej. *Fl. petropol.* p. 71. — Wirzén. *Fenn.* p. 64. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 257. — Wirzén. *Casan.* Nr. 125.

M. arvensis. Wallr. *Schedul. crit.* p. 391. — Dec. *Prodr. II*, p. 188. — Koch *in Linnaea XV*, p 718.

M. officinalis luteus. Güldenst. *It. II*, p. 78.

M. flava. Pall. *It. III*, p. 654.

M. luteus. Güldenst. *It. II*, p. 255. 327.

M. rugosus fl. luteo. Gilibert. *Fl. lithuan. IV*, p. 83. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 250.

M. fl. luteo. Pall. *It. I*, p. 73. 209. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 12. 139.

Melilotus. Güldenst. *It. II*, p. 207.

M. Rivini et Officinarum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 74.

Trifolium officinale. Willd. *Sp. pl. III*, p. 1355. — Pall. *Ind. Taur.* — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 207. 464.
Trifolium Melilotus officinale. Falk. *Beitr. II*, p. 228. — Güldenst. *It. I*, p. 85. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 257.
Trifolium Melilotus officinalis a. fl. luteo. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1190.
Trifolium Melilotus. Güldenst. *It. I*, p. 112. 426; *II*, p. 178. 187.
Trifolium Melilotus lutea. Güldenst. *It. I*, p. 64. — Clark. *It. I*, p. 353.
Trifolium leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, caule erecto. Gmelin. *Fl. sib. IV*, p. 23, Nr. 32, t. 7.

Hab. in Rossia septentrion. [Fennia (Wirzén)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), a Newa fl. ad fl. Ural et Kama usque (Falk), ins. Osilia!, Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Tschernigow (Güldenst.), Kursk (Höfft.), Woronesch (S. G. Gmel.), Tula (S. G. Gmelin, Böber), Tambow (Güldenst., Weinm.), Pensa! (Pallas, Jacquet *pl. exs.*), Mosqua (Mart.), Twer (S. G. Gmel.), Kasan (Wirzén), ad Wolgam mediam (Claus), Orenburg (Pall.)] et australi [Kiew (Güldenstädt, Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania et Jekaterinoslaw (Güldenst.), terra Cosaccorum (Güldenst., Clark.), ad Tanain (S. G. Gmel., Güldenst., Henning) et Wolgam inferiorem (Claus) pr. Zaritzyn (Pall.), Sarepta! (Steven *in herb. reg. berol.*) et Astrachan! (S. G. Gmel., Eichw.), in des. caspio (Pall.)], Tauria! (Pallas, M. a Bieb., Steven *pl. exs.*), insula Taman!, provinc. caucas. (M. a Bieb.) [occidentalibus! (Nordmann), Imeretia (Güldenst.), m. Alapäs inque Armenia (Koch)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi pr. Jekaterinenburg (Uspenski), usque ad fl. Tobol (Falk), altaica! (Fl. alt.). ⨀.

β. floribus albis.

M. arvensis *β.* albiflora. Dec. l. c.
M. Petitpierreana. Willd. *Enum. h. berol.* p. 790. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 105.
Trifolium Melilotus officinale. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 505 (ex C. A. Meyer l. c.).

Hab. in Lithuania hinc inde (Eichw.), circa ostia Wolgae (Eichw.), in Tauria! et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ubique (C. A. Meyer), in promont. usque ad alt. 500 hexap. (C. A. Meyer), Ossetia et Iberia (Koch *in litt.*), territor. Elisabethpol! et provinc. Karabagh! (Hohenack.) prov. Talüsch tr. Suwant, alt. 670 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ⨀.

10. ***M. parviflora*** **(Desf. *Fl. atlant. II*, p. 192) racemis densis demum elongatis, pedicellis calyce brevioribus, alis longitudine carinae vexillo brevioribus, leguminibus subglobosis obtusissimis reticulato-rugosis, stipulis basi obsolete denticulatis, foliolis subretusis antice dentatis; foliorum inferiorum obovatis; superiorum oblongo-cuneatis.**

M. parviflora. Dec. *Prodr. II*, p. 187. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105.
Trifolium Melilotus parviflorum. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 506.

Hab. in provincia Baku (C. A. Meyer), circa ostia fl. Cyri pr. Sallian! (M. a Bieb., C. A. Meyer, Hohenack.) inque provinc. Talüsch (Hohenack.). ⨀.

11. ***M. ruthenica*** **(M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 496, in nota) racemis laxissimis elongatis paucifloris, pedicellis calyce longioribus, alis carinaque vexillum subaequantibus, leguminibus ovatis compressis reticulato-rugosis (M. a Bieb.), stipulis setaceis integerrimis, foliolis mucronatis; foliorum inferiorum obovato cuneatis remote serratis: superiorum oblongo-linearibus subintegerrimis.**

M. ruthenica. Dec. *Prodr. II*, p. 186. — Claus. *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 296.
M. wolgica. Poir. *Encycl. méth. Suppl. III*, p. 648 (ex Dec.).

M. rariflora. Eichw. *casp. cauc.* p. 7.
M. polonica. Pall. *It. III*, p 537? — S. G. Gmel. *It. I*, p. 139?; *IV*, p. 44?
M. spec. macra exaltata etc. Pall. *It. III*, p. 331?

Hab. ad Tanain? (S. G. Gmel.) et Wolgam circa Sarepta (M. a Bieb., Claus), in des. caspio (Pall.), littore orientali m. caspii! (Eichw.) inque insula Swätoi m. casp.? (S. G. Gmel.). ⊙?

Racemo rarifloro et floribus longiori pedicello suffultis primo intuitu a congeneribus dignoscitur. Legumina non vidi.

12. *M. polonica* (Pers. *Syn. II*, p. 348) racemis laxis, floribus longe pedicellatis, leguminibus lanceolato-acuminatis parum rugosis glabris, stipulis . . . . ., foliolis acuminatis superne acute serratis.

M. polonica. Dec. *Prodr. II*, p. 187. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 223. — Besser *in Flora 1832, II, Beibl.* p. 31.

M. lutescens. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 84. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 251.

Trifolium Melilotus polonica. L. Sp. 1078. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1190.

Hab. in Lithuania circa Grodno (Gilib., Jundz.). ⊙.

Planta, quae hodie sub hoc nomine militat, dubia, et duabus speciebus conflata videtur. Alteram, Linnaeanam plantam, nil esse nisi M. ruthenicam vix dubitarem, descriptionibus (licet brevibus) Linnaeana et Biebersteiniana bene inter se congruentibus. Altera, lithuanica planta, contra varietas videtur M. officinalis. — Diagnosin e descriptione Linnaeana composui.

13. *M. taurica* (Dec. *Prodr. II*, p. 188) racemis multifloris laxiusculis demum elongatis, pedicellis calycem subaequantibus, alis carinaque vexillum subaequantibus, leguminibus ellipticis compressis transverse plicato-rugosis: plicis tumidulis demum lacunosis, stipulis subulato-setaceis, foliolis rhombeo-cuneatis lineatis antice serrato-dentatis; supremis angustioribus.

M. Besseriana. Ser. in Dec. l. c.

M. imbricata. Besser (ex Ser.).

M. plicata. Steven (ex Ser.).

Trifolium Melilotus tauricum. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 506.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb.). ⊙. (⊙? M. a Bieb.).

14. *M. gracilis* (Dec. *Fl. franc. V*, p. 565) racemis multifloris subdensis demum elongatis, pedicellis calyce brevioribus, alis carinaque vexillum aequantibus, leguminibus subglobosis reticulato-rugosis, stipulis subulatis integerrimis, foliolis foliorum inferiorum obovato-cuneatis antice serrato-dentatis; summorum oblongo-linearibus apice paucidentatis.

M. gracilis. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 247.

Hab. in Iberia! (Eichw. *pl. exs.*), territorio Elisabethpol (Hohenacker), provinc. Karabagh et Somchetia (Hohenack. *in litt.*) inque Armenia! (e sem. a cl. Fischer commun. in h. dorpat. educat.). ⊙.

216. Trifolium. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 189. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 255. — Koch. *Syn.* p. 167. — Ej. *Deutschl. Fl. V*, p. 253. — Meisn. *gen.* p. 85. — *Comment.* p. 61. — Endlicher *gen.* p. 1268.

Calyx 5fidus v. 5dentatus. Corolla marcescenti-persistens. Carina obtusa. Stamina diadelpha, cum petalis plus minusve connata: filamentis (praesertim longioribus) versus apicem parum dilatatis. Stylus glaber. Legumen sessile v. stipitatum, ovatum v. lineare, 1—5spermum, calyce aut corolla marcescente inclusum v. exsertum, indehiscens v. suborbiculatum v. longitudinaliter dehiscens.

Sect. I. *Lagopus*. Koch. *Syn*. p. 167. Flores in spica subglobosa v. oblonga sessiles. Calycis faux interne linea elevata callosa, saepe pilosa v. annulo pilorum obsita, demum plerumque clausa. Legumen calycis tubo inclusum.

1. *T. angustifolium* (L. Sp. 1083) spicis cylindricis demum elongatis solitariis basi nudis, calyce decemstriato setoso-hirsuto; fructifero annulo calloso clauso: dentibus subulatis acutissimis; infimo corolla longiore; reliquis paulo brevioribus; calycis fructiferi patentibus nervosis, stipulis setaceo-subulatis, foliolis oblongo-linearibus cauleque erecto villosis.

T. angustifolium. Dec. *Prodr. II*, p. 189. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1192. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 213. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137. — Eichw. *casp. cauc.* p. 5. 28. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105.

Hab. in Tauria et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Somchetia et Kachetia (Eichw.), in litt. m. casp. pr. Derbend (Eichw.), inter Sallian et Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenack.), ins. Sara m. casp.! (Kieseritzky), provinc. Talüsch pr. Suwant, alt. 670 hexap. (C. A. Meyer)], in litt. orient. m. casp.! (Karelin). ⊙.

2. *T. purpureum* (Loisel. *Fl. gall.* p. 484. t. 14) spicis cylindricis demum elongatis solitariis basi nudis, calyce 10striato setoso-hirsuto; fructifero annulo calloso clauso: dentibus subulatis acutissimis; infimo reliquis longiore corolla subduplo breviore; calycis fructiferi patentibus, stipulis setaceo-subulatis, foliolis oblongo-linearibus cauleque erecto villosis.

T. purpureum. Dec. *Prodr. II*, p. 190.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ⊙.

3. *T. arvense* (L. Sp. 1083) spicis solitariis villosissimis demum cylindricis basi nudis, calyce 10striato: dentibus subulato-setaceis corolla plus duplo longioribus patulis enerviis, fauce obsolete pilosa corolla marcescente clausa, stipulis superioribus ovatis acuminatis; inferioribus a basi latiori subulatis, foliolis lineari-oblongis versus basin subattenuatis cauleque ramoso diffuso villosis.

T. arvense. Dec. *Prodr. I*, p. 190. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 115. — Pall. *It. II*, p. 18. — Fisch. *Livl.* p. 273. — Falk. *Beitr. II*, p. 228. — Güldenst. *It. II*, p. 10. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 501. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1192. — Clark. *It. I*, p. 353. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 213. — Jundz. *Fl. lithuan* p. 225. — Mart. *Fl. mosq.* p. 130. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 66. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 959. — Lucé. *Fl. osil.* p. 250. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 30. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 269. — Weinm. *Tambow.* Nr. 117. — Ej. *Fl. petropol.* p. 71. — Wirzén. *Fenn.* p. 64. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105. — Fleischer et Lindem. *Fl. d.*

Ostseeprov. p. 252. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 126. — KOCH *in Linnaea XV*, p. 718.

T. villosum. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 89. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 254.

T. spicatum. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 123.

Lagopus. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 65.

Hab. in Rossia (FALK) septentrionali [Fennia (PRYTZ, WIRZÉN)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia (FLEISCH. et LINDEM.), ins. Osilia (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHWALD), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHWALD), Kursk (HÖFFT.), Mosqua (PALL., STEPHAN, MART.), Tambow (WEINM.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN), Saratow et Orenburg (CLAUS)] et australi [Kiew (TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER, EICHW.), terra Cosaccorum (CLARK.), ad Tanain (HENNING) et Wolgam inferiorem (CLAUS)], Tauria (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB., KOCH) [Kabarda (GÜLDENST.), promontor. alt. 150—500 hexap. et circa castellum Grosnaja (C. A. MEYER), Somchetia (EICHWALD), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.), pr. Lenkoran! (HANSEN *pl. exs.*, C. A. MEYER, HOHENACKER), in provinc. Talüsch, alt. 1—666 hexap. (HOHENACK.)] inque Sibiria uralensi pr. Jekaterinenburg (USPENSKI). ☉.

4. *T. eriocephalum*: spicis ellipticis solitariis villosissimis basi involucratis, calyce 10striato: dentibus subulato-setaceis tubo duplo longioribus corollam subaequantibus patulis enerviis, fauce obsolete pilosa, stipulis superioribus ovatis acuminatis; inferioribus lanceolato-subulatis, foliolis oblongo-linearibus cauleque ramoso diffuso subadpresse pilosis.

Hab. in provinciis caucasicis! (WITTMANN *pl. exs.*). ☉.

Differt a praecedente: spicis brevioribus, basi foliis v. bracteis 2 structura stipularum superiorum involucratis, calycis dentibus corollam subaequantibus nec illa duplo longioribus, corollis majoribus et pilis in caulis et foliorum superficie subadpressis nec patentibus.

5. *T. lappaceum* (L. Sp. 1082) spicis globosis solitariis basi nudis, calyce 20nervio: tubo glabro; dentibus corollam aequantibus vel paulo brevioribus piloso-hispidis demum basi dilatatis triangularibus reticulato-venosis; infimo paulo longiore; fauce calycis fructiferi annulo piloso instructa, stipulis ovatis: acumine lanceolato subulato foliisque obovatis obsolete denticulatis pilosis, caule ramoso diffuso.

T. lappaceum. DEC. *Prodr. II*, p. 191. — HABL. *taur.* p. 163 (ex M. a BIEB.). — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1191. — M. a BIEB. *Fl. t. c. I*, p. 213; *III*, p. 570. — STEVEN *in Mém. de la Soc. des. Natur. de Moscou IV*, p. 58. — C. A. MEYER. *Ind cauc.* p. 137. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 105.

Hab. in Tauria (HABL., STEVEN) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [Iberia! (WILHELMS *pl. exs.*), reg. occident.! (NORDMANN), in campis versus m. Beschbarmak (C. A. MEYER), provinc. Lenkoran pr. Kisilagatsch (C. A. MEYER, HOHENACK.) inque ins. Sara m. casp.! (KIESERITZKY)] ☉.

6. *T. echinatum* (M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 216; *III*, p. 511) spicis solitariis basi nudis demum ellipticis, calyce 10nervio: tubo piloso; dentibus ciliatis basi dilatatis triangularibus enerviis corolla subduplo brevioribus; infimo longissimo; intermediis superiora superantibus; fructiferi fauce annulo incrassato pilosiusculo instructa, stipulis lanceolatis obtusiusculis pilosis, foliolis obovato-oblongis obsolete denticulatis cauleque ramoso diffuso superne pilosiusculis.

T. echinatum. DEC. *Prodr. II*, p. 191. — EICHW. *casp. cauc.* p. 28. — HOHENACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — FISCHER et MEYER. *Ind. IV. sem. h. petropol.* p. 47. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 105.

T. supinum. Savi. *Obs. in Trifol.* p. 46. f. 2. — Dec. *Prodr. II*, p. 192.

Hab. in provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Iberia! (Wilhelms), Somchetia et Kachetia (Eichw.), territor. Elisabethpol (Hohenack.), provinc. Kuba circa portum Nisabad (Steven ex M. a Bieb.) et prov. Talüsch pr. Kisilagatsch (Hohenack.)]. ⊙.

7. *T. erinaceum* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 510) spicis elliptico-oblongis solitariis basi nudis, calyce 10nervio piloso: dentibus subaequalibus tubum subaequantibus corollam superantibus basi dilatatis trinerviis; fructiferi fauce pilis clausa, stipulis lanceolato-subulatis foliolisque obovato-cuneatis emarginato-mucronatis versus apicem denticulatis integerrimisve cauleque erecto ramoso pilosis.

T. erinaceum. Dec. *Prodr. II*, p. 191. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137.

Hab. in Iberia! (Wilhelms) inque provinc. Talüsch, alt. 300—670 hexap.! (C. A. Meyer). ⊙.

8. *T. leucanthum* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 214; *III*, p. 510) spicis subglobosis solitariis basi nudis, calyce 10nervio piloso: dentibus subaequalibus tubum superantibus corolla brevioribus lanceolatis subulatis trinerviis; fructiferi fauce pilis clausa, stipulis lanceolatis integerrimis foliolisque obovato-oblongis apice denticulatis caulibusque pilosis.

T. leucanthum. Dec. *Prodr. II*, p. 179.
T. stellatum. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1292.

Hab. in Tauria! (Pall., M. a Bieb., Steven). ⊙.

T. stellatum differt foliolis obcordatis, stipulis lato-ovatis multinerviis, calycinis dentibus corolla longioribus reticulato-venosis villosissimis minus rigidis aliisque notis.

9. *T. scabrum* (L. Sp. 1084) spicis ovatis lateralibus terminalibusque solitariis basi involucratis, calycibus 10nerviis corolla longioribus pilosis; fructiferis cylindricis: dentibus lanceolatis rigidis demum arcuato-patentibus uninerviis: nervo incrassato; fauce annulo calloso coarctata, stipulis ovatis oblique acuminatis, foliolis denticulatis; inferioribus obovatis obcordatisve; superioribus oblongo-cuneatis: venulis ad marginem incrassatis arcuatis.

T. scabrum. Decand. *Prodr. II*, p. 192. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105.

Hab. in Tauria! (M. a Bieberst., Steven) et provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms), reg. occidental.! (Nordm.), pr. Baku! (C. A. Meyer) et Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ⊙.

10. *T. striatum* (L. Sp. 1085) spicis ovatis demum subcylindricis lateralibus terminalibusque basi involucratis, calycibus piloso-hispidis: dentibus lanceolato-subulatis acutissimis rectis enerviis; fructiferi tubo ventricoso-tumido; fauce annulo calloso coarctata, stipulis ovatis abrupte oblique acuminato-cuspidatis, foliolis antice denticulatis; inferioribus obovatis obcordatisve; superioribus oblongo-cuneatis: venulis aequalibus ad marginem rectiusculis.

T. striatum. Dec. *Prodr. II*, p. 192. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1192. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 215. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137. — Eichw. *casp. cauc.* p. 28. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105.

Hab. in Tauria! (Ledeb., Böber ex Georgi), inque provinciis caucasicis [ad fl. Terek inter Kislar et Mosdok (M. a Bieb.), in Iberia! (Wilhelms), Kachetia et Somchetia (Eichw.), pr. Lenkoran (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ⊙.

11. *T. squarrosum* (L. Sp. 1082) spicis ovatis terminalibus basi involucratis, calycibus 10nerviis pilosis: dentibus lineari-subulatis acutissimis uninerviis; infimo reliquis inter se subaequalibus triplo longiore corollam subaequante deflexo; calycis fructiferi fauce annulo cartilagineo piloso coarctata, stipulis ovato-lanceolatis nervosis pilosis: acumine lineari, foliolis oblongis integerrimis.

T. squarrosum. Dec. *Prodr. II*, p. 194 (excl. var. β.). — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 214. — Eichw. *casp. cauc.* p. 24.

Hab. in Tauria! (Steven *in herb. Zeyheri*) et provinciis caucasicis [circa Georgiefsk (M. a Bieb.), in Iberia et Mingrelia (Eichw.)]. ⊙.

12. *T. commutatum*: spicis ovatis demum oblongo-ellipticis terminalibus basi nudis, calycibus 10nerviis pilosis: dentibus lanceolatis 1—3-nerviis; infimo intermedios superante supremis subduplo longiore corolla breviore demum deflexo; calycis fructiferi fauce annulo calloso puberulo coarctata, stipulis membranaceis in acumen longum lanceolato-lineare attenuatis, foliolis oblongis apice obsolete denticulatis, caulibus adscendentibus.

T. squarrosum. Savi. *Obs.* p. 65, t. 3 (fide specim. in herb. Zeyheri asservati, quod cl. Koch cum alio specim. ab ipso Savio determinato comparavisse testatur in litt.).

T. albidum. Steven *in herb. Zeyheri.*

Hab. in Tauria! (Steven l. c.) inque insula Sara m. caspii! (Kieseritzky *pl. exs.*). ⊙.

Species ab antecedente diversissima spicis 3—4plo minoribus; fructiferis ratione latitudinis longioribus et praesertim calycis structura.

13. *T. pallidum* (Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hungar. I*, p. 35, t. 36) spicis subglobosis terminalibus solitariis basi involucratis, calyce 10-nervio piloso corolla dimidia paulo longiore: dentibus lineari-subulatis ciliatis calycis frutiferi erectis; 4superioribus tubo sesquilongioribus infimo parum brevioribus; fauce annulo calloso coarctata, stipulis ovatis abrupte aristatis, foliolis ovatis subretusis serrulatis cum petiolis cauleque villosis: pilis patentibus.

T. pallidum. Dec. *Prodr. II*, p. 196. — Eichw. *Skizze.* p. 166.

Hab. in Rossia australi [Podolia et gub. Cherson (Eichw.)]. ⊙.

14. *T. diffusum* (Ehrh. *Beitr. VII*, p. 165) spicis subgloboso-ovatis terminalibus solitariis demum breve pedunculatis, calyce 10nervio piloso corollam subaequante: dentibus setaceis pilosissimis; supremis parum brevioribus; fructiferis erectis; fauce annulo piloso instructa, stipulis membranaceis; inferioribus oblongis; superioribus ovatis in acumen lanceolato-lineare attenuatis, foliolis oblongis submucronatis denticulatis cum petiolis cauleque patentissime pilosis.

T. diffusum. Dec. *Prodr. II*, p. 196. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 210. — Besser. *Enum.* p. 77. Nr. 1576. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 105.

Hab. in Rossia australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichwald), Bessarabia (Besser), gub. Cherson (Eichw.), ad Tanain (Henning)], Tauria (M. a Bieberst.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek Kislar inter et Mosdok (M. a Bieb.), in Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*, Eichw.), Mingrelia (Eichwald);

territor. Elisabethpol pr. Helenendorf (Hohenack.) et provinc. Talüsch pr. pagum Limar, alt. 500 hexap. (C. A. Meyer) et Kisilagatsch (Hohenack.)]. ⊙.

In speciminibus ibericis dentes calycini corolla longiores, in hungaricis illam aequantes vel paulo breviores.

15. *T. hirtum* (All. *Auct. ad fl. pedem.* p. 20) spicis subglobosis terminalibus solitariis basi involucratis, calyce 10striato pilosissimo corolla breviore: dentibus setaceis pilosissimis; infimo parum longiore; fructiferis suberectis; fauce annulo piloso instructa, stipulis membranaceis; inferioribus oblongis; superioribus ovatis; supremis suborbiculatis abrupte aristatis v. in acumen lanceolato-lineare attenuatis, foliolis obovatis denticulatis cum petiolis cauleque patentissime pilosis.

T. hirtum. Dec. *Prodr. II*, p. 196.

T. pictum. M. a Bieberst. *Fl. t. c. II*, p. 210; *III*, p. 507. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 28.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*, M. a Bieb.), Kachetia (Eichw.) et Somchetia! (Eichw., Hohenacker *pl. exs.*)]. ⊙.

16. *T. stellatum* (L. Sp. 1083) spicis terminalibus globosis demum ovatis solitariis basi nudis, calyce 10striato pilosissimo: dentibus lanceolatis acutissimis aequalibus corollam subaequantibus v. superantibus; calycis fructiferi patentibus reticulato-venosis basi subtrinerviis; fauce pilis lanatis clausa, stipulis membranaceis lato-ovatis suborbiculatisve acutiusculis denticulatis, foliolis obcordatis antice dentatis cum petiolis cauleque patentissime pilosis.

T. stellatum. Dec. *Prodr. I*, p. 197.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas (Nordmann). ⊙.

17. *T. ochroleucum* (L. *Syst. nat. III*, p. 233) spicis subglobosis demum ellipticis solitariis basi plerumque involucratis, calyce 10nervio piloso: fauce annulo calloso piloso coarctata; dentibus 4 longitudine tubi; infimo reliquis duplo longiore corollam dimidiam vix superante, stipulis in medio caule petiolo brevioribus: appendice lanceolato-lineari, foliolis elliptico-oblongis integerrimis obtusis; foliorum inferiorum emarginatis cauleque adscendente.

T. ochroleucum. Dec. *Prodr. II*, p. 193. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1192. — M. a Bieb. *Fl. t. c. I*, p. 484; *III*, p. 508. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 957. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 137. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 28. 30. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105.

Hab. in Rossia australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichwald), ad Tanain (Henning), Tauria! (M. a Bieberst.) et provinciis caucasicis [septentrionalibus! (Hohenack.), ad fl. Terek alt. 1000 hexap. (C. A. Meyer), in Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms), alpe Kaischaur (M. a Bieb.), Kachetia et Somchetia (Eichw.), inque sylvis pr. Talüsch pr. Lenkoran (Hohenack.), alt. 500 hexap. (C. A. Meyer)]. ♃.

18. *T. pannonicum* (L. *Mant.* p. 276) spicis oblongo-ellipticis solitariis basi nudis pedunculo ipsorum longitudine suffultis, calyce 10nervio villoso: fauce annulo calloso piloso coarctata; dentibus 4 tubum vix aequantibus; infimo reliquis duplo longiore $\frac{2}{3}$ alarum aequante, stipulis in medio caule petiolos aequantibus: appendice lineari-subulata, foliolis oblongis integerrimis; foliorum inferiorum subemarginatis; summorum acutiusculis cauleque hirsutis.

T. pannonicum. DEC. *Prodr. II*, p. 193. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1192. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 212. 508. — BESSER. *Enum.* p. 30. Nr. 956. — EICHW. *Skisse.* p. 166. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 105.

T. armenium. EICHW. *casp. cauc.* p. 28 (an etiam WILLD. *Enum. h. berol.* p. 793. in nota?)

Hab. in Rossia media [Volhynia (BESSER, EICHWALD)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.)], in Tauria! (PALL.) et provinciis caucasicis [Iberia (M. a BIEB.), Kachetia et Somchetia (EICHW.), provinc. Karabagh et Talüsch pr. Lenkoran (HOHENACK.)]. ♃.

Specimina nonnulla spicis longioribus angustioribus, dente infimo calycis tubo subtriplo longiore, foliolis, praeter suprema exquisita acutata, emarginatis e provinciis transcaucasicis occidentalibus retulit clar. NORDMANN, quae forsan ad T. armenium, si re vera species est distincta, spectant.

19. *T. canescens* (WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1369) spicis ellipticis basi laxiusculis terminalibus solitariis v. geminis petiolo brevi suffultis v. sessilibus, calyce 10striato pubescenti-piloso: fauce annulo calloso piloso coarctata; dentibus pilosis apice nudis; 4 tubum subaequantibus; infimo paullo longiore corollae tertiam partem vix superante, stipulis in medio caule petiolo pluries brevioribus: appendice lineari-setacea, foliolis subellipticis emarginatis; supremis apice integro vel mucrone terminatis, foliis radicalibus longissime petiolatis cauleque pilosis.

T. canescens. DEC. *Prodr. II*, p. 193. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — KOCH *in Linnaea XV*, p. 718.

T. ochroleucum magnum. GÜLDENST. *It. I*, p. 426? (ad hanc v. sequentem speciem pertinere videtur).

Hab. in provinciis caucasicis [territor. Elisabethpol! (HOHENACK.), Imeretia? (GÜLDENST.), regionibusque occidentalibus! (NORDMANN), in mont. Daratschitschagk (KOCH)]. ♃.

Spicis praesertim basi laxiusculis breve pedunculatis saepe geminis, calycis tubo parcius et brevius piloso, dente infimo reliquis parum nec duplo longiore, foliis in medio caule petiolo multo longiore stipulas pluries superanti insidentibus; radicalibus longissime petiolatis, foliolis latioribus ab antecedente specie haud aegre dignoscitur.

20. *T. trichocephalum* (M. a BIEB. *Fl. l. c. II*, p. 212; *III*, p. 508) spicis ellipticis densissimis terminalibus solitariis basi involucratis, calyce 10striato villosissimo: fauce annulo calloso piloso coarctata; dentibus ad apicem usque villosissimis; 4 tubum subaequantibus; infimo paullo longiore corollae tertiam partem subaequante, stipulis folii caulini inferioris petiolo duplo v. triplo brevioribus: appendice lanceolata longe acuminata, foliolis foliorum inferiorum ellipticis v. suborbiculatis emarginatis; involucralium oblongis submucronatis cum petiolis cauleque villosis.

T. trichocephalum. DEC. *Prodr. II*, p. 193. — STEVEN *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 58. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 138.

Hab. in alpinis et subalpinis totius Caucasi alt. 700—1300 hexap. (C. A. MEYER), pr. Nartsana inque Ossetia (M. a BIEB.), Iberia! (COMES MUSSIN-PUSCHKIN ex M. a BIEB., WILHELMS), inque provinciis occidentalibus! (NORDMANN) et Caucaso orientali (M. a BIEB.). ♃.

Ab antecedente optime distiguitur spica densissima, dentibus calycinis ad apicem usque dense villosis, stipularum appendicis forma, foliis radicalibus brevius petiolatis et superficie totius plantae pilis albis longiusculis patentissimis dense obtecta. Caulis praeter folia duo opposita spicam involucrantia plerumque monophyllus: folio infra medium posito, vel aphyllus. Folia radicalia plura.

21. *T. rubens* (L. Sp. 1081) spicis oblongo-cylindricis subgeminis basi subinvolucratis, calyce 20striato: tubo glabro: fauce annulo calloso piloso coarctata; dentibus subulatis ciliatis; 4 tubo brevioribus; infimo longiore alarum basin attingente, stipularum appendice lanceolata acuminata tenuissime subserrulata petiolum excedente, foliolis oblongis spinuloso-serratis cauleque erecto glaberrimis.

T. rubens. Dec. *Prodr. II*, p. 190. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 88. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 353. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1191 (ex parte). — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 224. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 952. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 718.

Hab. in Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser), Podolia (Eichw.) et Armenia (Koch). ♃.

22. *T. alpestre* (L. Sp. 1082) spicis subglobosis subgeminis basi involucratis, calycis tubo 20striato villoso: fauce annulo callosa piloso coarctata; dentibus filiformibus ciliatis; calycis fructiferi erectis; 4 tubum subaequantibus v. illo brevioribus; infimo longiore alorum basin attingente, stipularum appendice lanceolato-lineari subulata, foliolis oblongis tenuissime denticulatis, caulibus erectis simplicissimis pubescenti-villosis.

T. alpestre. Dec. *Prodr. II*, p. 194. — Pall. *It. II*, p. 123. — Stephan. *Fl. mosq.* p. 499. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1192. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 211. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 224. — Mart. *Fl. mosq.* p. 130. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 955. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 28. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Weinm. *Tambow.* Nr. 115 (fl. rubro) et 116 (fl. albo). — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 252.

T. rubens. Habl. *taur.* p. 24 (ex M. a Bieb.). — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III* 4. p. 1191 (ex parte).

T. alpinum. Georgi l. c. p. 1191?

T. incarnatum. Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 500? (An var. δ. rubellum. Besser ex Ser. ap. Dec. l. c.?)

T. purpureum. Güldenst. *It. I*, p. 424?, *II*, p. 9? 24? 58? 65? 69? 78? 163? 262? 340? 343?

T. purpureum majus. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 87. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 253.

T. folio longo, flore purpureo. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 123.

T. spicis subglobosis villosis terminalibus sessilibus, caule erecto, foliis lanceolatis serrulatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 22. Nr. 30.

Hab. in Rossia media [Curonia (Fleischer et Lindem.), Lithuania (Gilibert, Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichwald), Tschernigow (Güldenst.), Mosqua (Stephan, Mart.), Kursk (Höfft), Tambow Weinm.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*)], et australi [Kiew (Güldenst., Trautv. *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania et terra Cosaccorum (Güldenst.), ad Tanain (Henning], Tauria (Habl., Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [promontor. alt. 150—400 hexap. (C. A. Meyer), Kabarda (Güldenst.), m. Beschtau! (Güldenst., Hohenack. *pl. exs.*), Iberia! (Wilhelms), Imeretia (Güldenst.), Kachetia et Somchetia (Eichw.), territorio Elisabethpol et prov. Karabagh! (Hohenack), m Ararat! (Hehn.)] inque Sibiria uralensi (Pall.) usque ad fl. Irtysch (J. G. Gmel.). ♃.

23. *T. medium* (L. *Faun. succ.* ed. 2. p. 558) spicis subglobosis solitariis basi nudis, calycis tubo 10striato glabro; fauce annulo calloso piloso coarctata; dentibus filiformibus ciliatis; calycis fructiferi erectis; 4 tubum subaequantibus; infimo longiore corolla dimidia breviore, stipularum appendice ipsas aequante v. superante lanceolata acuta, foliolis oblongis tenuissime denticulatis, caulibus ramosis adscendentibus angulatis adpresse pilosis.

T. medium. Dec. *Prodr. II*, p. 195. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 258. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 508. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 66. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 954. — Höfft. *Cat Kursk.* p. 48. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 545. — Eichwald. *Skizze* p. 166. — Erman. *Verz.* Nr. 145. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 71. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 300. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 252. — Wirzén. *Casan.* Nr. 127.

T. flexuosum. Jacq. *Fl. austr.* t. 386. — Mart. *Fl. mosq.* p. 129 (c. var. flor. carneis). — Lucé. *Fl. osil.* p. 417. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105.

Hab. in Rossia media (Fennia austr. (Prytz), Petropoli (Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Volhynia (Besser), Kursk (Höfft), Orel (Böber), Mosqua (Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Orenburg pr. Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning)], in provinciis caucasicis [Iberia (M. a Bieb.) [m. Sarial (Hohenack.), provinc. Talüsch alt. 500 hexap. (C. A. Meyer)], Sibiria uralensi [m. Taganai (Lessing *in herb. reg. berol.*)] et baikalensi pr. Irkutzk rarissime (Turcz.) inque Kamtschatka austr. (Erman). ♃.

24. *T. expansum* (Waldst. et Kit. *Plant. rar. Hungar. III*, p. 263. t. 237) spicis subgloboso-ovatis solitariis breviter pedunculatis, calyce 10striato: dentibus filiformibus villosis; fructiferis erectis; 4 tubum subaequantibus; infimo longiore tubo corollae breviore; fauce annulo calloso coarctata, carina alas aequante, stipulis oblongis aequilatis: appendice sensim attenuato-subulata, foliolis oblongis v. elliptico-oblongis subdenticulatis apice rotundatis hirsutis cum caulibus apice adscendentibus stipulisque patulo-pilosis.

T. expansum. Dec. *Prodr. II*, p. 195. — Eichw. *Skizze* p. 166.

Hab. in Volhynia (Eichw.). ♃.

25. *T. pratense* (L. Sp. p. 1082) spicis globosis demum ovatis subgeminis basi involucratis, calyce 10striato pubescente corolla dimidio breviore: dentibus filiformibus ciliatis; fructiferis erectis; 4 tubum subaequantibus; infimo longiore corollam dimidiam vix aequante; fauce annulo calloso coarctata, carina alis breviore, stipulis ovatis abrupte aristatis; foliolis ellipticis subintegerrimis, caulibus adscendentibus v. erectis.

T. pratense. Dec. *Prodr. II*, p. 195. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 115. — Fisch. *Lirl. Zus.* p. 130. — Falk. *Beitr. II*, p. 228. — Güldenst. *It. I*, p. 112. 424; *II*, p. 9. 24. 72. 163. 177. 178. 179 186. 262. 340. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 498. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1191. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 211. — Jundz. *Fl lithuan.* p. 224. — Mart. *Fl. mosq.* p. 129. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 66. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 953. — Lucé. *Fl. osil.* p. 249. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — Ledeb. *Fl. alt.* p. 256. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 282. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol* p. 248. — Fellm. *Ind. Lappon.* N. 270. — Claus. *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 269. — Weinm. *Fl. petrop.* p. 71 (c. var. β. min.). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 301.

— Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 105. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseepror.* p. 251 (c. var. β. sativum et γ. nivale. Koch. *Syn.* p. 168?). — Wirzén. *Casan.* Nr. 128. — Koch *in Linnaea XV*, p. 718 (c. var. β. alpinum (Hoppe).
T. purpureum. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 86. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 252.
T. pratense purpureum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 122.
T. spicis subvillosis, cinctis stipulis oppositis membranaceis, corollis monopetalis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 22. Nr. 29.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola et Lapponia (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz), reg. sylvat. terrae Samojedarum (Schrenk *in litt.*)], media (Falk) [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia! (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz, Eichw.), Warsawia (Erndt), Volhynia Besser, Eichw.) Tschernigow (Güldenst.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan. Mart.), Pensa (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Orenburg pr. Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania et terra Cosaccorum (Güldenst.) ad Tanain (Güldenst., Henning), ad Wolgam et Ural fl. (Claus)], Tauria (Pall., M. a Bieb.), provinciis caucasicis (M. a Bieb. — ubique, Koch *in litt.*) [promontor. et in m. Beschtau alt. 200—500 hexap. (C. A. Meyer), Kabarda et m. Beschtau (Güldenst.), Ossetia (Koch), Imeretia (Güldenst.), territorio Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), Armenia (Koch), provinc. Talüsch pr. Lenkoran et Suwant (Hohenack.)] et omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi (Falk) pr. Jekaterinenburg (Uspenski) et altaica! (Fl. alt.). ♃.

β. *villosum*: caule erecto robusto superne pilis patentibus subferrugineis dense obtecto, foliolis foliorum inferiorum suborbiculatis ellipticisve profunde emarginatis.

Hab. in Sibiria altaica! ♃.

Sect. II. *Calycomorphum*. Presl. *Symbol. I*, p. 50. Flores fertiles in capitulo pauci, subsessiles; deflorati reflexi. Calycis faux intus nuda. Flores steriles serius excrescentes, globoso-congesti, calyces fructiferos tegentes. — Trifol. sect. Trichocephalum. Koch. *Syn.* p. 171.

26. *T. subterraneum* (L. Sp. 1080) floribus fertilibus 2—5 umbellatis erectis; defloratis reflexis, calycibus glabris, dentibus filiformibus corolla brevioribus subaequalibus hirsutis, floribus sterilibus serioribus demum in capitulum globosum congestis fertilesque tegentibus, stipulis ovatis acuminatis, caule prostrato sarmentoso foliisque hirsutis, foliolis obcordatis.

T. subterraneum. Dec. *Prodr. II*, p. 202. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1191. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 209. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106.

Hab. in Tauria! (Pall., Böber ex Georgi, M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [pr. Baku! (C. A. Meyer), Lenkoran et Kisilagatsch (Hohenack.)]. ⊙.

Sect. III. *Fragifera*. Koch l. c. Flores in capitulo v. spica subglobosa sessiles vel breviter pedicellati. Calycis faux glabra, aperta, annulo elevato coarctante destituta; dorsum cum dentibus duobus superioribus peracta anthesi valde auctum, inflatum, membranaceum, reticulato-venosum.

27. *T. fragiferum* (L. Sp. 1086) capitulis demum globosis, pedunculis axillaribus folio longioribus, involucro multipartito calyces aequante, calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis pilosis, dentibus duobus superioribus porrectis, caule repente.

T. fragiferum. Dec. *Prodr. II*, p. 202. — Erndt. *Virid. warsaw.* p. 123. — Ferber in Fisch. *Livl. Zus.* p. 167. — Falk. *Beitr. II.* p. 228. — Pallas. *Ind. Taur.* — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 268. — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1193. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 217; *III*, p. 511. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 226. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 65. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr 960. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 246. — Claus. *Ind. des.* *in* Göbel *It. II*, p. 263. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106? — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 253.

T. ampullescens. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 89. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 254.

T. physodes. Eichw. *Skizze.* p. 166.

T. resepinatum. Lessing *in Linnaea IX*, p. 175 (fide specimis in herb. reg. berol. asservati).

Hab. in Rossia media [Fennia austr. (Prytz), Livonia (Fleisch. et Lindemann), Curonia (Ferber), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt), Volhynia (Besser, Eichw.), Orenburg (Falk, Claus)] et australi [Kiew (Trautv. *in litt.*), Podolia (Besser), Jekaterinoslaw (Böber), ad Tanain (Henning) et Wolgam inferiorem pr. Sarepta (Claus)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.), ins. Taman!, provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [pr. Kislar! (Eichw.) et Nartsana alt. 300 hexap. (C. A. Meyer), in Iberia! (Wilhelms, Hehn), territor. Elisabethpol. pr. Arkewan et Lenkoran (Hohenacker)] inque des. Kirghisorum pr. Iletzkaja Saschtschita! (Lessing *in herb. reg. berol.*). ♃.

28. ***T. resupinatum*** (L. Sp. 1086) capitulis basi minute bracteolatis demum globosis, pedunculis axillaribus folium aequantibus v. brevioribus, calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis dense pilosis, dentibus corolla resupinata brevioribus; duobus superioribus porrectis, caule procumbente.

T. resupinatum. Dec. *Prodr. II*, p. 202. — Pall. *It. III*, p. 594. 654. (An potius ad T. fragiferum?) — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1193. (An ad T. fragiferum?) — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 106.

Hab. in Rossia australi? [ad Wolgam inferiorem? (Pall.)] inque provinciis caucasicis [in campis et pratis versus m. casp. inter Sallian et Lenkoran, (C. A. Meyer), pr. Kisilagatsch et Lenkoran ad ostia Cyri et pr. oppidum Nov. Schamachi (Hohenack.), in insula Sara m. caspii! (Kieseritzky *pl. exs.*)]. ⊙.

Specimina ex insula Sara differunt capitulis fructiferis minoribus, pilis longioribus intertextis obductis; calycis labio superiore non ita manifeste in rostrum prolongato: dentibus longioribus setaceis, magis ab invicem distantibus; foliolis subangustioribus, profundius et argutius serratis. — An spec. distincta?

29. ***T. suaveolens*** (Willd. *Enum. h. berol. suppl.* p. 52) capitulis basi minutissime bracteolatis demum globosis, pedunculis axillaribus folium superantibus, calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis pilosis, dentibus corolla resupinata (?) duplo brevioribus; duobus superioribus porrectis, caule fistuloso adscendente.

T. suaveolens. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106.

Hab. in m. casp. littore arenoso pr. Lenkoran (Hohenack.), in litt. orientale! (Karelin). ⊙.

Ab antecedente maxime affini differre videtur caule adscendente fistuloso, capitulis longius pedunculatis; calycibus minus dense pilosis et corollis majoribus. Utraque species in loco natali diligentius observanda. — T. suaveolens. Dec. *Prodr. II*, p. 200 calycibus non vesiculosis differre dicitur.

30. ***T. tomentosum*** **(L. Sp. 1086) capitulis basi minute bracteolatis demum globosis, pedunculis axillaribus folio brevioribus, calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis tomentoso-pilosis, dentibus duobus superioribus brevibus tomento subocculatis, caule prostrato.**

T. tomentosum. Dec. *Prodr. II*, p. 203. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 511. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138.

Hab. in Iberia (M. a Bieb.) et provincia Baku! (C. A. Meyer). ⊙.

31. ***T. tumens*** **(Steven in M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 217) capitulis basi minutissime bracteolatis demum floribus reflexis hemisphaericis, pedunculis axillaribus folio longioribus, calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis pilosis: tubi parte glabra 5striata; dentibus duobus superioribus post anthesin versus axin spectantibus, caule procumbente glaberrimo.**

T. tumens. Dec. *Prodr. II*, p. 203. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 718.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms), Imeretia (Koch), pr. Helenendorf (Hohenack.), Lenkoran usque ad alt. 500 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.), in tr. Suwant (Hohenack.)]. ♃.

Floribus longius pedicellatis post anthesin deflexis, capitulo fructifero hemisphaerico, calycis dentium superiorum directione, foliolis obovatis v. obcordatis haud aegre dignoscitur.

32. ***T. physodes*** **(Steven in M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 217) capitulis basi minutissime bracteolatis globosis, pedunculis folium subaequantibus, calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis pilosis: tubi parte glabra 10striata, dentibus setaceis subaequantibus, caule procumbente glaberrimo.**

T. physodes. Dec. *Prodr. II*, p. 203.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia (Steven ex M. a Bieb.), in Caucaso orient.! (Steven *in herb. Zeyheri*), pr. Nisibad ad m. casp.! (Steven *in herb. reg. berol.*)]. ♃.

Sect. IV. *Vesicastrum.* **Koch l. c. Flores in spica subglobosa v. ovali sessiles. Calycis faux nuda; tubus demum aequaliter ventricoso-inflatus, inter dentes 2 superiores parum fissus. Corolla persistens, demum scariosa.**

33. ***T. vesiculosum*** **(Savi. *Fl. pis. II*, p. 165) capitulis ovatis demum ellipticis, calycibus scariosis multinerviis; fructiferis obverse conico-globosis: dentibus setaceis subrectis corolla brevioribus, stipularum appendice ipsis longiore lanceolata apice setacea, caule erecto, foliolis ovato-rhombeis serrulatis: serraturis subaristatis.**

T. vesiculosum. Dec. *Prodr. II*, p. 202 (excl. T. ambiguo M. a Bieb. et var. *β*). — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 958. — Eichw. *Skizze.* p. 166.

T. recurvum. Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hung. II.* p. 179. t. 165.

T. turgidum. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 216; *III*, p. 511.

Hab. in Rossia australi [Podolia austr. (Andrz. ex Besser, Eichwald), ad m. nigrum (Eichw.) pr. Odessa (M. a Bieb.), in terra Cosaccorum inter fl. Kuban et rivum Jegorlik (M. a Bieb.)] inque promontorio caucasico (M. a Bieb.). ⊙

T. ambiguum M. a Bieb., licet habitu simillimum, diversissimum calyce 10-, nec multi- (sub 30-) striato; fructifero non inflato.

34. *T. spumosum* (L. Sp. 1085) capitulis subglobosis ovatisve, calycibus scariosis multinerviis; fructiferis ovatis: dentibus setaceis recurvatis corolla paullo brevioribus, stipularum appendice ipsas subaequante lanceolata apice setacea, caule patulo, foliolis obovatis v. obcordatis: serraturis inferioribus subaristatis.

T. spumosum. Dec. *Prodr. II*, p. 202. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138.

Hab. in provincia Baku (C. A. Meyer). ⊙.

Calyces 20-nervii, basin nec apicem versus ampliati.

Sect. V. *Lupinaster*. Mönch. Dec. *Prodr. II*, p. 203. Flores in capitulo longius v. brevius pedicellati. Calycis faux nuda et aperta: dentes duo superiores subbreviores; infimus reliquis sublongior. Corolla demum scariosa: vexillo complicato. Ovarium stipitatum.

35. *T. eximium* (Stephan ex Fisch. et Stev. in Dec. *Prodr. II*, p. 203) caule hypogaeo repente, ramis adscendentibus, pedunculis axillaribus, floribus 2—5 pedicellatis laxe umbellatis; defloratis deflexis, calyce corolla 2—3plove breviore: dentibus lanceolatis subaequalibus tubum paullo superantibus, stipulis ovatis v. ovato-oblongis acutis mucronatisve, pedunculis pilosiusculis, foliolis ternis obovatis serrulatis subtus ad costam adpresse pilosis caeterum glabris.

T. eximium. Bunge. *Enum. alt.* p. 63. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 303.
T. elegans. Stephan *herb.* (fide specim!).
T. grandiflorum. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 257. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 96.
T. speciosum. Fisch. *in herb. reg. berol.*
T. alpinum. Pall. *It. II*, p. 123? — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1191 (ex parte)?

Hab. in Sibiria uralensi? (Pall.). altaica! (Fl. alt.), baikalensi pr. Okinskoi Karaul, ad fl. Oka et Taisa! (Turcz., Schtschukin) — inque Mongholia ad lacum Kossogol! (Turcz.). ♃.

36. *T. polyphyllum* (C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139) caule brevissimo adscendente, pedunculis subradicalibus, floribus 6—8 pedicellatis laxe umbellatis; defloratis deflexis, calycibus corolla duplo brevioribus: dentibus lanceolato-subulatis subaequalibus tubo subsesquilongioribus, stipulis ovatis lanceolatisve acuminato-subulatis cum foliis pedunculisque glaberrimis, foliolis 7—9 oblongo-linearibus remote serrulatis.

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis alt. 1200—1450 hexap.! (C. A. Meyer). ♃.

27. *T. Lupinaster* (L. Sp. 1079) caule elongato erecto, pedunculis axillaribus, floribus numerosis pedicellatis subumbellatis; defloratis subdeflexis, calycibus corolla duplo brevioribus: dentibus lanceolato-subulatis subaequalibus tubo parum longioribus, foliis stipulis membranaceis subvaginantibus subacuminatis arcte insidentibus, pedunculis pubescentibus, foliolis 5 oblongis argute denseque serratis subtus ad costam subpilosis.

T. Lupinaster. Dec. *Prodr. II*, p. 204. — Pallas *It. III*, p. 316. — Georgi. *It. I*, p. 227. — Lepechin *It. III*, p. 40. 68. — Falk. *Beitr. II*, p. 228. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1190. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 258. Lessing *in Linnaea IX*, p. 154 157. — Claus *Ind. des. in Göbel. It. II*, p. 269. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 304.

Trifolium leguminibus polyspermis, foliis pluribus. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 19. Nr. 27. t. 6. f. 1.
Pentaphyllum Lupinaster. Pers. *Syn. II*, p. 352. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 223. — Eichwald. *Skizze*. p. 166.
Lupinaster. Buxb. *Comment. Ac. petropol. II*, p. 344. t. 20. — Pall. *It. II*, p. 35. 55. 123. 523.
Lupinaster floribus purpureis et albis, siliquis minoribus. Amman *ruth.* p. 107—109. Nr. 143. 144.

α. albiflorum: floribus albidis, foliolis angustioribus, germine subquadriovulato.

Lupinaster albens. H. *gorenk.* (ex Besser *in herb. Zeyheri*).

β. purpurascens: floribus purpureis, foliolis latioribus, germine suboctovulato.

Pentaphyllum Ammani. Ledeb. *Ind. sem. h dorpat.* 1823. p. 5.
Lupinaster purpurascens. Fisch. (ex Dec. l. c.)

Hab. in Rossia media [Lithuania! (Jundz., Eichw.), ad fl. Kama (Falk), in gub. Orenburg pr. Slatoust (Nesterofski)] et omni Sibiria (J. G. Gmel.) [uralensi! (Heinzelmann ex Amman, Pall., Lepech., Falk, Claus, Lessing, Uspenski), altaica! (Pall., Falk., Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi! (Georgi, Turcz., Schtschukin) et orientali inter Jakutzk et Wiluisk! (Kruhse)] inque Davuria! (Turcz., Frisch *pl. exs.*). ♃.

Sect. VI. *Trifoliastrum*. Ser. in Dec. *Prodr. II*, p. 198. Flores in capitulo v. in spica subglobosa longius aut brevius pedicellati. Calycis faux nuda et aperta: dentes duo superiores longiores aut subaequales. Corolla persistens, demum scariosa: vexillo complicato.

38. *T. ambiguum* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 208; *III*, p. 507) spicis subglobosis demum ellipticis basi nudis, pedicellis calycis tubo 2—3plo brevioribus; defloratis deflexis, calycibus corolla dimidia brevioribus apice et basi pilosiusculis caeterum glabris: dentibus subaequalibus lanceolato-subulatis divaricatis, stipulis ovatis acuminatis emarcidis, foliolis ellipticis v. lato-ellipticis argute serrulatis glabris, caule repente superne parce pubescente v. glabro.

T. ambiguum. Besser. *Enum.* p. 74. Nr. 1577. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Eichw. *Skizze*. p. 166. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 247.
T. Vaillantii. M. a Bieb. in *Cat. h. gorenk.* 1808. p. 111.

Hab. in Rossia australi [Podolia austr.! (Andrz. ex Besser, Eichw.), gub. Cherson! (Besser, Eichw.), ad Tanain (M. a Bieb., Henning) et Wolgam inferiorem (M. a Bieb.)], Tauria! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [promontorio, alpinis et subalpinis totius Caucasi, alt. 350—1450 hexap.! (C. A. Meyer), territorio Elisabethpol! (Hohenack.) inque mont. Ararat! (Hehn)]. ♃.

A subsequente diversum statura robustiore, floribus majoribus, calyce maxima ex parte glabro, foliolis duplo v. triplo latioribus glaberrimis venis quidem transversis in dentes excurrentibus, sed minus densis, aequalibus nec incrassatis, caule glabriusculo, apice tantum pube rara adsperso, nec a basi ad apicem piloso.

39. *T. montanum* (L. Sp. 1087) spicis globosis demum subellipticis basi nudis, pedicellis brevissimis calycis tubo triplo brevioribus; defloratis deflexis, calycibus corolla dimidia brevioribus subvillosis: dentibus subaequalibus lanceolato-subulatis rectis, stipulis ovatis acuminatis, foliolis oblongis argute serrulatis subtus cauleque pilosis margine dense venulosis: venulis incrassatis, caulibus adscendentibus.

T. montanum. Dec. *Prodr. II*, p. 201. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 115. — Pall. *It. III*, p. 512. — Lepech. *It. III*, p. 142. — Fisch. *Livl. Zus.* p. 131. — Falk. *Beitr. II*, p. 228. — Güldenst. *It. I*, p. 112. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 502. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1193. — M. a Bieberst. *Fl. t. c. II*, p. 218. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 225. — Mart. *Fl. mosq.* p. 130. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 65. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 961. — Lucé. *Fl. osil.* p. 250. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Eichw. *Skizze* p. 166. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 156. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 72. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 253. — Wirzén. *Casan.* Nr. 131.

T. subulatum. Gilibert. *Fl. lithuan. IV*, p. 90. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 254.

T. folio longo, flore albo. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 123.

T. spicis imbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 21. Nr. 28.

Hab. in Rossia media [Fennia austr. (Prytz.), a Newa ad Ural fl. (Falk), Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia! (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.) Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Wiätka (Lepech.), Orenburg pr. Slatoust (Nesterofski)] et australi [Kiew (Trautv. *in litt.*), Podolia (Besser), ad Tanain (Güldenst.), in des. caspio (Pall.)], Tauria et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [in subalpinis Caucasi occidentalis alt. 700—900 hexap. (C. A. Meyer)] inque Sibiria uralensi (Lessing), provinc. Isct (J. G. Gmelin, Falk). ♃.

40. *T. parviflorum* (Ehrh. *Beitr. VII*, p. 165) spicis subglobosis, pedicellis brevissimis calycis tubo multo brevioribus; defloratis deflexis, calyce corolla paullo longiore subpiloso; fructifero inferne ad basin usque fisso; dentibus lanceolatis sursum arcuatis; superioribus 2 longioribus, stipulis scariosis ovatis cuspidatis, foliolis obovatis argute serratis, venis subincrassatis, caulibus erectis v. diffusis.

T. parviflorum. Dec. *Prodr. II*, p. 198. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 218; *III*, p. 512. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138.

Hab. in provinciis caucasicis [ad fl. Terek, inter Kislar et Mosdok (M. a Bieb.), pr. castellum Grosnaja (C. A. Meyer), in Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*)]. ☉.

41. *T. glomeratum* (L. Sp. 1084) spicis subglobosis axillaribus sessilibus distantibus, floribus subsessilibus, calyce corolla breviore glaberrimo: dentibus ex ovata basi acuminato-aristatis patentissimis subrecurvatis aequalibus, stipulis scariosis ovatis falcato-cuspidatis spicam involucrantibus, foliolis obovatis argute serrulatis, venis subincrassatis, caulibus subdiffusis.

T. glomeratum. Dec. *Prodr. II*, p. 198. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106.

Hab. pr. Lenkoran! (C. A. Meyer, Hohenack.). ☉

42. *T. suffocatum* (L. Mant. 276) spicis subglobosis axillaribus sessilibus approximatis caulibusque brevissimis terrae adpressis, floribus brevissime pedicellatis erectis, calyce corolla duplo longiore glabro v. subpiloso; fructifero ovato: dentibus lanceolatis falcatis deorsum curvatis; superioribus duobus longioribus, stipulis ovatis cuspidatis spicam involucrantibus, foliolis obovatis v. obcordatis antice argute serrulatis.

T. suffocatum. Dec. *Prodr. II*, p. 198. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138.

Hab. pr. Lenkoran (C. A. Meyer). ☉.

43. *T. repens* (L. Sp. 1080) capitulis subglobosis, pedunculis axillaribus folio longioribus, pedicellis defloratis deflexis; interioribus calycis

tubum aequantibus, calyce glabro corollam dimidiam aequante: dentibus lanceolatis; 2 superioribus longioribus, leguminum marginibus aequalibus, stipulis scariosis abrupte cuspidatis, foliolis obovatis serrulatis, caulibus prostratis radicantibus.

S. repens. Dec. *Prodr. II*, p. 198. — Erndt. *Virid. warsaw.* p. 123. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 115. — Fisch. *Livl.* p. 272. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 85. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 251. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 497. — Pallas. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III* 4. p. 1190. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 208. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 225. — Mart. *Fl. mosq.* p. 129. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 65. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 951. — Lucé. *Fl. osil.* p. 219. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 256. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 281. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 269. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 269. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 71. — Wirzén. *Fenn.* p. 64. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 302. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 253. — Wirzén. *Casan.* Nr. 129. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 718.

T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 19. Nr. 26.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola (Fellm.), Lapponia (Wirzén, Fellm.)], septentrionali (Fennia (Prytz., Wirzén), terrae Samojedarum reg. sylvatica (Schrenk *in litt.*)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.) ins. Osilia (Lucé), Livonia (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Junz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), pr. Slatoust (Nesterofsky)] et australi [Kiew (Trautv. *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning), in deserto caspio ubique frequens (Claus)], Tauria et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ubique (Koch), promontorio, alt 150—400 hexap. (C. A. Meyer), Iberia (Wilhelms *pl. exs.*, Eichw.), territ. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), in planitie inter Sallian et Lenkoran (C. A. Meyer), pr. Lenkoran inque provinc. Talüsch tr. Suwant (Hohenack.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [Altai! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk et ad lacum Baikal (Turcz.). ♃.

44. *T. hybridum* (L. Sp. 1079) capitulis subglobosis densis, pedunculis axillaribus demum folio duplo longioribus, pedicellis defloratis deflexis; inferioribus tubo calycis duplo triplove longioribus, calyce glabro corolla dimidia breviore: dentibus subulatis; duobus superioribus longioribus, caulibus adscendentibus glaberrimis fistulosis, stipulis ovatis in apicem acutissimum attenuatis, foliolis rhombeo-ellipticis obtusis serrulatis.

T. hybridum. Dec. *Prodr. II*, p. 200. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1190. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 208. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 225. — Mart. *Fl. mosq.* p. 129. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 65. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 950. — Lucé. *Fl. osil.* p. 249. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 138. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 269. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 72. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 106. — Fleisch. et Lindem. p. 254. — Wirzén. *Casan.* Nr. 130.

T. fistulosum. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 86. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 252.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz)], media [Petropoli (Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! et Curonia Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), Orenburg et Saratow (Claus)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichwald), ad Tanain (Henning)], Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [promontor. occident. alt. 300—400 hexap. inque subalpinis reg. orientalis alt. 800 hexap. (C. A. Meyer.), provinc. Schirwan (Hohenack.)]. ♃.

45. *T. Michelianum* (Savi. *Flor. pisan. II*, p. 159) capitulis subglobosis laxiusculis, pedunculis axillaribus petiolum aequantibus v. illo brevioribus, pedicellis defloratis deflexis; interioribus tubo calycis 4—5plo longioribus, calyce glabro corolla dimidia longiore: dentibus subulato-setaceis; 2 superioribus longioribus; infimo reliquis breviore, caulibus striato-sulcatis glaberrimis fistulosis, stipulis ovatis acuminato-cuspidatis, foliolis obovato-ellipticis basi cuneatis subretusis subremote serrato-dentatis.

T. Michelianum. Dec. *Prodr. II*, p. 201. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Besser *in Flora 1832. II*, *Beibl.* p. 32.

Hab. in Rossia media [Lithuania rarius (Eichw.), Volhynia (Besser)] et Podolia (Eichw.)], in provinciis caucasicis [Caucaso septentr.! et provincia Karabagh! (Hohenack.)]. ⊙?

46. *T. elegans* (Auct. *Flor. german.*) capitulis subglobosis densis, pedunculis axillaribus demum petiolo duplo longioribus, pedicellis defloratis deflexis; inferioribus tubo calycis triplo longioribus, calyce glabro corolla dimidia paullo breviore: dentibus subulatis; duobus superioribus longioribus, caulibus adscendentibus superne puberulis medulla farctis, stipulis ovato-lanceolatis longe cuspidatis, foliolis obovatis subretusis argute serrulatis.

T. elegans. Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 290. — Eichw. *Skizze* p. 166. — Besser *in Flora 1832. II*, *Beibl.* p. 32. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 106. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 254. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 718.

T. caespitosum. Eichw. l. c. (ex Besser l. c.).

Hab. in Rossia media [Curonia (Fleisch et Lindem.), Lithuania rarius (Eichw., Besser) inque provinciis caucasicis [Ossetia (Koch), territor. Elisabethpol! et in subhumidis prov. Talüsch in tractu Suwant alt. 1000 hexap. (Hohenack.)]. ♃.

T. elegans. Savi. Synon. est T. hybridi sec. Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 288.

Sect. VII. *Chronosemium.* Ser. l. c. Flores in capitulo v. in racemo longius v. brevius pedicellati. Calycis faux nuda et aperta: dentes duo superiores aequales v. breviores. Corolla persistens, demum scariosa: vexillo convexo, margine anteriore deflexo et plerumque sulcato. Legumen in calyce stipitatum.

47. *T. spadiceum* (L. Sp. 1087) capitulis terminalibus solitariis geminatisve pedunculatis densis demum cylindricis, pedicellis defloratis deflexis, calycis tubo glabro; dentibus pilosis; 2 superioribus brevioribus, stylo legumine quadruplo brevioro, stipulis omnibus oblongo-lanceolatis; superioribus petiolum aequantibus v. illo brevioribus, foliolis aequaliter breve petiolulatis.

T. spadiceum. Dec. *Prodr. II*. p. 205. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 116. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 92. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 256. — Leprch. *It. III*, p. 119. 163. — Falk. *Beitr. II*, p. 229. — Stephan, *Fl. mosq.* Nr. 504. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1193. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 226. — Mart. *Fl. mosq* p. 130. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 66. — Besser. *Enum.* p. 30, Nr. 962. — Luce. *Fl. osil.* p. 417. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 269. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 72. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Osteeprov.* p. 254. — Wirzén. *Casan.* Nr. 133. — C. Koch. *in Linnaea XV*, p. 719.

Hab. in Rossia septentrionali (Fennia (Prytz)], media [a Newa ad Ural usque (Falk), Petropoli! (Gorter, Weinm.), ins. Osilia (Luce), Livonia! et

Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw., Besser.), Volhynia (Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.). Wologda (Lepech.), Pensa! (Jacquet pl. exs.), ad Wolgam mediam (Claus), Kasan (Wirzén). Perm pr. Solikamsk (Lepech.)] et australi [(Podolia (Besser, Eichwald)], in provinciis caucasicis [(Somchetia pr. Karaklis! (Eichw.), in mont. Daratschitschagk (Koch)] inque Sibiria uralensi usque ad fl. Tobol (Falk). ♃.

Plantam lithuanico-podolicam pro varietate T. agrarii habet cl. Besser (*Flora 1832. II, Beibl.* p. 32).

48. *T. badium* (Schreb. in Sturm. *Deutschl. Fl.* Heft 16) capitulis terminalibus solitariis geminatisve densis demum elliptico-subglobosis, pedicellis inferioribus deflexis, calycis tubo glabro: dentibus pilosis; 2 superioribus brevioribus, stylo legumine quadruplo breviore, stipulis oblongo-lanceolatis; superioribus subovatis petiolum aequantibus v. illo brevioribus, foliolis omnibus aequaliter breve petiolulatis.

T. badium. Dec. *Prodr. II*, p. 204.

. Hab. in provinciis caucasicis occidentalibus! (Nordmann). ☉.

49. *T. agrarium* (L. Sp. 1087) capitulis lateralibus pedunculatis densis subglobosis ellipticisve, floribus demum reflexis, calyce glabro: dentibus apice subbarbatis; 2 superioribus brevioribus, stylo legumen subaequante, stipulis oblongo-lanceolatis: superioribus pedicello longioribus, foliolis omnibus aequaliter breve petiolulatis.

T. agrarium. Dec. *Prodr. II*, p. 205. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 116. — Fisch. *Lirl.* p. 273. — Falk. *Beitr. II*, p. 229. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 503. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1193. — M a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 219; *III*, p. 512. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 226. — Mart. *Fl. mosq.* p. 131. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 66. — Lucé. *Fl. osil.* p. 250. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139. — Eichw. *casp. cauc.* p. 24. 30. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 269. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 72. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseprov.* p. 255. — Wirzén. *Casan.* Nr. 132.

T. tumescens. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 91. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 255.

T. pratense luteum. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 123.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (Prytz)], media [a Newa ad Okam usque (Falk). Petropoli (Gorter. Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleich. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz.), Warsawia (Erndt.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan. Mart.), Kasan (Wirzén), Saratow et Orenburg (Claus)] et australi [Kiew (Trautv. *in litt.*), Ucrania (M. a Bieberst.), ad Tanain (Henning)] inque provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms, Eichw.), reg. occident.! (Nordmann), Mingrelia et Somchetia (Eichw.). territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.), ad m. casp. inter Sallian et Lenkoran (C. A. Meyer)]. ♃.

50. *T. procumbens* (L. Sp. 1088) capitulis lateralibus pedunculatis densis subglobosis ellipticisve multifloris, floribus demum deflexis, calycis tubo glabro; dentibus subpilosis; 2 superioribus brevioribus, stylo legumine quadruplo breviore, stipulis ovatis, foliolo intermedio longius petiolulato.

T. procumbens. Dec. *Prodr. II*, p. 205. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 91. — Ej *Exerc. phytol. I*, p. 255. — Ferber in Fisch. *Lirl. Zus.* p. 157. — Güldenst. *It. I*, p. 112. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 505. — Pall. *Ind. Taur.* — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 257. — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1193. — M a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 219. — Mart. *Fl. mosq.* p. 131. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 66. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106. — Fleisch.

et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 255 (var. *α.* majus et *β.* minus). — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 718.

T. campestre. Mart. *Fl. mosq.* p. 131. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 513. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 963. — Eichw. *Skisse.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 30. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106.

T. lupulinum. Güldenst. *It. II*, p. 344?

α. majus: caule primario erecto, ramis patentibus, capitulis majoribus, floribus saturatius luteis. Koch. *Syn.* p. 175.

T. campestre. Schreb. in Sturm. *Deutschl. Fl.* Heft 16.

β. minus: caulibus plerumque procumbentibus, capitulis minoribus, floribus sulphureis. Koch. *Syn.* p. 175.

T. procumbens. Schreb. l. c.

Hab. in Rossia septentrionali [(Fennia (Prytz)], media [Livonia! (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.). Tula (Böber)] et australi [Kiew (Güldenst., Trautvett. *in litt.*), ad Tanain (Güldenst.)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Ossetia, Radscha, Imeretia (C. Koch), Somchetia (Eichw.), pr. Baku! (C. A. Meyer) et Lenkoran! (Hansen, Hohenack.), ins. Sara m. caspii! (Kiesseritzky *pl. exs.*)], ad litt. orientale m. caspii! (Karel.). ⊙.

51. *T. Gussoni* (Tineo. *pl. rar. sicul. pug. I.* p. 17) **floribus in racemis subcapitatis ovatis lateralibus laxis demum deflexis, calycis tubo dentibusque 2 superioribus brevissimis glaberrimis; 3 inferioribus apice subbarbatis, stylo legumen longe stipitatum subaequante, stipite stylo vix breviore, stipulis superioribus subsemicordato-ovatis acuminatis ciliatis, foliolo intermedio longius petiolulato.**

T. Gussoni. Dec. *Prodr. II*, p. 204. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139.

Hab. in montibus Talüsch pr. pagum Perimbal alt. 500 hexap.! (C. A. Meyer). ⊙.

52. *T. Sebastiani* (Savi *in diario med. Flajans 1815* ex Dec. *Prodr. II*, p. 206) **floribus in racemis capitatis abbreviatis subglobosis lateralibus laxis demum deflexis, calyce glaberrimo: dentibus subaequalibus apice barbatis v. imberbibus; 2 superioribus parum brevioribus, stylo legumine quadruplo v. pluries breviore, stipulis oblongo-lanceolatis, foliolis omnibus aequaliter brevissime petiolulatis.**

T. Sebastiani. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106.

Hab. in collibus aridis tr. Suwant provinc. Talüsch alt. 500 hexap.! (Hohenack.). ⊙.

53. *T. filiforme* (L. Sp. 1088) **floribus in racemis capitatis abbreviatis lateralibus laxis subdecemfloris demum deflexis, calycis tubo pedicello duplo longiore glabro: dentibus subpilosis; 2 superioribus brevioribus, vexillo complicato laevi (non sulcato), stylo legumine quadruplo breviore, stipulis ovatis; inferioribus petiolo multo brevioribus; reliquis petiolum subaequantibus.**

T. filiforme. Dec. *Prodr. II*, p. 206. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1193. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 227. — Mart. *Fl. mosq.* p. 131. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 964. — Eichwald. *Skisse.* p. 166. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106.

Hab. in Rossia media [Livonia!, Lithuania et Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.)] inque provinciis caucasicis [pr. Lenkoran! (Hansen, Hohenack.). ⊙.

54. *T. micranthum* (Viviani. *Fl lybic.* p. 45. t. 19. f. 3 ex Dec. *Prodr. II*, p. 206) **racemis lateralibus pedunculatis laxis paucifloris, floribus (4—8, saepissime 5) demum patentissimis aut deflexis, calycis**

tubo pedicello subbreviore glabro: dentibus apice subpilosis; 2 superioribus brevioribus, vexillo complicato laevi, stylo legumine quadruplo breviore, stipulis oblongis; inferioribus petiolum subaequantibus; reliquis petiolo subduplo longioribus.

T. micranthum. Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 298.
Melilotus anomala. Ledeb. in *Bull. de l'Acad. des sc. de St. Petersb. II*, p. 313.
Melilotus microcarpa. Balb. ex Bernh. *h. erford. 1840.* — *Linnaea XV. Litt. Ber.* p. 90.

Hab. in provinciis caucasicis [in alpinis Awhasiae! (Nordmann)]. ⊙.

Radix fibrosa, annua. Caules plures ex eadem radice, erecti, pedales, sesquipedales v. altiores, graciles, plus minus ramosi, glabri. Folia petiolo brevi insidentia, sparsa, remota, tertiam circa internodii partem aequantia. Foliola obovato-cuneata, omnia (terminale longius) petiolulata, apice rotundata, flabellatim venoso-striata: striis in denticulos excurrentibus, hinc apice denticulata, basi integerrima, glabra. Stipulae oblongae, acutae, nervosae, ciliatae; inferiores petiolum subaequantes v. parum breviores; intermediae et superiores petiolo subduplo longiores. Racemi ex omnibus fere foliorum axillis, quae ramum non emittunt, e basi ad apicem caulis proveniunt pauciflori, pedunculo capillari, folio subduplo longiore, sustentati, unacum rachi pilis longis albis subadpressis obsiti. Flores 2—8, plerumque 5 v. 6, pedicellati: pedicello tubum calycis superante, bracteati: bracteis minutissimis. Calyx tubulosus, ultra medium 5-fidus: dentibus linearibus; duobus superioribus brevioribus. Corolla flava. Vexillum striatum, alis carinam superantibus longius. Legumen corolla parum brevius, suborbiculato-ellipticum, a latere parum compressum, stylo incurvato quadruplo breviore coronatum, glabrum, mono-rarius dispermum.

T. filiformi simillimum, pluribus autem notis diversum. Caulis gracilior. Folia brevius petiolata. Stipulae ratione petioli longiores, non ovatae sed oblongae. Foliola angustiora. Pedunculi tenuiores, subflaccidi, nec stricti, ut in T. filiformi. Racemi laxiores. Flores pauciores, minores, remotiores, longius pedicellati, post anthesin patentissimi v. rarius deflexi.

Quid?: *T. Cherleri.* Güldenst. *It. II*, p. 163. 174. 179. 187. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1191. — In Ucrania et gub. Cherson (Güldenst.), in Tauria (Böber ex Georgi).
„ *sibiricum.* Güldest. *It. II*, p. 327. — In Ucrania (Güldenst.).

217. Dorycnium. Tournef.

Dec. *Prodr. II*, p. 208 (excl. spec.). — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 299. — Meisn. *gen.* p. 85. — *Comment.* p. 61. — Endlicher *gen.* p. 1268.

Calyx 5dentatus, subbilabiatus: dentes 2 superiores latiores. Alae antice cohaerentes, medio bulla transversali inflata oblonga; carina obtusa. Filamenta alterna, apice dilatata. Ovarium bi-pauciovulatum. Stylus glaber. Stigma capitatum. Legumen bivalve, uniloculare, turgidum, calyce longius, 1—5spermum.

1. *D. Pentaphyllum* (Scopol. *Fl. carniol. II*, p. 87) foliolis obovato- v. oblongo-cuneatis cauleque pilosis: pilis adpressis v. patentibus, dentibus calycinis ovato-triangularibus; 2 superioribus sublatioribus, leguminibus subglobosis.

α. *patenti-pilosum*: caule a basi ad apicem foliisque pilis patentibus adspersis, foliolis obovato-cuneatis.

D. monspeliense. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 221; *III*, p. 514 (non Willd.).

D. intermedium. Ledeb. *Ind. sem. h. dorpat. 1820*. p. 14. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 106. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

D. suffruticosum. Claus *Ind. des. in* Göbel *It. III*, p. 263? (nov Vill.).

D. herbaceum. Willd. *herb.* Nr. 14,282. fol. Nr. 6 et 7 insign.

Lotus Dorycnium. Pallas *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1195 (excl. pl. lithuanica).

Lotus recta. Falk. *Beitr. II*, p. 229 (non L.). — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1195 (pl. wolgensis).

Hab. in Rossia australi [ad Wolgam inferiorem (Falk, Claus)], Tauria! (Pall., M. a Bieb., Böb. in herb. Willd.) et provinciis caucasicis [Iberia (M. a Bieb., Adams in herb. Willd., Wilhelms), Ossetia et Radscha (Koch), provinc. Kuby ad torrentem Samur alt. 200 hexap. (C. A. Meyer.), territorio Elisabethpol pr. Helenendorf inque provinc. Karabagh pr. Schuscha (Hohenacker)]. ♃.

β. *adpresse-pilosum*: caule foliisque pilosis: pilis plurimis adpressis, paucis patulis subinde in margine foliolorum.

a. foliolis obovato-cuneatis, caule herbaceo.

D. herbaceum. Vill. *Delphin. III*, p. 417. t. 41. — Dec. *Prodr. II*, p. 209.

b. foliolis oblongo-cuneatis v. oblongo-linearibus, caule basi frutescente.

D. suffruticosum. Vill. l. c. p. 416. — Dec. l. c.

2. *D. latifolium* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 1397) foliolis obovato-cuneatis cauleque villosis, dentibus calycinis subulatis hirsutis, leguminibus oblongo-cylindraceis calyce plus duplo longioribus subtrispermis.

D. latifolium. Dec. *Prodr. II*, p. 208. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 221; *III*, p. 514. — Steven in *Mem. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 58. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

D. ibericum. Willd. *Enum. h. berol. suppl.* p. 52.

Hab. in Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Steven), provinc. Scheki (M. a Bieb.), Radscha (Koch)]. ♄.

218. Lotus. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 209. — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 302. — Meisn. *gen.* p. 85. — *Comment.* p. 60. — Endlicher *gen.* p. 1269.

Calyx 5fidus v. 5dentatus. Alae praeter impressionem dentis ad basin siti non impressae, margine superiore conniventes. Carina adscendens, rostrata. Stamina diadelpha: filamentis alternis apice dilatatis. Stylus glaber, sensim attenuatus. Stigma obtusum. Legumen bivalve, lineare, rectum v. arcuatum, apterum, uniloculare v. septulis transversis inter semina divisum, polyspermum, in valvulas 2 contortibiles dissiliens.

Sect. I. *Lotea.* Medik. Dec. *Prodr. II*, p. 209. Legumen compressum.

1. *L. ornithopodioides* (L. Sp. 1091) pubescens, caulibus diffusis, foliolis rhombeo-obovatis, capitulis pedunculatis 3—5floris, bracteis calyce duplo longioribus, leguminibus linearibus arcuatis compressis torulosis sublomentaceis glabris.

L. ornithopodioides. Dec. *Prodr. II*, p. 209.

Hab. in provinciis caucasicis! (Wittmann). ⊙.

Sect. II. *Eulotus*. Dec. l. c. p. 210. Legumen cylindraceum.

2. *L. strictus* (Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 32) perennis adpresse pubescens subglaber, caulibus erectis ramosis, foliolis stipulisque conformibus oblongo-spathulatis mucronulatis, pedunculis axillaribus foliorum longitudine 2—6floris, laciniis calycinis setaceis tubum aequantibus corolla brevioribus, stylo edentulo, leguminibus elongatis glabris teretibus.

Hab. in Armenia (Fisch. et Meyer). ♃.

Habitu accedit ad L. anthylloideum, stylo edentulo diversus. Foliola illis Dorycnii latifolii similia; flores ochroleuci: carina apice atroviolacea; legumina firma, crassa, polysperma; semina subglobosa, flavo nigroque variegata. F. et M. l. c.

3. *L. Gebelia* (Vent. *h. Cels.* t. 57) adscendens glaucus, foliolis obovatis, stipulis oblique ovatis v. subtrapeziformibus, capitulis subtrifloris, pedunculis demum folio plus minus longioribus, bractea 3phylla calycem subaequante, laciniis calycinis lanceolatis aequilongis tubum subaequantibus corolla multo brevioribus, leguminibus cylindricis torulosis.

L. Gebelia. Dec. *Prodr. II*, p. 212. — C. A. Meyer, *Ind. cauc.* p. 139. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 106.

Hab. in provinc. Talüsch pr. pagum Suwant alt 670—833 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenacker), in litt. orient. m. casp.! (Karelin). ♃.

Planta aut omnino glabra praeter lacinias calycinas ciliatas, aut apicem versus parce pubescens, demum glabrata.

4. *L. angustissimus* (L. Sp. 1090) erectus v. adscendens pilis patentissimis hirsutis, stipulis oblique ovatis petiolo longioribus, floribus solitariis v. geminis, pedunculis folio duplo longioribus bractea 3phylla calycem superante, laciniis calycinis lanceolato-linearibus ciliatis tubo longioribus, leguminibus rectis gracillimis calyce 5—6tuplo longioribus.

L. angustissimus. Dec. *Prodr. II*, p. 213. — Pall. *It. III*, p. 654. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1194. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 220. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 259. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 263. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 107. — Willd. *herb.* Nr. 14,257.

L. gracilis. Waldst. et Kit. *pl. rar. Hungar. III*, p. 254. t. 229. — Dec. *Prodr. II*, p. 213. — Willd. *herb.* Nr. 14,261. — Eichwald *casp. cauc.* p. 2.

L. mollissimus. S. G. Gmel. ex Habl. in herb. Pall. nunc Willd. l. c.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain! (M. a Bieb., Steven), Wolgam (M. a Bieb.) pr. Saratow et Sarepta (Claus), Zarizyn (Pall.), circa ostia (Eichw.) et fl. Ural! (Claus)], provinciis caucasicis [planitiebus Caucaso adjacentibus (M. a Bieb.), reg. occidental.! (Nordmann), provincia Karabagh (Hohenack.), inter Sallian et Lenkoran! (Hansen *pl. exs.*, C. A. Meyer, Hohenack.)], inque Sibiria altaica! (Fl. alt.), ad rivum Dschingis Kol in Noor-Saisan defluentem! (Pall. in herb. Willd.). ⊙.

5. *L. corniculatus* (L. Sp. 1092) procumbens glaber v. hirsutus: pilis patentibus, capitulis subquinqueflorís longe pedunculatis, dentibus calycinis lanceolatis subaequalibus tubum aequantibus ante anthesin

conniventibus, carina subrhombea rectangule adscendente, leguminibus linearibus teretibus rectis.

L. corniculatus. Dec. *Prodr. II*, p. 214. — Gorter. *Fl ingr.* p. 117. — Pall. *It. I*, p. 370. 422. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 127; *II*. p. 197. — Fisch. *Livl.* p. 273. — Falk. *Beitr. II*, p. 229. — Güldenst. *It. II*, p. 72. 78. 198. 202. 203. 229. 281. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 506. — Pall. *Ind. Taur.* — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 257. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1195. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 220; *III*, p. 513. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 220. — Mart. *Fl. mosq.* p. 131. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 67. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 965. — Lucé. *Fl. osil.* p. 253. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 259. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Ej. *casp. cauc.* p. 30. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 263. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 250. — Wirzén. *Casan.* Nr. 134. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 214. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

L. pentaphyllos. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 93. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 256.

α. vulgaris: glaber v. sparse pilosus, foliolis obovatis-glabris v. parce ciliatis.

L. Rivini sive Melilotus pentaphyllos minor glabra. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 69.

Coronilla flore luteo, rectius Lotus Rivini. Erndt. l. c. p. 34.

β. ciliatus: caule foliolisque obovatis calycibusque pilosis: pilis patentibus.

L. corniculatis var. pilosa. Besser l. c. — Hohenack. l. c.
L. corniculatus var. M. a Bieb. l. c. *III*. p. 513.
L. ciliatus Steveni. Hoffm. *Cat. h. mosq.* 1808. Nr. 1944.
L. tenuis caucasicus. Fisch. *Cat. h. gorenk.* 1812. p. 70.
L. ambiguus. Bess. ? (ex Eichw. *Skizze.* p. 166 et Reichenb. *Fl. excur.* Nr. 3253.)
L. Rivini. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 69.

γ. hirsutissimus: undique pilis densis patentissimis obsitus, foliolis late obovatis, floribus nonnihil majoribus. — An species distincta?

δ. tenuifolius: glaber v. parce pilosus, foliolis stipulisque lineari-oblongis v. oblongo-cuneatis.

L. tenuis. Waldst. et Kit. ex Willd. *Enum. h. berol.* p. 797. — Eichw. *Skizze.* p. 166. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249.
L. corniculatus *β*. M. a Bieb. ll. cc.
L. angustifolius. Güldenst. *It. II*, p. 65?

ε. versicolor: glaber glaucescens, floribus solitariis geminisve (vel pluribus) versicoloribus. (C. A. Meyer et Bongard *Suppl. Fl. alt.* p. 18. Nr. 63.

Hab. *α*. in Rossia media [Fennia austral. (Prytz), a Newa ad Okam et Wolgam usque (Falk), Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia! (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé). Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindem.), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Böber, Stephan, Mart.), Kasan (C. A. Meyer, Wirzén)] et australi [Kiew (Trautv. *in litt.*, Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst.), pr. Taganrog! (Elsingk *pl. exs.*), in terra Cosaccorum (Güldenst.), ad Tanain (S. G. Gmel., Henning), pr. Astrachan (S. G. Gmel.) in deserto caspio (Claus), pr. Gurjewsk et alibi ad fl. Ural (Pall.)], Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ubique (Koch *in litt.*) in promontorio, in subalpinis et alpinis alt. 150—1200 hexap. (C. A. Meyer), in m. Beschtau pr. castellum Grosnaja (C. A. Meyer), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.) inque campis altioribus mont. Talüsch alt. 800—1000 hexap. (C. A. Meyer)], in Sibiria altaica! (Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♃.

β. in Rossia media [Livonia!, Lithuania (Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Echw.)] et australi [Podolia (Besser)] inque Tauria! et provinciis caucasicis [pr. Constantinogorsk et in Iberia (M. a Bieb.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (Hohenack.)]. ♃.

γ. in provinciis transcaucasicis versus fines turcicas! (Nordm.). ♃.

δ. in Rossia australi [Cherson (M. a Bieb., Eichw.), pr. Astrachan! (Blum)], Tauria et provinciis caucasicis (M. a Bieb., C. Koch) [Iberia! (C. A. Meyer), territor. Elisabethpol (Hohenack.)], in litt. orient. m. casp.! (Karelin). ♃.

ε. in Sibiria altaica! ♃.

6. *L. major* (Scopoli. *Fl. carniol. II*, p. 86) erectiusculus glaber v. subpilosus: pilis patentibus, capitulis subduodecimfloris longe pedunculatis, dentibus calycinis lanceolatis subaequalibus corollam dimidiam aequantibus ante anthesin reflexis, carina e basi ovata sensim in rostrum attenuata, leguminibus linearibus teretibus rectis.

L. major. Mart. *Fl. mosq.* p. 131. — Eichw. *casp. cauc.* p. 5.

L. corniculatus β. major. Dec. *Prodr. II*, p. 214.

Hab. in Rossia media [pr. Mosquam (Mart.)] et provinciis caucasicis [Derbend (Eichw.), in Armenia (Koch *in litt.*)]. ♃.

7. *L. palustris* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 1394) erectus villosus: pilis patentibus, capitulis 2—5floris longe pedunculatis, dentibus calycinis lanceolato-linearibus subaequalibus tubo subduplo longioribus ⅔ corollae aequantibus v. superantibus ante anthesin erectis, carina e basi ovata sensim in rostrum attenuata, leguminibus linearibus teretibus rectis.

L. palustris. Dec. *Prodr. II*, p. 214.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ♃.

Ad L. corniculatum (var. δ. tenuifol.) et L. majorem habitu accedit, ab utroque autem diversus. A priori differt foliolis stipulisque latioribus, villositate omnium partium, praesertim apicem versus multo densiore et carinae structura; a posteriore capitulis paucifloris et laciniis calycinis ante anthesin erectis nec reflexis; ab utroque floribus multo minoribus, laciniis calycinis tubo duplo longioribus, bracteae triphyllae foliolo intermedio lateralibus floribusque duplo majore, leguminibus (quas maturas non vidi), ut videtur, minoribus bractea vix longioribus.

Quid?: *L. ornithopodioides*. Pall. *It. II*, p. 523. 541. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1194. — In Sibiriae altaicae deserto barabensi (Pall.).

L. recta. Georgi. *It. I*, p. 227. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1195 (quoad pl. baikalensem). — In Sibiria baikalensi ad Bargusin aliorumque fluviorum ripas (Georgi).

L. spec. Pall. *It. II*, p. 471. — In Sibiria altaica ad fl. Irtysch inter Shelesenka et Jamyschewa (Pall.).

219. Tetragonolobus. Scopol.

Fl. carniol. II, p. 87. — Dec. *Prodr. II*, p. 215. — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 308. — Meisn. *gen.* p. 85. — *Comment.* p. 60. — Endlicher *gen.* p. 1269.

Calyx 5fidus. Alae margine superiore conniventes. Carina rostrata adscendens. Stamina diadelpha: filamentis alternis apice dilatatis. Stylus superne incrassatis. Stigma cavum canaliculatum v. subbilabiatum. Legumen bivalve, rectum, subcylindricum, quadrialatum, polyspermum, isthmis cellulosis inter semina interceptum.

1. *T. purpureus* (Mönch. *Meth.* p. 164) floribus solitariis geminisve,

pedunculo longitudine folii, leguminum alis undulatis leguminis latitudine.

T. purpureus. Dec. *Prodr. II*, p. 215. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 107.

Hab. in provincia Karabagh pr. Schuscha (Hohenack.). ⊙.

2. *T. siliquosus* (Roth. *Tent. Fl. germ. II*, p. 323) floribus solitariis, pedunculis folio duplo triplove longioribus, leguminum alis rectis legumine quadruplo angustioribus.

T. siliquosus. Dec. *Prodr. II*, p 215.
Lotus siliquosus. L. Sp. p. 1089. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1194. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 219.

Hab. in Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis transcaucasicis versus fines turcicas ad litt. m. nigri! (Nordm.). ♃.

β. maritimus (Ser. in Dec. *Prodr.* l. c.) glabrior, foliis subcarnosis.

L. maritimus. L. Sp. 1089. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1194. — Lucé. *Fl. osil.* p. 252.

Hab. in Rossia media [ad sinum fennicum (Georgi), in insula Osilia! (Lucé)]. ♃.

Subtribus III. Galegeae. Dec. *Prodr. II, p. 243.* — Endlicher *gen. p. 1270.*

Legumen uniloculare: sutura nulla impressa. Stamina saepissime diadelpha. — Folia pinnatim trifoliolata v. multijuga cum impari (rarissime nulla eorumque loco squamae membranaceae); primordialia opposita. Caules fruticosi v. arborei, rarius herbacei.

220. Psoralea. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 216. — Meisn. *gen.* p. 86. — *Comment.* p. 61. — Endlicher *gen.* p. 1271.

Calyx plerumque glanduloso-tuberculatus, campanulatus: limbi 5fidi, bilabiati lacinia infima productiore. Stamina 10, saepius diadelpha; decimo interdum basi cum caeteris connexo; antherae conformes v. alternae steriles. Stylus filiformis; stigma capitellatum. Legumen calyce inclusum, membranaceum, indehiscens, monospermum.

1. *P. acaulis* (Steven ap. Hoffm. in *Commentat. Soc. phys. med. mosq. I*, p. 47) foliis radicalibus longissime petiolatis trifoliolatis, foliolis brevissime petiolulatis rhombeo-ovatis argute inaequaliter (subduplicato-) dentatis basi integerrimis; lateralibus obliquis, pedunculis radicalibus folia subaequantibus.

P. acaulis. Dec. *Prodr. II*, p. 218. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 206; *III*, p. 505. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia occidentali! (Steven, Nordm.), tractibus Lori et Letschkum (Koch)]. ♃.

2. *P. sibirica* (Poir. *Encycl. méth. suppl. IV*, p. 587) foliis pinnatim trifoliolatis, foliolis ellipticis obtusis glabris subtus subalbidis apice subemarginatis mucronulatis, racemis brevissimis axillaribus eglandulosis, calycis laciniis lineari-elongatis acuminatis villosis.

P. sibirica. Dec. *Prodr. II*, p. 219.

Hab. in Sibiria (Poiret). ♄? — Mihi ignota.

3. *P. palaestina* (GOUAN. *illustr.* p. 51) foliis pinnatim trifoliolatis, foliolis inferiorum ovatis; superiorum lanceolatis, petiolis pubescentibus sulcatis, pedunculis axillaribus folio subtriplo longioribus, spicis capitatis, calycibus pubescentibus demum subvesicariis.

P. palaestina. DEC. *Prodr. II*, p. 219. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 206: *III*, p. 504.
P. bituminosa. PALL. *Ind. Taur.*
Hab. in Tauria! (PALL., M. a BIEB.). ♃.

221. Güldenstädtia. FISCH.

in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV, p. 170. — DEC. *Prodr. II*, p. 307. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 260. — MEISN. *gen.* p. 90. — *Comment.* p. 63. — ENDLICHER *gen.* p. 1277.

Calyx campanulatus, 5fidus: laciniis superioribus latioribus. Carina minuta, dipetala. Stamina diadelpha. Stylus adscendens. Stigma obtusum. Legumen subcylindricum, uniloculare, medulla maturitate evanida farctum, polyspermum. Semina scrobiculata.

1. *G. monophylla* (FISCH. l. c. p. 171, t. 19) foliis (foliolis lateralibus abortivis) simplicibus subreniformibus pubescenti-sericeis, umbellis 2—6floris.

G. monophylla. DEC. *Prodr. II*, p. 307. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 260. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 63.
Hab. in Sibiriae altaicae apricis siccis rupestribus ad trajectum fl. Katunja inter fl. Ulegben (Ulegumen) et Tschuja, loco Korketschu dicto! (FL. ALT.), ad ostium fl. Argut in Katunja defluentis (GEBLER). ♃.

2. *G. pauciflora* (FISCH. l. c. p. 173) foliis impari-pinnatis sericeis, umbellis 2 – 3floris.

G. pauciflora. DEC. *Prodr. II*, p. 307. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 363.
Astragalus pauciflorus. PALL. *Astragal.* p. 81. Nr. 88. t. 66. f. B. — WILLD. *Sp. pl. III*, p. 1319. — Ej. *herb.* Nr. 14,033.
Astragalus biflorus. PALL. *It. III*, p. 206.
Astragalus vernus. GEORGI. *It. I*, p. 226. — Ej. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1187; *Nachtr.* p. 297.
Astragalus caulibus radicatis, scapis folia aequantibus, floribus gemellis, foliolis ovalibus sericeis, leguminibus teretibus glabris rectis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 54. Nr. 70. t. 26. f. 1 (excl. synon. Moris.).
Hab. in Sibiria baicalensi! (STELLER ex GMELIN, GEORGI, TURCZ., SCHTSCHUKIN) et Davuria! (PALL., TURCZ.). ♃.

β. subglabrata: foliis demum glabriusculis.
A. brevicarinatus. DEC. *Astragal.* p. 193, Nr. 138. t. 49.
Hab. in Davuria (PATRIN ex DEC.). ♃.

222. Glycyrrhiza. L.

DEC. *Prodr. II*, p. 247. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 260. — KOCH *Deutschlands Fl. V*, p. 104. — MEISN. *gen.* p. 89. — *Comment.* p. 63. — ENDLICHER *gen.* p. 1271.

Calyx 5fidus, subbilabiatus: laciniis duabus superioribus altius coalitis. Carina dipetala, acuta. Stamina diadelpha. Stylus filiformis. Stigma simplex. Legumen bivalve, ovatum v. oblongo-lineare, compressum, uniloculare, 1— 4- vel polyspermum.

1. *G. glandulifera* (Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hungar. I*, p. 20. t. 21) caule erecto, petiolo communi immarginato, foliolis ellipticis v. ovato-lanceolatis utrinque glandulis adspersis et glutinoso-pubescentibus acutis v. mucronatis, stipulis lanceolatis marcescentibus spicis pedunculatis folio brevioribus v. sublongioribus, leguminibus oblongo-linearibus flexuosis glanduloso-echinatis v. inermibus 4—6spermis.

G. glandulifera. Dec. *Prodr. II*, p. 247. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 170; *III*, p. 478. — Henning in *Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. VI*, p. 77. 91. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 261. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 139. — Eichw. *Skizze.* p. 167. — Ej. *casp. cauc.* p. 2. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 263. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 107. — Karel. et Kiril. *En. pl. alt.* Nr. 215. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

G. glabra (non L.). Pall. *It. III*, p. 537. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 155; *II*, p. 3. 197: *IV*, p. 9. 17. — Georgi. *It. II*, p. 787. — Falk. *Beitr. II*, p. 226. — Güldenst. *It. I*, p. 49. 80. 90. 112. 117. 195. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1176. — Clark. *It. I*, p. 336. 383.

G. hirsuta (an etiam L.?). Pall. *It. I*, p. 154. 366; app. p. 498. Nr. 119; *II*, p. 486; *III*, p. 665. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 155; *II*, p. 197; *IV*, p. 9. — Falk. *Beitr. II*, p. 226. — Güldenst. *It. I*, p. 80. 112. — Siev. in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1177; *Nachtr.* p. 294.

G. laevis. Pall. *It. I.* p. 370; app. p. 408. Nr. 120; *III*, p. 556. 655. — Güldenst. *It. II*, p. 33. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 168.

G. officinalis. Lepech. *It. I*, p. 235. — Güldenst. *It. II*, p. 58. 65. 69. 78. 85. 95.

G. vulgaris. Güldenst. *It. II*, p. 32. 43. 44.

G. echinata. Lepech. *It. I*, p. 214? — Falk. *Beitr. II*, p. 226? — Uspenski in *Bullet. de la Soc. des Nat. de Mosc. VII.*

G. viscosa Turcz. *miss.*

G. leguminibus laevibus. Pall. *It. III*, p. 595.

G. leguminibus asperis. Pall. *It. I*, p. 197. 228. 251. 269. 370. 371. 422; *II*, p. 289. 461; *III*, p. 595.

Glycyrrhiza. Pall. *It. I*, p. 263. 380. 418; *II*, p. 471. 472. 652; *III*, p. 607.

G. leguminibus glabris, stipulis nullis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 32. Nr. 41 (excl. synon.).

G. leguminibus echinatis, foliis stipulatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 32. Nr. 43 (excl. syn. et varietate astrachanensi siliquis minoribus etc., quae G. echinata est).

Hab. in Rossiae mediae provinciis orientalibus [Saratow (Lepech.), Simbirsk (Pall., Lepech.), Orenburg (Pall., Claus)] et australi [Podolia et Cherson (Eichw.), Jekaterinoslaw! (Elsingk *pl. exs.*), terra Cosaccorum (S. G. Gmel., Falk, Güldenst., Clark, Henning, Claus), desert. cuman. (S. G. Gmel., Falk), ad Wolgam inferiorem (S. G. Gmel., Georgi.) et circa illius ostia (S. G. Gmel., Eichw.), in deserto caspio! ubique (Pall., Falk, Claus), ad fl. Ural! (Pall., Claus), des. Kirghisorum (Pall., Falk, J. G. Gmel.)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et insula Taman! (leguminibus laevibus) inque provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [in pratis demissioribus ubique (C. A. Meyer), ad fl. Kuban Güldenst., Clark.) et Terek (S. G. Gmel., Güldenst.), pr. castellum Grosnaja (C. A. Meyer; var. leguminibus laevibus), in provinciis Schcki, Schirwan, Talüsch ad ostia Cyri (Hohenack.), Armenia (Koch)], in litt. orientali m. caspii! (Karelin) inque Sibiria [usque in regiones transbaicalenses (J. G Gmel.), deserto uralensi! (Lessing), ad fl. Irtysch (Pall.), in reg. altaica!, deserto soongoro-kirghisico! (Falk, Fl. alt., Karel. et Kiril.), circa Tomsk (Pall.), reg. transbaicalensi pr. Selenginsk (Sievers)] inque Davuria ad fl. Argun! (Turcz.). ♃.

Duae formae v. forsan species distinctae mihi innotuerunt:

α. *parviflora*: foliolis angustioribus ovato-oblongis acutis v. subemarginato-mucronatis, floribus minoribus in spica elongata folium demum aequante v. subsuperante rarioribus, leguminibus subrectis echinatis v. inermibus.

Haec in regionibus occidentalibus occurrit et a planta hungarica non differt.

β. grandiflora: foliolis latioribus; foliorum inferiorum ellipticis apice subrotundatis; superiorum ovato-oblongis oblongisve plus minus acutatis, floribus majoribus (fructibusque) in spica abbreviata foliis breviore confertis, leguminibus flexuosis echinatis (v. inermibus?). — An G. uralensis. FISCH.?

Hanc formam e variis Sibiriae regionibus possideo.

Ulteriori observationi peregrinatorum recommendantur.

2. *G. echinata* (L. SP. 1046) caule erecto, petiolo communi marginato, foliolis oblongis ellipticisve mucronatis impresso glandulosis; junioribus subpuberulis, stipulis ovato-lanceolatis acuminato-subulatis, spicis densissimis pedunculatis folio brevioribus; fructiferis capitatis, leguminibus ellipticis mucronatis setis longis echinatis subdispermis.

G. echinata. DEC. *Prodr. II*, p. 248. — PALL. *It. I*, p. 366. 372. app. p. 498. Nr. 118; *III*, p. 637. 665. — S. G. GMEL. *It. I*, p. 155; *II*, p. 197; *IV*, p. 9. — GÜLDENST. *It. I*, p. 90. 112. 168. 195; *II*, p. 75? 281. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1176. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 170. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 140. — EICHW. *Skizze* p. 167. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 263. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 107.

G. muricata. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachträge.* p. 294?

Hab. in Rossia australi [Bessarabia (EICHW.), ad Tanain (S. G. GMEL., GÜLDENST., HENNING) et Wolgam inferiorem pr. Zarizyn (PALL., S. G. GMEL.) et Astrachan! (S. G. GMEL., BLUM), in deserto caspio! (CLAUS), ad inferiorem fl. Ural! (PALL., CLAUS)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [ad fl. Kuma et Terek (GÜLDENST., M. a BIEB.), pr. castellum Grosnaja (C. A. MEYER), in Iberia! (WILHELMS), pr. Lenkoran! (HOHENACK)] inque litt. orientali m. caspii! (KARELIN)]. ♃.

3. *G. asperrima* (L. *fil. Suppl.* 330) caule adscendente cum petiolo foliolisque ellipticis obovatisve mucronatis asperis, stipulis ovatis acutis, spicis pedunculatis folium subaequantibus, leguminibus sublinearibus torulosis inermibus glabris 3—8spermis.

G. asperrima. DEC. *Prodr. II*, p. 248. — PALL. *It. I*, p. 401. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 262. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 263.

G. aspera. PALL. *It. I*, p. 320. 413; app. p. 499. Nr. 121. t. J, f. 3; *III*, p. 520. 548. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1177.

G. hispida. PALL. *It. III*, app. p. 754. Nr. 126. t. Gg. f. 1. 2.

G. spec. ignota. S. G. GMEL. *It. II*, p. 197.

Coronilla Glycyrrhiza. SPRENG. *Syst. III*, p. 324.

Hab. in Rossiae australis parte orientali [pr. Astrachan! (S. G. GMEL., CLAUS), in des. caspio (PALL., CLAUS), in utroque litt. fl. Ural! (PALL., CLAUS, LESS.)], in litt. orientali m. caspii! (KARELIN) inque Sibiria altaica ad fl. Irtysch! inque deserto soongoro-kirghisico! (FL. ALT.). ♃.

4. *G. uralensis* (FISCH. ex DEC. *Prodr. II*, p. 248) caule erecto pubescenti-velutino, foliolis obovatis obtusis glabriusculis, stipulis lanceolatis, calycibus villosis.

G. uralensis. FISCH. et MEYER. *Ind. VIII. sem. h. petropol.* p. 8.

Hab. in Sibiria uralensi (HELM ex FISCH.). ♃.

Fructus ignoti. G. asperrimae proxima. DEC. Mihi ignota. — Cfr. G. glanduliferam β. grandifloram.

5. *G. ?triphylla* (FISCH. et MEYER. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 29) lepidoto-glandulosa, caulibus ramosis ima basi frutescentibus, foliis trifoliolatis: foliolis obovatis retusis obcordatisve, stipulis lanceolatis caducis, spicis axillaribus elongatis longe pedunculatis, leguminibus turgidis oblongo-ellipsoideis aculeatis: valvis sublignosis.

Hab. in litt. oriental. m. caspii mont. Mangischlak! KARELIN, LESSING *in herb. reg. berol.*) ♃. ♄.

Species singularis, ob flores adhuc ignotos haud rite collocanda. F. et M. — An genus proprium?

Quid?: *G. hybrida.* Güldenst. *It. I*, p. 195. — Ad fl. Terek (Güldenst.).

223. Eversmannia. Bunge.

in Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 267. t 6. — Endl. *gen. suppl. II*, p. 96.

Calyx bibracteolatus, subbilabiatus, 5dentatus: dentibus superioribus brevioribus. Corolla vexillo obovato, alis brevissimis, carina oblique truncata. Stamina diadelpha, abrupte infracta. Ovarium lineare, pluri- (12-) ovulatum. Legumen continuum, oligospermum, torulosum, suturis crassiusculis persistentibus. — Suffrutex subspinosus: spinis (si adsunt) axillaribus, geminis v. solitariis (alterius loco pedunculus).

1. *E. hedysaroides.* Bunge l. c. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 97.

Hedysanum subspinosum. Fisch. ex Dec. *Prodr. II*, p. 343.

Hab. in Rossiae australis montosis ad lacum Indersk! nec non in m. Bogdo majore (Claus, Blum *pl. exs.*) inque Sibiriae altaicae deserto soongoro-kirghisico, loco Karkaul dicto! (Bong. et Meyer). ♄.

Frutex ramosissimus, diffusus, 1½—2pedalis, subspinosus. Rami adulti cortice griseo obtecti; annotini pube adpressa subsericei, incani. Stipulae inferiores connato-vaginatae, oppositifoliae, lanceolatae, scariosae; superiores distinctae, caulinae, breviores. Folia 4—6juga cum impari. Foliola crassiuscula, oblongo-elliptica, mucronata, utrinque subsericea, supra punctis nigris, subtus squamulis minutissimis albidis adspersa, petiolulata, opposita v. alterna, 2—4 lin. longa, 1—2 lin. lata. Racemi axillares 10—20flori, folio longiores: rachi demum interdum spinescente. Flores intense purpurei, bracteati: bracteis pedicello subbrevioribus. Calyx basi bracteolis tubo pluries brevioribus suffultus, subbilabiatus, 5dentatus: dentibus duobus superioribus brevioribus; infimo reliquis parum longiore. Vexillum 7 lin. longum. Carina vexillo vix brevior. Alae calycis circiter longitudine. Legumina pollicaria v. parum longiora, glabra, linearia v. apicem versus paulo latiora et rotundata cum mucrone, compressa, torulosa, flexuosa, continua nec in loculos transversim divisa, demum in articulos aliquot inter marginem nerviformem persistentem transverse irregulariter secedentia v. valvis integris a margine nerviformi solutis dehiscentia. Semina reniformia, utrique convexa.

Genus, licet floris structura Hedysaro maxime affine, ob legumen uniloculare, illi Glycyrrhizae glanduliferae var. *β.* simillimum, a Hedysareis removendum.

224. Galega. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 248. — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 212. — Meisn. *gen.* p. 89. — *Comment.* p. 63. — Endlicher *gen.* p. 1272.

Calyx campanulatus; quinquedentatus: dentibus subulatis, subaequalibus. Carina monopetala, obtusa. Stamina monadelpha: vexillari

ad medium distincto. Stylus filiformis, glaber. Stigma punctiforme. Legumen bivalve, lineare, teretiusculum, torulosum, oblique striatum, polyspermum.

1. *G. officinalis* (L. Sp. 1063) foliolis oblongis mucronatis glabris, stipulis lato-lanceolatis, racemis folio longioribus, leguminibus erectis.

G. officinalis. Dec. *Prodr. II*, p. 248 — Pallas. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1181. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 181. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 929. — Eichw. *Skizze* p. 176.

Hab. in Rossia media [Volhynia (Eichw.)], australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), Ucrania (Besser), Cherson (Eichw.), ad Tanain (Henning)] inque Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieberstein). ♃.

2. *G. orientalis* (Lam. *Encycl. méth. II*, p. 596) foliis ovatis v. ovato-lanceolatis acuminatis glabriusculis, stipulis lato-ovatis, racemis folio longioribus, leguminibus pendulis.

G. orientalis. Dec. *Prodr. II*, p. 248. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 182; *III*, p. 485. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 140. — Eichw. *casp. cauc.* p. 27. — Hohenack. *Enum. Talüsch* p. 107. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 709.

G. montana. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1181. — Hoffm. *h. mosq. 1808*, Nr. 1402.

Hab. in provinciis caucas. [promontorio et subalpinis alt. 200—1000 hexap. (C. A. Meyer), in subalpinis, praesertim ad latera m. Beschtau! (M. a Bieb., Steven), Ossetia (Koch), Kachetia et Somchetia (Eichw.), territorio Elisabethpol pr. Helenendorf (Hohenack), Armenia (Koch *in litt.*)]. ♃.

Flores plerumque coerulei. — Variat floribus dilute roseis. — In m. Beschtau! (Hohenacker).

Quid?: *G. n. spec.* Clark. *It. I*, p. 352. — In deserto ad fl. Kuban (Clark.).

225. Caragana. Lam.

Encycl. méth. I, p. 615, t. 607, f. 1. 2. — Dec. *Prodr. II*, p. 268. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 262. — Meisn. *gen.* p. 88. — *Comment.* p. 63. — Endlicher *gen.* p. 1275.

Calyx urceolatus, 5dentatus, basi gibbus. Petala obtusa, fere recta; alae vexillo subaequales. Stamina diadelpha. Stylus glaber, filiformis. Stigma truncatum. Legumen sessile; junius compressum; adultum subcylindricum, polyspermum, stylo indurato mucronatum.

1. *C. microphylla* (Lam. *Encycl. méth. I*, p. 615) foliolis 5—10-jugis ellipticis v. obovatis mucronato-spinulosis adpresse pilosis demum glabriusculis, stipulis patentibus v. recurvatis spinescentibus persistentibus, petiolis pungentibus deciduis, pedunculo supra medium articulato, calycis tubo corolla 3plo breviore; dentibus e basi triangulari acuminatis tubo triplo brevioribus, leguminibus compressis.

C. microphylla. Dec. *Prodr. II*, p. 268. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 262. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 305.

C. Altagana. Poir. *Encycl. méth. Suppl. II*, p. 89. — Dec. *Prodr. II*, p. 268.

Robinia microphylla. Pallas. *Astragal.* p. 116. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 294. — Spreng. *Syst. III*, p. 246.

Robinia Altagana. Pall. *in nov. Act. Acad. petropol. X*, p. 372.

Robinia Altagana var. minima davurica. Pallas. *Fl. ross.* p. 69, t. 42, figurae laterales.

Altagana. PALL. *It. III*, p. 107. 264. 431.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.), tansbaikalensi! (TURCZ., SCHTSCHUKIN) et Davuria! (PALL., TURCZ.). ♄.

2. *C. arborescens* (LAM. *Encycl. méth. I*, p. 615) foliolis 4—8jugis ellipticis mucronato-spinulosis venosis demum glabrescentibus, stipulis subspinescentibus, petiolis demum subpungentibus deciduis, pedunculo supra medium articulato, calycis tubo corolla triplo breviore; dentibus brevissimis tubo 5—6plo brevioribus, leguminibus cylindraceis.

α. pedunculis fasciculatis.

C. arborescens. DEC. *Prodr. II*, p. 268. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 263. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 306. — KARELIN et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 217.

Robinia Caragana. L. SP. 1044. — PALL. *It. II*, p. 516. 528; *III*, p. 213 (an ad antecedentem?) 266 (an ad antec.?) 268 (an ad antec.?) 317. — FALK. *Beitr. II*, p. 225. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1173.

Robinia Altagana. PALL. *Fl. ross. I*, p 68, t. 42, fig. intermed.

Robinia pedunculis simplicioribus, foliis abrupte pinnatis. GMELIN. *Fl. sib. IV*, p. 17. Nr. 22.

Aspalathus arborescens, pinnis foliorum crebrioribus, oblongis. AMMAN. *ruth.* p. 210. Nr. 285.

β. pedunculis subsolitariis.

C. fruticosa. BESSER. *Cat. h. cremen. 1816*, p. 116? — DEC. *Prodr. II*, p. 269?

Hab. in Sibiria uralensi (FALK) altaica! (PALL., FALK, FL. ALT., KAREL. et KIRIL.), ad fl. Tom (MESSERSCHM. ex AMMAN.) pr. Krasnojarsk et Tomsk (TURCZ. *in litt.*, LESSING *in herb. reg. berol.*) et baikal. pr. Irkutzk (TURCZ., SCHTSCHUKIN, KRUHSE)] inque Davuria? (PALL.). ♄.

Differt ab antecedente statura majore, foliolis majoribus minus rigidis, floribus minoribus, leguminibus cylindraceis nec compressis, praesertim vero calycis dentibus brevissimis, tubo (licet breviore quam in spec. antecedente) 5—6tuplo, nec triplo tantum brevioribus.

3. *C. Bungei* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 264) foliolis 2—3jugis distantibus lato-ellipticis basi subcuneatis apice rotundato-truncatis mucronato-spinulosis subcostatis utrinque subsericeis concoloribus, stipulis patentibus v. recurvatis spinescentibus persistentibus, petiolis pungentibus deciduis, pedunculis subsolitariis calycibusque subsericeo-pubescentibus.

C. Bungei. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 464. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 63.

Hab. in Sibiriae altaicae deserto „Kuraicum" dicto inque deserto edito juxta fl. Tschuja expanso! (FL. ALT.). ♄.

4. *C. frutescens* (DEC. *Prodr. II*, p, 268) foliolis bijugis approximatis obovato-cuneatis subemarginatis mucronato-pungentibus, stipulis membranaceis (v. spinescentibus), petiolis pungentibus, pedunculo solitario supra medium articulato, calyce corolla triplo breviore subpubescente v. glabro margine subvilloso.

C. frutescens. BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 924. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 265. — EICHW. *Skizze.* p. 167. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 269. — BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 61. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 218.

C. digitata. LAM. *Encycl. méth. I*, p. 616.

Robinia frutescens. L. SP. 1044. — PALL. *It. I*, p. 101. 102. 148. 153. 159. 186. 201. 207. 208. 213. 366. 405. 410; *II*, p. 11. 44. 511. 590; *III*, p. 314. 371. 504. 508. 509 513. — LEPECH. *It. I*, p. 126. 206. — PALLAS. *Fl. ross. I*, p. 69, t. 43. — FALK. *Beitr. II*, p. 225. — GÜLDENST. *It. I*, p. 93. — BÖBER in

PALL. n. nord. Beitr. VI, p. 260. — SIEVERS in PALL. n. nord. Beitr. VII, p. 261. 265. — GEORGI Beschreib. d. Russ. R. III. 4. p. 1174. — M. a BIEB. Fl. t. c. II, p. 167.
Robinia fruticosa. GEORGI. It. II, p. 715. 778. 787.
Robinia foliolis quaternatis subpetiolatis glabris, paribus conjunctis. GMELIN. Fl. sib. IV, p. 16. Nr. 20.
Aspalathus frutescens, major, latifolius, cortice aureo. AMMAN. ruth. p. 206. Nr. 283.

Hab. in Rossiae mediae parte orientali [Perm et Kasan (PALLAS), Simbirsk (PALL., LEPECH.), Orenburg (HEINZELMANN ex AMMAN., PALL., GEORGI, LEPECH., CLAUS), Saratow (GEORGI)] et australi [Podolia et gub. Cherson (BESSER, ANDRZ., EICHW.), Jekaterinoslaw (BÖBER), in deserto cumanensi (FALK), ad Tanain (GÜLDENST., HENNING) et Wolgam inferiorem (GEORGI), in deserto caspio (PALL., FALK), ad fl. Ural (PALLAS), in des. Kirghisorum (FALK)], in promontor. caucasico occidentali (M. a BIEB.) inque Sibiria [uralensi (FALK), altaica! (PALL., FL. ALT.) ad fl. Irtysch (PALLAS, FALK), in des. barabensi (FALK) et soongoro-kirghisico (KAREL. et KIRIL.), pr. Dschar-Gurban (SIEVERS), ad fl. Ob super. (J. G. GMEL.) et Tom (MESSERSCHM. ex AMMAN.) pr. Tomsk! (HELM, LESSING in herb. reg. berol.). ♄.

β. mollis: foliolis molliter subvillosis, stipulis membranaceis v. spinescentibus.
C. mollis. BESSER. Enum. p. 29. 74. Nr. 923. — EICHW. Skizze. p. 167.
C. frutescens γ. mollis. DEC. Prodr. II, p. 268.
Robinia mollis. M. a BIEB. Fl. t. c. III, p. 477.
Robinia tomentosa. FISCH. in Cat. h. gorenk. 1812, p. 71.

Hab. in Rossia australi [Podolia (M. a BIEB., ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), Cherson (M. a BIEBERST., BESSER)] et promontorio Caucasi septentrionali (M. a BIEB.). ♄.

Variat foliolorum et calycis superficie glabra et pubescenti-villosa, petiolis elongatis foliola superantibus et brevissimis, foliolorum et mucronis in illorum apice, florum et in specie calycis magnitudine ejusdumque dentibus longioribus v. brevioribus, leguminibus glabris et (immaturis saltem) sericeo-villosis. Cfr. etiam BESSER l. c. p. 74.

5. *C. grandiflora* (DEC. Prodr. II, p. 268) foliolis bijugis approximatis oblongo-cuneatis mucronato-pungentibus, stipulis petiolisque spinescentibus, pedunculis solitariis medio v. infra medium articulatis v. inarticulatis, calyce corollam dimidiam subaequante hinc basi gibbo.

C. grandiflora. C. A. MEYER. Ind. cauc. p. 140. — HOHENACK. Enum. Elisabethpol. p. 248.
Robinia grandiflora. M. a BIEB. Fl. t. c. II, p. 168; III, 478. — EICHW. casp. cauc. p. 28.

Hab. in provinciis caucasicis [promont. occident. versus fl. Kuban, alt. 500 hexap. (C. A. MEYER), Iberia! (M. a BIEB., WILHELMS), Kachetia et Somchetia (EICHW.), territorio Elisabethpol (HOHENACKER)], in littore orientali m. caspii! (KARELIN). ♄.

Florum magnitudine pollicari et calyce basi gibbo, fere in calcar producto, optime dignoscitur. — Variat leguminibus glabris et sericeo-villosis.

6. *C. pygmaea* (DEC. Prodr. II, p. 268) foliolis quaternis approximatis exacte sessilibus lineari-cuneatis apice rotundatis mucronatis, stipulis petiolisque spinescentibus persistentibus, pedunculis solitariis medio v. infra medium articulatis, calyce corolla triplo breviore glabriusculo margine villoso.

C. pygmaea. LEDEB. Fl. alt. III, p. 255. — TURCZ. Cat. Baikal. Nr. 307. — KAREL. et KIRIL. Enum. pl. Fl. alt. Nr. 219.

Robinia pygmaea. L. Sp. 1044. — Pall. *It. II*, p. 685. 687; *III*, p. 278. 317. 318. 344. — Georgi. *It. I*, p. 227. — Pallas. *Fl. ross. I*, p. 71. t. 45. — Falk. *Beitr. II*, p. 226. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 261. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1175. — Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 77? (an var. C. frutescentis?)

Robinia pedunculis simplicissimis, foliis quaternatis sessilibus. Gmelin. *Fl. sib. IV*, p. 16. Nr. 21.

Aspalathus frutescens, minor, angustifolius, cortice aureo. Amman. *ruth.* p. 204. Nr. 282. t. 35.

Hab. ad Tanain? (Henning), in Sibiria altaica! (Fl. alt.) in des. soongoro-kirghisico (Falk, Sievers, Karelin et Kirilow), ad Jeniseam (J. G. Gmelin, Pall.), transbaikalensi! (J. G. Gmelin, Pallas, Georgi, Turcz., Kruhse) et Davuria! (Turcz.). ♄.

β. arenaria (Fisch. in Dec. *Prodr. II*, p. 269) ramis junioribus pedicellis calyce duplo longioribus supra medium articulatis calycibusque dense villosis, dentibus calycibus obtusis.

Hab. in regione orientali montium altaicorum ad fl. Tschuja! (Fischer, Bunge). ♄.

An duae spec. sub hac latent?

7. *C. spinosa* (Dec. *Prodr. II*, p. 269) foliolis 2—4jugis cuneatis rotundato-mucronatis demum subglabris, stipulis spinescentibus petiolisque adultis foliolis plus duplo longioribus validis spinosis rectis persistentibus, floribus solitariis, pedunculis calyce praeter marginem villosum glabro inermi brevioribus, leguminibus glabris.

C. spinosa. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 266. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 308.

Robinia spinosa. L. *Mant.* 269. — Falk. *Beitr. II*, p. 225. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1374.

Robinia ferox. Pall. *It. III*, p. 278. 321. app. p. 752, Nr. 125, t. E. e, f. 2. 3. — Ej. *Fl. ross. I*, p. 70. t. 44.

Robinia spinosissima. Laxmann *in nov. Comment. Acad. petropol. XV*, p. 558, t. 30, f. 4.

Hab. in Sibiria altaica pr. Barnaul? (Falk), in deserto edito ad fl. Tschuja extenso!, soongoro-kirghisico (Falk) et transbaikal.! (Pall., Laxm., Turcz., Schtschukin). ♄.

8. *C. tragacanthoides* (Poir. *Encycl. méth. suppl. II*, p. 90) foliolis 2—3jugis oblongis v. ovato-cuneatis attenuato- v. rotundato-mucronatis adpresse pilosis v. niveo-tomentosis, stipulis spinescentibus petiolisque adultis foliola superantibus validis spinosis persistentibus rectis v. recurvatis, floribus solitariis, pedunculis calyce villoso brevioribus, dentibus calycinis spinulosis, leguminibus villosis.

C. tragacanthoides. Dec. *Prodr. II*, p. 269.

α. Pallasiana (Fisch. et Meyer *in Enum. pl. nov. a* clar. Schrenk *lect.* p. 75, in nota) spinis (petiolis persistentibus) validis elongatis saepe recurvatis, foliolis saepissime trijugis anguste oblongis adpresse pilosis viridibus, calycis dentibus longioribus distincte spinulosis.

Robinia tragacanthoides. Pall. *in nov. Act. Acad. petropol. X*, p. 371. t. 7. — Ej. *Astragal.* p. 115. t. 86.

Hab. in Sibiriae altaicae des. soongoro-kirghisici ad lacum, qui Noor Saisan vocatur? (Pall.) et transbaikalensi (Pall.). ♄.

β. Bongardiana (F. et M. l. c.) spinis debilioribus brevioribus rectis, foliolis 2—3-jugis oblongis sericeo-subincanis, calycis dentibus brevioribus vix mucronulatis.

C. tragacanthoides. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 267. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 5.

Robinia tragacanthoides. SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 260. 337. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1175; *Nachtr.* p. 294.

Hab. in des. soongoro-kirghisico ad lacum Noor-Saisan! (SIEVERS, MEYER et BONGARD), in regione promontorii Barchotskoi-mys (BONGARD et MEYER). ♄.

γ. *leucophylla* (F. et M. l. c.) spinis validis brevioribus recurvatis, foliolis bijugis obovato-oblongis niveo-tomentosis, calycis dentibus brevibus mucronulatis.

Hab. ad fl. Irtysch superiorem! (F. et M.). ♄.

A. genuina C. tragacanthoide prima fronte foliolis brevioribus latioribusque niveo-tomentosis differt, sed desunt characteres majoris momenti. — Spinis vix 5 lineas longis armata. Stipulae petiolo adnatae, latiores quam in forma prima atque spinula breviore armatae. Foliola 5 lin. longa, 2. lin. lata, vix majora, saepe minora, semper dense niveo-tomentosa. Calycis tubus 3 lin., dentes mucronulati vix lineam longi (in *a.* tubus 4—4½ lin., dentes 2 v. fere 3 lin. longi). Legumina calyce duplo circiter longiora, forma genuinae plantae. Corolla vix nota. F. et M. l. c.

9. *C. jubata* (POIR. *Encycl. méth. suppl. II*, p. 89) **foliolis sub5-jugis oblongis rotundato-mucronatis villoso-ciliatis, stipulis setaceis petiolisque foliola multoties superantibus subspinescentibus; adultis deflexis filiformibus persistentibus, floribus solitariis brevissime pedunculatis, calyce membranaceo villoso: dentibus villoso-ciliatis inermibus, legumine glabro.**

C. jubata. DEC. *Prodr. II*, p. 269. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 309.

Robinia jubata. PALL. *in nov. Act. Acad. petropol. X*, p. 370. t. 6. — Ej. *Astragal.* p. 113. t. 85. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1175; *Nachtr.* p. 294.

Hab. in Sibiria baikalensi (PALL.) ad fl. Irkut a pago Turan et altius!, inter Bargusin et Angaram superiorem! (TURCZ.). ♄.

226. Halimodendron. FISCHER

ex DEC. *Mém. Legum.* 283. — DEC. *Prodr. II*, p. 269. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 267. — MEISN. *gen.* p. 88. — *Comment.* p. 63. — ENDLICH. *gen.* p. 1275.

Calyx urceolato-campanulatus, breviter 5dentatus. Vexilli lamina orbiculata, demum replicata. Stamina diadelpha. Stylus filiformis, glaber. Stigma obtusum. Legumen stipitatum, inflatum, demum ovatum, oligospermum, ad suturam seminiferam depressum.

1. *H. argenteum*. DEC. *Prodr. II*, p. 269. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 267. — BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 66. — KARELIN et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 220.

Robinia Halodendron. L. *fil. Suppl.* p. 330. — PALLAS. *It. II*, p. 481. 486. 504. app. p 741, Nr. 117, t. W; *III*, p. 317. — Ej. *Fl. ross. I*, p. 46. 72. — FALK. *Beitr. II*, p. 226. — SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 312. 331. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1175. — M. a BIEBERST. *Fl. t. c. II*, p. 167.

Caragana argentea. LAM. *Encycl. méth. I*, p. 616.

Robinia foliolis quaternatis, subpetiolatis hirsutis, paribus remotis. GMELIN. *Fl. sib. IV*, p. 15. Nr. 19.

Aspalathus frutescens, latifolius, tomentosus et incanus, siliqua inflata. AMMAN. *ruth.* p. 208. Nr. 284.

Hab. in Iberiae orientalis deserto Karajoës (M. a BIEB.) et Sibiria altaica [ad fl. Irtysch a Jamyschewa fortalitio usque ad lacum Noor-Saisan! (J. G. GMELIN, PALL., BARDANES ex FALK, SIEVERS, FL. ALT., KAREL. et KIRIL.)]. ♄.

Frutex ibericus, cujus tantum ramum floribus fructibusque destitutum possideo, foliolis plus duplo angustioribus et habitu minus robusto a soongorico recedit.

227. Calophaca. Fisch.

ex Dec. *Prodr. II*, p. 270. — Meisn. *gen.* p. 88. — *Comment.* p. 63. — Endlicher *gen.* p. 1276.

Calyx urceolato-campanulatus, 5fidus: laciniis acuminatis; 2 supremis approximatis. Stamina diadelpha. Stylus filiformi-subulatus; basi villoso-hirsutus, rectus; apice incurvus, glaber. Stigma terminale. Legumen sessile, oblongum, subcylindricum, oligospermum, extus pilis, aliis mollibus, aliis rigidis glanduliferis vestitum.

1. *C. wolgarica* (Fisch. ex Dec. l. c.) pube patula villosa setisque glandulosis aspera.

C. wolgarica. Claus *Ind. des in* Göbel. *It. II*, p. 269. — Fischer et Meyer in Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 74, in nota.
Cytisus wolgaricus. L. *fil. Suppl.* 327.
Cytisus nigricans. Pall. *It. III*, p. 636. 654. 681. app. p. 754, Nr. 128, t. G. g, f. 3. A. — Falk. *Beitr. II*, p. 225.
Cytisus pinnatus. Pallas. *Fl. ross. I*, p. 73. t. 47. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1173.
Cytisus. Pall. *It. III*, p. 580. 597.
Colutea wolgarica. Lam. ex Dec.

Hab. in Rossia austr. [inter Tanain et Wolgam et ad Wolgam pr. Zarizyn (Pallas), Sysran (Falk) et Sarepta! (Pall., Claus), in deserto caspio ad lacum salsum Elton (Pall.)]. ♄.

2. *C. Hovenii* (Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 74) eglandulosa, pube incumbente subsericea.

C. soongorica. Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 221. — Fischer et Meyer. *Ind. VIII. sem. h. petropol.* p. 3.

Hab. in deserti soongoro-kirghisici campis ad fl. Ajagus! (Schrenk), ad fl. Uldschar circa mont. Tarbagatai (Karel. et Kiril.). ♄.

Affinis C. wolgaricae et habitu, stipulis, foliis, inflorescentia atque floribus cum illa convenit, distincta tamen indumento incumbente subsericeo et praesertim defectu absoluto setarum glanduliferarum, quibus in C. wolgarica folia, inflorescentia, calyces, legumina atque styli obtecti sunt. Flores speciosi, aurei: vexillo dorso sericeo. Schrenk l. c.

Differt a C. wolgarica pedunculis calycibusque velutinis eglandulosis; praeterea bracteolae calyce adnatae latiores et breviores quam in C. wolgarica. — Species recognoscenda! Karel. et Kiril. l. c.

228. Colutea. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 270. — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 190. — Meisn. *gen.* p. 88. — *Comment.* p. 63. — Endlicher *gen.* p. 1276.

Calyx urceolato-campanulatus, 5dentatus: dentibus superioribus parum brevioribus. Vexillum explanatum, basi bicallosum. Stamina diadelpha. Stylus latere interiore planus, a basi ad apicem utrinque longitudinaliter dense ciliatus, apice uncinatus, in flexura apicis stigma ovatum gerens. Legumen stipitatum, cymbiformi-ovatum, inflatum, scariosum, polyspermum.

1. *C. arborescens* (L. Sp. 1045) foliolis ellipticis retusis, vexilli gibbis abbreviatis, leguminibus clausis.

C. arborescens. Dec. *Astragal.* p. 40. Nr. 1. — Ej. *Prodr. II*, p. 270. — Güldenst. *It. I*, p. 253. 423. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1176. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 168. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Kachetia (Güldenstädt), provinc. Karabagh! (Hohenack.)]. ♄.

2. *C. cruenta* (Ait. *h. kew. III*, p. 55) foliolis obovatis retusis glaucis, vexilli gibbis obtusis minimis, leguminibus apice hiantibus.

C. cruenta. Dec. *Astragal.* p. 42. Nr. 3. — Ej. *Prodr. II*, p. 270. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 169. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22.

C. sanguinea. Pall. *Fl. ross. II*, p. 88. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1176.

C. orientalis. Lam. *Encycl. méth. I*, p. 353. — Pers. *Syn. I*, p. 312.

Hab. in Tauria (Pall.) et provinciis caucasicis [Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms, Eichw.), Mingrelia (Eichw.) et Somchetia! (Hohenack. *pl. exs.*)]. ♄.

Quid?: *C. frutescens.* Georgi *Beschreib. d Russ. R. III.* 4. p. 1176. — Ad Sok fl. in Wolgam defluentem (Pall. ex Georgi). — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1140, citat Pall. *It. I*, p. 101, qui vero nullibi in Itiner. hanc plantam commemorat.

229. Sphaerophysa. Dec.

Mém. Legum. p. 288. — Ej. *Prodr. II*, p. 270. — Ledeb. *Fl. alt. IV*, p. 336 (ubi errore typographico legumen biloculare dicitur). — Meisn. *gen.* p. 88. — *Comment.* p. 63. — Endlicher *gen.* p. 1277.

Calyx campanulatus, 5dentatus. Vexillum explanatum. Carina obtusa. Stamina diadelpha. Stylus latere inferiore (praesertim apicem versus) barbatus. Legumen stipitatum, inflatum, sphaericum, stylo mucronatum, uniloculare, polyspermum.

1. *S. salsula* (Dec. *Prodr. II*, p. 271) caule erecto subincano, foliolis 6—9jugis oblongo-ellipticis basi subattenuatis retusis mucronatis supra glabris subtus setis adpressis, subincanis.

S. salsula. Ledeb. *Fl. alt. IV*, p. 336. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 310. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 67. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 222.

Phaca salsula. Pall. *It. III*, p. 216. 425. app. p. 747, Nr. 115, t. B. b, f. 1. 2. — Dec. *Astragal.* p. 50. Nr. 6. — Georgi *Beschreib. d. Russ. Reichs III.* 4. p. 1182.

Phaca physodes. Pall. *It. III*, p. 321?

Hab. in Sibiriae altaicae des. soongoro-kirghisico! ad fl. Bukan (Bongard et Meyer), inter Kokbekty et m. Tarbagatai (Karel. et Kiril.) inque salsis Davuriae ad lacum Tarei! (Pall., Turcz.) et in valle Urulungui (Turcz.). ♃.

2. *S. caspica* (Dec. *Prodr. II*, p. 271) caule erecto foliisque adpresse pubescentibus, foliolis sub8jugis ovalibus obtusis mucronatis.

Colutea caspica. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 169; *III*, p. 478.

Phaca salsula. M. a Bieb. *casp.* 210.

Hab. in planitiebus inter Caucasum orientalem et mare caspium, ad torrentam Samur (M. a Bieb.).

Clar. Steven pro varietate antecedentis habet. (Dec. l. c.).

230. Eremosparton. Fisch. et Meyer.

in Enum. pl. nov. a clar. Schrenk. *lect.* p. 75. — Endlich. *gen. suppl. II*, p. 109.

Calyx 5dentatus, basi bibracteolatus. Vexillum explanatum. Carina obtusa. Stamina diadelpha. Stylus apice hinc barbatus. Legumen intra calycem sessile, turgidum, ovatum, stylo mucronatum, uniloculare, mono- v. dispermum.

1. *E. aphyllum.* F. et M. l. c. p. 76.

Spartium aphyllum. Pall. *It. III*, p. 541. app. p. 742, Nr. 106, t. V, f. 2. a. b. — L. *fil. Suppl.* 320. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1160. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 263.

Genista aphylla. Dec. *Prodr. II*, p. 149.

Genista virgata. Lam. *Encycl. méth. II*, p. 616.

Hab. in arena mobili collium Naryn et Saskol des. caspii! (Pallas), in collibus arenosis ripae sinistrae fl. Achtuba, 40 stadia rossica (Werst) supra pagum Selitrenoi (Claus), in des. soongoro-kirghisico versus lacum Balchasch! (Schrenk). ♃.

Herba perennis, ramosissima, scopis similis, exstipulata, vere aphylla!, foliorum loco, ad basin ramorum atque ramulorum, squama oblonga sessili, squamis intimis Sphaerophysae simillima; rami tenues, juncei; racemi elongati, axillares; flores parvi, violacei; legumina supra torum sessilia, membranacea, turgida, subovata, mucronata, oligosperma. F. et M. l. c.

Subtribus IV. Astragaleae. Dec. *Prodr. II, p. 273.*

Legumen sutura inferiore introflexa longitudinaliter biloculare v. semibiloculare, v. sutura superiore impressa. Stamina diadelpha. — Caules herbacei aut suffrutescentes. Folia pinnata; primordialia alterna.

231. Phaca. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 273. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 268. — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 213. — Meisner *gen.* p. 90. — *Comment.* p. 63. — Endlicher *gen.* p. 1277.

Calyx 5dentatus: dentibus 2 superioribus remotioribus. Carina obtusa, mutica. Stamina diadelpha. Stylus glaber. Stigma capitatum. Legumen in calyce longius v. brevius stipitatum, inflatum, uniloculare: sutura superiore seminifera saepe impressa.

1. *P. frigida* (L. *Syst. nat.* ed. 10. p. 1173) caule erecto glabro simplici, stipulis ovato-oblongis subfoliaceis, foliolis 7—15 ovato-ellipticis subtus margineque parce pilosis, pedunculis folio longioribus, leguminibus stipitatis oblongis; junioribus dense nigro-pilosis.

P. frigida. Dec. *Astragal.* p. 46. Nr. 2. — Ej. *Prodr. II*, p. 273. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 188. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 67. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 268. — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 545. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 290. — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 122. — Hooker. *Fl. bor. am. I*, p. 140. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 265. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 311. — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 344.

α. demissa: caule 6—7pollicari, foliolis 7—11, dentibus calycinis abbreviatis,

leguminibus dense calycibusque parce nigro-pilosis, leguminum stipite calycem superante. — Var. *γ. littoralis.* Hook. l. c.

β. exaltata: caule 1—2pedali, foliolis 11—15, dentibus calycinis abbreviatis, leguminibus junioribus dense calycibusque parce nigro-pilosis, leguminum stipite calycem subsuperante. — Bunge. *Enum. alt.* p. 64.

γ. parviflora: caule 8—12pollicari, foliolis 5—11, floribus minoribus, dentibus calycinis subabbreviatis, leguminibus junioribus dense calycibusque margine nigro-pilosis caeterum subglabris, leguminum stipite calycem subaequante.

P. parviflora. Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. 1840.* p. 66.

δ. brevipes: caule 4—9pollicari, foliolis 5—9, dentibus calycinis trientem tubi subaequantibus, leguminibus junioribus densissime calycibusque parcius nigro-pilosis, leguminum stipite calycem dimidium subaequante.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola! (Fellmann), Lapponia! (Wahlenberg, Prytz., Fellmann), terra Samojedarum reg. arctica (Schrenk *in litt.*)] et Sibiria [altaica! (Fl. alt.), baikalensi! (Turcz.)], Davuria! (Turcz.), terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii (Chamisso) inque Americae arcticae Cap Lisburne (Beechey ex Hooker et Arnot); var. *γ.* in Sibiria orientali inter Aldan et Ochotzk! (Turcz.). ♃.

2. *P. abbreviata* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 268. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 330) pilosa; adulta glabrior, caule erecto (plerumque) simplici, stipulis lanceolato-linearibus reflexis membranaceis, foliolis 19—25 oblongis utrinque rotundatis mucronatis, pedunculis folio longioribus, floribus numerosis in racemum abbreviatum condensatis, calyce corollam dimidiam superante, leguminibus semiovatis; junioribus dense pilosis; adultis pilosiusculis, stipite calycem subaequantibus.

Hab. in mont. altaicorum subalpinis circa ostium fl. Abai a meridie in fl. Koksun influentis! (Fl. alt.). ♃.

Subsequenti affinis, pluribus vero notis diversa videtur. Caules altiores (plerumque bipedales) simplices vel rarissime apicem versus ramo uno alterove aucti. Flores numerosiores in racemum breviorem condensati. Calyx ratione corollae longior, illius dimidiam nempe superans, nec illa plus duplo brevior. Leguminum stipes calycem subaequans.

3. *P. alpina* (Wulfen in Jacq. *Miscell. II*, p. 93) pilosa, caule erecto ramoso, stipulis lineari-lanceolatis ovatisve submembranaceis, foliolis 19—25 oblongis mucronatis, pedunculis folium aequantibus v. subsuperantibus, floribus 6—12 in racemum laxiusculum dispositis, corolla calycem plus duplo superante, leguminibus semiovatis; junioribus dense pilosis; adultioribus glabriusculis, stipite calycem superante.

P. alpina. Dec. *Astragal.* p. 47. Nr. 3. — Ej. *Prodr. II*, p. 273. — Pallas. *It. III*, p. 34. 245. 316. — Georgi *It. I*, p. 226; *II*, p. 719. — Falk. *Beitr. II*, p. 227? — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1182. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 312 *).

P. membranacea. Fisch. ex Dec. l. c.

P. leguminibus pendulis semiovatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 35, Nr. 48, t. 14.

---

*) Subjungam hic diagnosin speciei novae, quae nondum intra limites imperii rossici, sed in montosis lepidosis Mongoliae chinensis finitimae observata est:

P. macrostachys (Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc.* 1840 p. 66) caule erecto ramoso glabriusculo, stipulis lanceolatis, foliolis 7—12jugis ovalibus oblongisve obtusis aut emarginatis pubescentibus, racemis elongatis rarifloris, leguminibus obovato-oblongis acutis glaberrimis stipitatis: stipite calycem duplo excedente.

Habitus P. alpinae, a qua praeter inflorescentiam distinguitur stipulis quidquid latioribus et brevioribus, dentibus calycinis inferioribus productioribus, stipite leguminis longiore (qui in P. alpina calyce vix sesquilongior), praesertim vero ovario in alabastro jam glaberrimo. Turcz. l. c.

Astragaloides elatior, erecta, Viciae foliis, floribus luteis, siliquis pendulis. AMMAN. *ruth.* p. 111. Nr. 148.

β. velutina (TURCZ. l. c.) prostrata, tota albo-villosa, foliolis ovatis ellipticisve, stipulis inferioribus ovatis praeter marginem albo-villosum glabriusculis.

Hab. in Sibiria [arctica ad sinum karicum m. glacialis (SUJEF ex PALLAS), uralensi (GEORGI, FALK), altaica: des. barab.? (FALK), baikalensi! (S. G. GMEL., GEORGI, TURCZ., SCHTSCHUKIN) et orientali inter Jakutzk et Ochotzk (STELLER ex GMEL.)] inque Davuria! (PALL., TURCZ., FRISCH *pl. exs.*), — var. *β.* in arenosis ad Baikalem! pr. thermas turkenses, ostium fl. Bargusin etc. (TURCZ.). ♃.

4. *P. trigonocarpa* (TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 313) glaberrima, caule erecto, stipulis ovatis, foliis 4—6jugis cum impari, foliolis ellipticis, pedunculis fructiferis folio pluries longioribus, alis . . ., carina . . ., leguminibus in racemo elongato laxo distantibus elliptico-oblongis glabris trigonis ad suturam superiorem compressis stipitatis: stipite calycem superante.

Hab. in Sibiria baikalensi ad fl. Bargusin! (TURCZ.). ♃.

An forma gigantea subsequentis? — Caulis pedalis. — Vidi tantum specimen unicum fructiferum a clar. auctore benevole mecum communicatum.

5. *P. australis* (L. *Mant.* p. 103) caule diffuso, stipulis ovatis, foliis subquinquejugis, foliolis oblongo-lanceolatis ovalibusque, alis emarginatis bifidisve, carina vexillo multo breviore, leguminibus elliptico-oblongis glabris stipitatis: stipite calycem superante.

P. australis. DEC. *Astragal.* p. 51. Nr. 8. — Ej. *Prodr. II,* p. 274 (excl. var. *β.*). — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 314 (non FL. ALT.).

Ph. australis var. altaica. CHAMISSO *in Linnaea VI,* p. 546?

P. atrata. TURCZ. l. c. Nr. 315 (var. calyce dense nigro-piloso, mon. cl. auct. in litt.).

Hab. in Sibiriae baikalensis rupestribus ins. Olchon! inque alpibus Davuriae; — var. in rupibus alpis Nuchu-Daban! (TURCZ.), in Sibiria orientali? (REDOWSKI ex CHAMISSO). ♃.

6. *P. arenaria* (PALL. *It. III.* app. p. 748, Nr. 116, t. C. c. f. 1. 2) caule adscendente simplici, stipulis membranaceis concretis, foliolis 4—7jugis cum impari lineari-lanceolatis, pedunculis fructiferis folio subduplo longioribus, leguminibus inflatis subglobosis glabris stipitatis: stipite calycem subaequante.

P. arenaria. DEC. *Astragal.* p. 49. Nr. 5. — Ej. *Prodr. II,* p. 275. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 316.

Hab. in Sibiria transbaikalensi! (TURCZ.) ad Udam inque insulis Selengae et Baikalis (PALL.). ♃.

β. sericea (TURCZ. l. c.). — In rupibus ad ostium fl. Buguldaicha! (TURCZ.).

Leguminum forma variare videtur ex icone Pallasiana, figura altera obovata, altera globosa repraesentante.

Quid?: *Phaca sibirica.* PALL. *It. II,* p. 244. — In Sibiria uralensi od rivulum Wagran (PALL.).

232. Oxytropis. DEC.

Astragal. ed. maj. Nr. 14. p 19. 53. — Ej. *Prodr. II*, p. 275. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 272. — KOCH. *Deutschl. Fl. V*, p. 219. — MEISN. *gen.* p. 90. — *Comment.* p. 64. — ENDLICHER *gen.* p. 1277.

Calyx 5dentatus: dentibus 2 superioribus remotioribus. Carina summo dorso in mucronem exsertum desinens. Stamina diadelpha.

Stigma obtusum v. subcapitatum. Legumen sutura superiore seminifera introflexa incomplete v. fere complete biloculare.

Dispositio specierum:

§. 1. Foliolis verticillatis aut subverticillatis. Sp. 1—18.
§. 2. Foliolis conjugatis.
† Petiolis indurato-persistentibus, spinosis aut inermibus. Sp. 19—22.
†† Petiolis herbaceis, inermibus, subdeciduis.
a. Caulescentes. Stipulae basi tantum petiolo adnatae v. omnino liberae, caulinae. Sp. 23—28.
b. Subacaules. Stipulae basi petiolo adnatae. Sp. 29—30.
c. Caulescentes. Stipulae fere ad medium usque petiolo adnatae. Sp. 31—34.
d. Acaules v. subacaules. Stipulae fere ad medium usque petiolo adnatae. Sp. 35—61.

§. 1. Foliolis verticillatis aut subverticillatis.

1. *O. physocarpa* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 272. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 381) caule fruticoso ramosissimo, foliolis quaternis oblongis linearibusve minutis margine ciliatis versus apicem barbatis, petiolis subpersistentibus, racemo brevissimo subtrifloro, pedunculis axillaribus folio subbrevioribus demum elongatis, bracteis pedicello plus duplo longioribus calyce villosiusculo brevioribus, leguminibus inflatis muricatis rostratis: rostro deorsum curvato.

O. physocarpa. Bunge. *Enum. alt.* p. 64.

Hab. in Sibiria altaica in lapidosis asperis summae alpis ad fl. Tschuja contra ostium fl. Tschegan! (Fl. alt.). ♄.

2. *O. microphylla* (Dec. *Astragal.* p. 67. Nr. 20) acaulis, foliolis conjugatis subverticillatisve 3 v. 4 ellipticis obtusis supra glabris subtus margineque piloso-hirtis, scapis folia superantibus, racemo oblongo-cylindraceo laxo, bracteis pedicello plus duplo longioribus, calyce verruculoso-muricato glabriusculo (dentibus pilosis) bracteam duplo longiore, leguminibus subcylindricis dense verrucoso-muricatis rostratis: rostro laeviusculo compresso supra carinato.

O. microphylla. Dec. *Prodr. II*, p. 279. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 334.
Phaca microphylla. Linn. *fil. Suppl.* p. 337. — Pall. *It. III.* app. p. 744, Nr. 110, t. X, f. 1.
Phaca olchonensis. Georgi *herb.* ex Pall.
Astragalus microphyllus. Pall. *Astragal.* p. 92, Nr. 98, t. 76.
Astragalus polyphyllus. Willd. *Sp. pl. III*, p. 1300.
Astragalus diphyllus. Lam. *Encycl. méth. I.* p. 330.

Hab. in Sibiria baikalensi in insulis arenosis fl. Selenga et lac. Baikal (Pallas), in campo „Kossaja Step“ dicto non procul ab insula Olchon! (Turcz.). ♃.

3. *O. heterotricha* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 332) subacaulis dense pilosa: pilis longis patentibus foliolis quaternis oblongis obtusis v. acutiusculis, scapis demum folio subsuperantibus, racemo paucifloro, bracteis calycis tubum subaequantibus v. brevioribus, leguminibus nigricantibus ovato-oblongis albo-nigroque pilosis sensim attenuatis in rostrum adscendens stylo apice deorsum uncinato-terminatum.

Hab. in Sibir. baikal. alpe Kawokta! (Turcz.). ♃. — Vidi specimina fructifera.

A subsequente differt, praeter staturam multo minorem, superficie undique pilis longis patentibus obtecta, racemo paucifloro, qui in Baicalia est multiflorus confertus et praesertim leguminibus, quae in Baicalia breviora albicantia pilis brevibus obtecta et abrupte in rostrum

descendens attenuata sunt. Foliola insuper in O. heterotricha semper verticillata quaterna, in O. Baicalia saepius conjugata reperiuntur.

4. *O. Baicalia* (Pers. *Syn. II*, p. 333) acaulis subsericea: pilis plurimis adpressis paucis patulis intermixtis, foliolis subverticillatis 3 v. 4 conjugatisve ovato-oblongis acutis, scapis folia superantibus, racemo oblongo: floribus inferioribus remotiusculis, bracteis calycis tubo brevioribus, leguminibus albicantibus ovatis pilis brevibus adspersis attenuatis in rostrum recurvatum stylo apice deorsum refracto uncinato terminatum.

O. Baicalia. Dec. *Prodr. II*, p. 279. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 333.
Astragalus Baicalia. Pall. *Astragal.* p. 93, Nr. 99, t. 77, f. 1.
Astragalus pedunculis radicatis, foliolis quaternis et quinis radiatim caulem amplexantibus, floribus ochroleucis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 62. Nr. 79? (Gmel. hic plures species confudisse videtur.)
Hab. in Sibiria baikalensi in arenosis ad fl. Irkut! et alibi (Turcz.), in transbaikalensi (Turcz.) ab ostio fl. Buguldeicha usque ad Bargusinsk (Steller ex Gmel. et Pall.). ♃.

5. *O. sylvatica* (Dec. *Astragal.* p. 65. Nr. 18) acaulis hirsuta: pilis longis patentibus, foliolis subverticillatis 3 v. 4 conjugatisve ovato-ellipticis acutis, scapis folia superantibus, racemo demum elongato cylindraceo, bracteis calycem superantibus, leguminibus oblique ovato-orbiculatis subinflatis compressis albo-pilosis calyce vix longioribus rostro terminatis extus spectante apice recto: stylo basi refracto deinde erecto demum deciduo.

O. sylvatica. Dec. *Prodr. II*, p. 277. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 322.
Astragalus sylvaticus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1300.
Astragalus sylvicolus. Pall. *Astragal.* p. 95, Nr. 101, t. 78.
Phaca sylvatica. Pall. *It. III*. app. p. 744, Nr. 109, t. W, f. 2. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III*. 4. p. 1183.
Phaca species foliis latissimis. Pall. *It. III*, p. 253.
Hab. in pratis Sibiriae transbaikalensis et Davuriae! (Turcz., Schtschukin), in pinetis Davuriae et ad sylvarum margines (Pall.). ♃.

Leguminum parvitate, bractearum longitudine, foliolorum latitudine et indumenti indole optime ab antecedente discernenda.

6. *O. verticillaris* (Dec. *Astragal.* p. 71. Nr. 25, excl. synon.) acaulis, foliolis verticillatis 4—6 elliptico-oblongis acutis subsericeis, scapis folia superantibus pilis patentibus hirsutis demum glabriusculis, racemo demum cylindraceo, bracteis calycem subaequantibus, leguminibus ovatis inflatis subcompressis pilis longis albis et brevibus nigris obtectis calyce sesqui longioribus rostro terminatis extus spectante in stylum basi deorsum deinde sursum curvatum persistentem attenuato.

O. verticillaris. Dec. *Prodr. II*, p. 279, excl. synon.
Astragalus verticillaris. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1185.
Astragalus sylvaticus. Willd. *herb.* Nr. 14,064 (non Spec. pl.).
Hab. in Sibiria (Dec.) baikalensi!? (Turcz.), in pinetis Davuriae! (herb. Willd.). ♃.

Differt ab antecedente foliolis omnibus verticillatis quaternis—senis, nec conjugatis et insuper leguminum duplo majorum forma stylique directione.

Specimina a clar. Turcz. mecum communicata variae magnitudinis, plus minus sericea, fructibus destituta, hujus esse speciei vix dubitarem.

Linnaeus sub nomine Astragali verticillaris plures species conjunxisse videtur.

7. *O. oxyphylla* (Dec. *Astragal.* p. 67. Nr. 21) acaulis, foliolis verticillatis 4—6 lineari-lanceolatis acutis subsericeis, petiolis scapisque folia superantibus pilosis: pilis longis patentissimis, spica subglobosa v. cylindracea, bracteis calycis tubo brevioribus, leguminibus ovatis inflatis pilis longis albis et paucis nigris brevioribus obtectis calyce sesqui longioribus rostro terminatis extus spectante in stylum basi deorsum deinde sursum curvatum persistentem attenuato.

O. oxyphylla. Dec. *Prodr. II*, p. 279. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 339.
Astragalus oxyphyllus. Pall. *Astragal.* p. 90, Nr. 96, t. 74. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1301.
Phaca oxyphylla. Pall. *It. III.* app. p. 743, Nr. 108, t. X, f. 2. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174.
Astragaloides incana, non ramosa, floribus carneis. Amman. *ruth.* t. 19, f. 2. 2. A. B. C. (excl. descript. sub. Nr. 150).

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Tigeräk (Schangin ex Pall.: var. minuta; — nobis non obvia fuit.), in deserto soongoro-kirghisico ad Dschar-gurban (Sievers ex Pall. *Astragal.* p. 94), ad Jeniseam superiorem (Pallas), inque regione transbaikalensi! et Davuria! (Pall., Sievers, Turcz., Schtschukin). ♃.

Ab antecedente, cui maxime affinis, foliolis angustioribus, petiolis et scapis pilis patentissimis longioribus crebrioribusque obsitis et bracteis brevioribus dignoscenda.

8. *O. brevifolia* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 338).

Hab. in Sibiria transbaikalensi (Turcz.). ♃.

Species mihi ignota, a clar. auct. inter O. oxyphyllam et myriophyllam collocata.

9. *O. myriophylla* (Dec. *Astragal.* p. 70. Nr. 24) acaulis pilis longis patentissimis obtecta, foliolis verticillatis 4—6 pluribusve linearibus subulatis, scapis folia superantibus, spicis oblongis demum elongatis: floribus inferioribus subremotis, bracteis calycis tubo brevioribus, leguminibus villosis subcylindraceis rectis attenuatis in rostrum longum rectum stylo apice recurvato subdeciduo terminatum.

O. myriophylla. Dec. *Prodr. II*, p. 279. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 337.
Astragalus myriophyllus. Pall. *Astragal.* p. 87, Nr. 93, t. 71. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1299.
Astragalus verticillatus. Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174? — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1185.
Phaca myriophylla. Pall. *It. III.* app. p. 745, Nr. 112, t. Z. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1182.
Phaca sibirica. Pall. *It. III*, p. 245. 321.
Astragalus pedunculis radicatis, foliolis linearibus quaternis et quinis radiatim caulem amplectantibus, floribus laxis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 63. Nr. 80.
Astragaloides incana, non ramosa, floribus carneis. Amman. *ruth.* p. 113. Nr. 150 (excl. icone).

Hab. in pinetis Sibiriae transbaikalensis! (J. G. Gmel., Turcz.) ad Selengam (Pall., Sievers) et Davuria! (Pall., Turcz.). ♃.

10. *O. muricata* (Dec. *Astragal.* p. 69. Nr. 23) acaulis, foliolis subverticillatis 4—6 lineari-oblongis obtusiusculis subtus glandulosis, rachi cum scapis et calycibus leguminibusque glanduloso-tuberculatis, scapis folia subaequantibus sulcatis, spicis ovato-oblongis, bracteis calyce

longioribus, leguminibus cylindraceis sensim attenuatis in rostrum stylo uncinato terminatum.

O. muricata. Dec. *Prodr. II*, p. 280. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 340.
Astragalus muricatus. Pall. *Astragal.* p. 89, Nr. 95, t. 73. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1300.
Phaca muricata. Pall. *It. III*, p. 318. 331. 346. app. p. 746, Nr. 113, t. A. a, f. 1. 1. A. — Georgi. *It. I*, p. 226. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1182.

Hab. in Sibiria altaica inter fl. Yjus et Jenisei (Pall.), baikalensi (Pall.) in campis Mondae ad fl. Irkut! et transbaikalensi! (Turcz.). ♃.

Legumina ex descriptione et icone Pallasianis arcuata, in speciminibus a cl. Turczaninow mecum communicatis recta sunt. Folia juniora subinde pilosa. Flores ochroleuci.

11. *O. glandulosa* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 341) acaulis, foliolis subverticillatis 4—6 lineari-oblongis obtusiusculis subtus cum rachi et scapis calycibusque glanduloso-tuberculatis, scapis folia subaequantibus, spicis ovato-oblongis, bracteis calycis tubo brevioribus, leguminibus pilosis.

Hab. in deserto chorinensi Sibiriae transbaikalensis! (Turcz.). ♃. — Vidi tantum specimen unicum floriferum.

Variat floribus intense caeruleis et pallidis (Turcz. *in litt.*).

12. *O. prostrata* (Dec. *Astragal.* p. 68. Nr. 22) acaulis, foliolis verticillatis subquaternis oblongo-linearibus obtusiusculis supra glabris margine et subtus cum rachi et scapis adscendentibus folia superantibus pilosis: pilis plerisque adpressis, racemo ovato, floribus breve pedicellatis remotiusculis, bracteis ovato-oblongis ciliatis calyce albo-piloso subduplo brevioribus, germinibus ovato-cylindraceis longe rostratis glaberrimis, leguminibus . . . .

O. prostrata. Dec. *Prodr. II*, p. 279. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 336.
Astragalus prostratus. Poir. *Encycl. méth. Suppl. I*, p. 529.
Astragalus daguricus. Pall. *Astragal.* p. 88, Nr. 94, t. 72.
Astragalus dalguricus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1301.
Phaca prostrata. L. *fil. Suppl.* p. 336. — Pallas. *It. III*, p. 215. 318. 331. app. p. 744, Nr. 111, t. X, f. 2. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1182.

Hab. in Davuria ad lacum salsum Tarei! (Pall., Turcz). ♃.

13. *O. lanata* (Dec. *Astragal.* p. 72. Nr. 26) lanato-sericea subcaulescens: caule basi perennante, foliolis verticillatis 4—6 oblongo-linearibus obtusiusculis, scapis folio longioribus, racemo paucifloro subcapitato vel oblongo, bracteis oblongis sericeis pedicello duplo longioribus calyce subtriplo brevioribus, leguminibus ovatis turgidis lanato-villosissimis calyce sesquilongioribus attenuatis in rostrum breve, stylo deflexo rostrum 3—4plove superante.

O. lanata. Dec. *Prodr. II*, p. 279. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 335.
Astragalus dasyphyllus. Pall. *Astragal.* p. 91. Nr. 97, t. 75. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1298.
Phaca lanata Pall. *It. III*, p. 321. app. p. 746. Nr. 114, t. A. a, f. 2. 2. B. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174.
Phaca tomentosa. Georgi. *It. I*, p. 226.
Phaca sibirica. L. *fil. Suppl.* p. 326. — Georgi. *It. I.* p. 226. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174. — Georgi *Beschr. d. Russ R. III.* 4. p. 1182.
Astragalus radicibus caulescentibus, foliolis quaternis et quinis caulem radiatim cingentibus. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 63. Nr. 81.

Astragaloides hirsuta minor, non ramosa, floribus purpurascentibus. Amman. *ruth.* p. 111, Nr. 149, t. 19, f. 1.

Hab. in Sibiria baikalensi (Georgi) et transbaikalensi! (J. G. Gmelin, Turcz.) ad Selengam (Pallas, Sievers) pr. Werchne-Udinsk! (Schtschukin) inque Davuria! (Pall., Turcz.). ♃.

14. *O. oligantha* (Bunge. *Enum. alt.* p. 64) acaulis, foliolis verticillatis subquaternis (v. senis) oblongis sericeis, scapis albo-villosis folio longioribus, racemo brevissimo subumbelliformi sub 3 (—6-) floro, bracteis lanceolato-linearibus calyce albo-nigroque villoso subduplo brevioribus, leguminibus ovato-oblongis turgidis villosis calyce duplo longioribus attenuatis in rostrum mediocre, stylo rostro breviore.

Hab. in Sibiriae altaicae summis alpibus ad Tschujae mediae ripam dextram! (Bunge). ♃.

Ab O. lanata diversissima defectu caulis elongati, foliolis longe brevioribus et pro longitudine latioribus, floribus duplo fere minoribus saturate caeruleis et inprimis leguminibus angustioribus villo parciore obtectis in rostrum magis elongatum attenuatis, stylo multo breviore terminatis.

15. *O. pumila* (Fischer ex Dec. *Prodr. II*, p. 279; non Fl. alt.) acaulis patenter sericeo-villosa, foliolis verticillatis 4 v. 5 lineari-oblongis acutiusculis, scapis adscendentibus folio longioribus petiolisque subpersistentibus, stipulis albo-membranaceis latissimis longe ciliatis, caeterum glabris, spica ovato-subglobosa densa, bracteis lanceolato-linearibus membranaceis calyce brevioribus, leguminibus ovatis inflatis molliter albo-villosis mucronato-rostratis, stylo rostrum superante.

O. pumila. Bunge. *Enum. alt.* p. 65.
O. inaria. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 273 (non Dec. — excl. quoque reliquis synon. (praeter Ledeb. Ic.) et patria, „ad fl. Inja et Tigeräk"). — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 457.

Hab. in Sibiriae altaicae apricis ad fl. Tschuja et in insulis subulosis ejusdem flurii versus ostium fl. Tschagan! (Fl. alt.). ♃.

16. *O. inaria* (Dec. *Prodr. II*, p. 279; non Fl. alt.) acaulis, foliolis subverticillatis 3—4 (—6 ex Ic. Pall.) sublinearibus acutis parce adpresse pubescentibus, scapo (subsolitario Pall.) erecto strictissimo folia subaequante, stipulis pilosis subrufescentibus, spica ovata densa 5- (raro 10-) flora, bracteis scaphoideo-subulatis calyce pubescente sublongioribus, leguminibus . . . .

O. inaria. Bunge. *Enum. alt* p. 65.
Astragalus Inarius. Pall. *Astragal.* p. 94, Nr. 100, t. 77, f. 2.
Astragalus linearius. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1302.

Hab. in Sibiriae altaicae apricis montanis ad fl. Inia in vicinia fortalitii Tigeräk (Schangin ex Pall.), in monte Inskaja Gora (Bunge). ♃.

Longe differt a praecedente; foliis elongatis, foliolis linearibus densioribus numerosioribus parcius et adpresse pubescentibus viridibus, scapo erecto strictissimo, aliisque notis distincta. Bunge l. c.

17. *O. subverticillaris* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 274) caule fruticoso ramoso brevissimo, foliolis conjugatis v. verticillatis quaternis ellipticis utrinque sericeis, petiolis indurato-persistentibus, pedunculis axillaribus trifloris calyce patenter villoso brevioribus, bracteis oblongo-linearibus pedicello duplo longioribus, germinibus pubescentibus, leguminibus . . .

O. subverticillaris. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 292.

Hab. in deserto soongoro-kirghisico inter montes Kent et Ku! (FL. ALT.). ♄.

Caule lignoso crasso brevi, petiolis indurato-persistentibus, pedunculis brevissimis unacum floribus folia brevia paucijugata subaequantibus ab omnibus reliquis speciebus distinctissima.

18. *O. stenophylla* (BUNGE. *Enum. alt.* p. 65) acaulis, foliolis subnovenis sericeis supra demum glabris oblongo-linearibus conjugatis v. (rarius) verticillatis 3—4, scapis abbreviatis albo-villosis una cum floribus folia vix aequantibus, bracteis ovatis v. ovato-oblongis calycibusque illis plus duplo longioribus albo-villosis, leguminibus ovatis turgidis undique pilis longissimis densissime obtectis mucronato-rostratis, stylo rostrum ter quaterve superante.

O. pumila. LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 275 (non DEC.). — Ej. *Icon. pl. Fl. ross.* t. 315.

Hab. in Sibiriae altaicae rupestribus apricis ad fl. Tscharysch et Kan! (FL. ALT.). ♃.

Ab O. leptophylla, cui ex habitu proxima est, praeter foliola verticillata (si adsunt), diversa: pilis scaporum et calycum multo longioribus densioribus patentibus, qui in O. leptophylla breves et subadpressi tenue tantum indumentum formant et praesertim leguminibus, quae in O. leptophylla triplo majora inflato-subglobosa oblique mucronato-rostrata et pube tenui obtecta sunt.

O. ampullata dignoscitur superficie tota sericeo-villosa, foliolis multoties latioribus brevioribus oblongo-ellipticis, leguminibus 4—6tuplo majoribus inflatis ovato-subglobosis oblique rostratis molliter villosis.

§. 2. *Foliolis conjugatis.*

† Petiolis indurato-persistentibus, spinosis aut inermibus.

19. *O. polyphylla* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 277) caule fruticoso ramosissimo abbreviato, foliis impari-pinnatis, foliolis 11—17 oblongo-ellipticis utrinque sericeis, petiolis induratis persistentibus, spicis subcapitatis axillaribus 6—12floris, pedunculo elongato folia subaequante, bracteis lanceolato-linearibus calycis albo-villosi dimidio longioribus, leguminibus . . . .

O. polyphylla. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 285.

Hab. in Sibiriae altaicae montosis ad dextram deserti editi juxta fl. Tschuja extensi! (FL. ALT.). ♄.

Ab O. subverticillari dignoscitur statura multo majore foliolis conjugatis nunquam verticillatis, caule magis elongato, pedunculis longioribus folia multo majora subaequantibus, spica 6—12flora et floribus sessilibus horizontalibus.

20. *O. tragacanthoides* (FISCH. ex DEC. *Prodr. II*, p. 280) caule fruticoso ramosissimo, foliis impari-pinnatis, foliolis subquadrijugis elliptico-oblongis utrinque sericeis, petiolis persistentibus indurato-spinosis, pedunculis axillaribus trifloris unacum floribus folia subaequantibus, floribus pedicellatis, bracteis lanceolatis dense pilosis subsericeis pedicello duplo longioribus, calyce patenter villoso, leguminibus lato-ellipticis v. subglobosis inflatis oblique mucronato-rostratis villosis.

O. tragacanthoides. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 278. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 279.

Hab. in Sibiriae altaicae montosis sterilissimis ad fl. Tschuja supra ostium fl. Kurai, solo limoso salsuginoso arido! (Fl. alt.). ♄.

21. *O. squamulosa* (Dec. *Astragal.* p. 63, Nr. 15, t. 3, haud bona) caule fruticoso ramosissimo abbreviato, foliis impari-pinnatis, foliolis sub-13 oblongo-linearibus glabris, petiolis induratis persistentibus, pedunculis axillaribus bifloris brevissimis una cum floribus folio brevioribus, bracteis ciliatis pedicellum superantibus, calycibus corolla duplo brevioribus tuberculatis, leguminibus subgloboso-ellipsoideis acuminato-rostratis subtuberculatis glabris.

O. squamulosa. Dec. *Prodr. II*, p. 278. — Bunge. *Enum. alt.* p. 66. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 342.

O. leucopodia. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 279. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 282.

Hab. in Sibiriae altaicae montosis ad sinistram deserti juxta fl. Tschuja extensi! (Fl. alt.) et transbaikalensi in deserto chorinensi! (Turcz.). ♄.

22. *O. aciphylla* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 279. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 281) caule fruticoso ramosissimo, foliis abrupte pinnatis, foliolis 2—3jugis oblongis v. oblongo-linearibus subulato-pungentibus utrinque sericeis, petiolis persistentibus indurato-spinosis, pedunculis axillaribus 2- (rarius 3-) floris calyce villosiusculo duplo longioribus, bracteis minimis sublinearibus deciduis, leguminibus oblongo-cylindraceis mucronato-rostratis villosis.

O. aciphylla. Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 71.

Hab. in Sibiriae altaicae collibus arenosis ad fl. Irtysch! (Fl. alt.). ♄.

†† Petiolis herbaceis inermibus subdeciduis.

a. *Caulescentes. Stipulae basi tantum petiolo adnatae v. omnino liberae, caulinae.*

23. *O. pilosa* (Dec. *Astragal.* p. 73. Nr. 27) patenter pilosa, caule erecto, foliolis oblongis; foliorum superiorum acutis, stipulis ovatis lanceolatisve acuminatis, pedunculis axillaribus folio longioribus, racemis ovato-ellipticis, floribus breviter pedicellatis, bracteis lanceolatis calycis tubum aequantibus vel superantibus, leguminibus cylindraceis mucronato-rostratis villosis subbilocularibus.

α. floribus erectis.

O. pilosa. Dec. *Prodr. II*, p. 280. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 229. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 502. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 930. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 280. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 140. — Eichw. *Skizze.* p. 167. — Ej. *casp. cauc.* p. 27. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 264. — Weinm. *Tambow.* Nr. 109. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 70. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 223.

Astragalus pilosus. L. Sp. 1065. — Pall. *It. I*, p. 154; *II*, p. 458. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 116. — Georgi *It. I*, p. 226. — Lepech. *It. III*, p. 73. — Falk. *Beitr. II*, p. 228. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 293. — Pall. *Astragal.* p. 106, Nr. 112, t. 80. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1183; *Nachtr.* p. 296. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 185.

Astragalus ochroleucus. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 111. — Ej. *Exerc. phytol. I.* p. 268.

Astragalus caulescens erectus, leguminibus erectiusculis pilosis subulatis, acumine erecto. Gmel. *Fl. sibir. IV*, p. 39, Nr. 52, t. 16.

Astragalus kirghisicus montanus, flore in capitulis ad foliorum alas cylindricis, hirsutis, luteo, odoratus. Messerschm. ex Amman. *ruth.* p. 130. Nr. 171.

β. floribus deflexis.

O. pilosae var. floribus deflexis. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 107.
O. forsan n. sp. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 251.

Hab. in Rossia media [Lithuania! (Gilibert, Jundz., Eichw.), Tambow (Weinm.), Pensa! (Jacq. *pl. exs.*), Kasan (Falk), Simbirsk (Pall.), Saratow! et Orenburg (Claus)] et australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.), Cherson! (Eichw.), ad Tanain (S. G. Gmel., Henning), in desertis ad utrumque Wolgae littus (Falk)] in Tauria! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [promontorio inque m. Beschbarmak (C. A. Meyer), Iberia! (Steven, Wilh.), Somchetia et Kachetia (Eichw.)] inque Sibiria [a Jaik fl. usque ad Jeniseam (J. G. Gmel.), Ural. septentrionali (Lepech.), pr. Jekaterinenburg (Uspenski), provincia Iset (Falk), altaica! (Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.), ad fl. Uldschar des. soongoro-kirghisico (Siev.) et baikalensi? (Georgi). ♃.

β. ad radices m. Sarial territorii Elisabethpol! (Hohenack.).

24. *O. Pallasii* (Pers. *Syn. II*, p. 334) **patenter pilosa, caulibus prostratis apice adscendentibus, foliolis anguste oblongis; foliorum superiorum acutis, stipulis superioribus lineari-subulatis, pedunculis axillaribus folium aequantibus v. subsuperantibus, racemis capitatis subglobosis, floribus breviter pedicellatis, bracteis lanceolato-linearibus calycis tubum subaequantibus, leguminibus cylindraceis erectis subrecurvatis rostratis villosis subbilocularibus.**

O. Pallasii. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 502. — Dec. *Prodr. II*, p. 280.
Astragalus lanatus. Pall. *Astrag.* p. 108. Nr. 113. t. 81. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1276. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 188. — Willd. *herb.* Nr. 13,992.
Astragalus buchtormensis. Willd. *herb.* Nr. 14,034 f. 1.
Astragalus piloso affinis. Pall. *Ind. Taur.*

Hab. in Rossia australi [Bessarabia (M. a Bieb.)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et Iberia (M. a Bieb.). ♃. — ⨀ ex Steven.

Dignoscitur a praecedente: caulibus prostratis, foliolis longioribus et angustioribus, pedunculis ratione foliorum brevioribus, racemis subglobosis, stipulis bracteisque angustioribus, floribus pallidioribus. Legumina (mihi ignota; — ex Pall. icone) majora, quam in praecedente et extrorsum curvata nec recta.

25. *O. diffusa* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 281. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 451) **multicaulis diffusa adpresse pilosa, foliolis ovato-oblongis petiolulatis, stipulis oppositifoliis subconcretis intus glabris extus et margine pilosis, pedunculis demum folio subduplo (v. pluries) longioribus, floribus racemosis, bracteis pedicellum parum superantibus, leguminibus depressis mucronatis deflexis adpresse pilosis unilocularibus.**

O. diffusa. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 224.
O. glabra. Dec. *Astragal.* p. 76. Nr. 31. t. 8. — Ej. *Prodr. II*, p. 280. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 343.
Astragalus glaber. Lam. *Encycl. méth. I*, p. 525.

Hab. in Sibiria altaica! (Fl. alt., Lessing, Karel. et Kiril.) et baikalensi! inque Davuria! (Turcz., Schschukin). ♃.

Var. α. elongata: caule 1—2pedali.

Astragalus caulibus procumbentibus ramosissimis, pedunculis folio longioribus racemosis laxis, leguminibus glabris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 37. Nr. 50. t. 15. — Ab Ural fl. ad Jeniseam usque (J. G. Gmel.)

Huc pertinere videtur planta Gmeliniana, nec ad Astragalum adsurgentem, cui vulgo adnumeratur, qui vero, ut alias notas taceam, leguminibus pilosis diversus est, quae Gmelinus glabra dicit. Icon Gmeliniana cum speciminibus majoribus varietatis α. O. diffusae satis bene convenit.

β. pumila: cauli 2—6 pollicari. (Praesertim in locis argilloso-salsis.)

Planta Decandolleana exacte cum nostra convenit praeter superficiem, quae neutiquam glabra est.

26. *O. deflexa* (Dec. *Astragal.* p. 77. Nr. 32) caulescens adscendens villosa, foliolis ovato-oblongis; inferioribus deflexis, stipulis petiolorum basi adnatis lanceolatis extus villosis, pedunculis demum folio duplo longioribus, floribus subspicatis confertis, bracteis calycem subaequantibus, leguminibus oblongo-cylindraceis depressis mucronatis deflexis pubescenti-villosis unilocularibus.

O. deflexa. Dec. *Prodr. II*, p. 280. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 282. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 344.
Astragalus deflexus. Pall. *in Act. Acad. petropol.* p. a. 1779. *II*, p. 268. t. 15. — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1189; *Nachträge.* p. 297.
A. hians. Jacq. *Icon. rar.* t. 252.
Astragalus retroflexus. Pall. *Astragal.* p. 33. Nr. 36. t. 27. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 300.
Astragalus parviflorus. Lam. *Encycl. méth. I*, p. 310. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1278.

Hab. in Sibiria altaica! (Pall., Fl. alt.) et baikalensi inque Davuria (Turcz.). ♃.

27. *O. floribunda* (Dec. *Astragal.* p. 75. Nr. 30) caespitosa caulescens erecta v. adscendens plus minus pubescenti-sericea v. subvillosa, foliolis oblongis, stipulis caulinis ovatis acuminatis extus sericeis, pedunculis demum folio duplo longioribus, floribus racemosis, bracteis calyce dimidio brevioribus, leguminibus cylindricis mucronato-rostratis erectis pubescentibus unilocularibus.

O. floribunda. Dec. *Prodr. II*, p. 280. — Ledeb. *Fl. alt. III*. p. 283. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 264. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. ross.* Nr. 225. 226 (var. brachycarpa).
O. teres. Dec. *Astragal.* p. 74. Nr. 28. — Ej. *Prodr. II*, p. 280.
O. longicuspis. Ledeb. *Ind. sem. h. dorpat.*
O. Fischeri. Dec. *Prodr. II*, p. 281 c. var. β. macrantha.
O. versicolor. Fisch. *in litt. ad* Dec. (ex Dec. l. c.).
O. vaginata. Fisch. in Dec. *Prodr. II*, p. 281.
O. tenella. Fisch. in Dec. *Prodr. II*, p. 281.
Astragalus floribundus. Pall. *Astragal.* p. 47. Nr. 50. t. 37. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1264. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 301. — Willd. *herb.* Nr. 13,970.
Astragalus teres. Lam. *Encycl. méth. I*, p. 524.
Astragalus hedysaroides. Sievers collectan. ex Pall.

Hab. in deserti caspii regione boreali circa pagum Tschernoretschenskoi, nec non in regionibus adjacentibus supra Orenburg! (Claus), pr. Slatoust (Nesterofski) inque Sibiria altaica! ad fl. Irtysch, in deserto soongoro-kirghisico, pr. Riddersk, ad Tschujam etc. (Pall., Sievers, Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♃.

Planta quam maxime varians quoad staturam majorem v. minorem caules erectos v. adscendentes, foliola latiora v. angustiora, stipulas omnino liberas v. inter se connatas, florum numerum (7—25) et

colorem (intense v. pallide violaceum, immo album), nec non superficiem (subviridem pube tenuissime obductam, modo incanam, modo sericeam vel plus minus villosam: pilis albis longis patentibus vel subadpressis) et longitudinem leguminum calycem plerumque quadruplo aut pluries, subinde duplo tantum excedentium.

28. *O. lapponica* (Gaud. *Fl. helvet. IV*, p. 543) adscendens pilosa, foliolis oblongo-lanceolatis acutis, stipulis caulinis ovatis acuminatis submembranaceis pilosis, pedunculis demum folio duplo longioribus, racemo subcapitato, floribus brevissime pedicellatis, bracteis calycis tubo brevioribus, leguminibus cylindricis mucronatis pendulis brevissime pubescentibus semibilocularibus brevissime stipitatis: stipite tubo calycis dimidio breviore.

Phaca lapponica. Wahlenb. *de Veg. Helv.* p. 131 in Nota ad Nr. 742. — Dec. *Prodr. II*, p. 274?
Phaca montana. Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 189. t. 12. f. 3.
Hab. in alpibus Lapponiae! (Prytz *pl. exs.*) et prope Ochotzk? (Dec.). ♃.

b. *Subacaules. Stipulae basi petiolo adnatae.*

29. *O. dichroantha* (Schrenk. *Enum. plant. nov.* p. 78) subacaulis, foliolis (25—27) ellipticis obtusis albo-sericeis, stipulis petiolo ima basi adnatis inter se concretis lanceolatis, pedunculis declinatis folio sublongioribus, racemis densis abbreviatis 10—24floris, bracteis linearibus calyce villoso brevioribus, ovario stipitato villosissimo, leguminibus.....
Hab. in alpibus Dschillkaragai et Alatau (Schrenk.). ♃.

Ad seriem O. montano-cyaneae pertinet et O. montanae certe valde affinis, sed foliolis dense albo-sericeis et ovariis villosissimis ab illa atque affinibus speciebus facile dignoscenda. Accedit quoque habitu gracili atque petalorum proportione ad O. caeruleam et filiformem, at foliolis brevioribus latioribusque obtusis, floribus congestis subcapitatis, calycibus pilosissimis, leguminibus junioribus dense villosis aliisque notis diversa. — Habitu et modo crescendi O. montanae similis, multicaulis. Caules brevissimi, subnulli. Stipulae lato-lanceolatae, acuminatae, petiolo ima basi adnatae atque inter se in stipulam oppositifoliam profunde bifidam sericeam concretae. Foliola albo-sericea, parva, 3 lin. circ. longa, 1½ lin. lata. Scapi graciles, pube brevi patula villosuli, foliis paule longiores, vel illo longitudine adaequantes. Inflorescentia atque flores O. montanae. Calyx albo-villosus, dentibus tubo paulo brevioribus. Alae carinaque longe mucronata amoene caeruleae; vexillum discolorum, dilute caerulescens saepeque lineolis caeruleis saturatioribus pictum v. caeruleum et macula magna flavescente caeruleo-lineolata longitudinaliter notatum. Legumen juvenile formam exhibet leguminis junioris O. montanae, sed villis longis albis dense vestitum. (Schrenk l. c.)

30. *O. cyanea* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 502 (excl. pl. Haller)) subacaulis piloso-cana, foliolis elliptico-lanceolatis, stipulis petiolo ima basi adnatis, pedunculis folio longioribus, racemis abbreviatis, floribus patentibus, leguminibus oblongo-ovatis villosis demum patulis.

O. cyanea. Dec. *Prodr. II*, p. 275. — Eichw. *casp. cauc.* p. 31?
O. montana. Steven in *Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. IV*, p. 54 (non Dec.).

O. montana iberica. FISCH. *Cat. h. gorenk.* 1812. p. 71.
Astragalus montanus. M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 197 excl. synon. (non LINN.).

β. albana: acaulis subsericea, scapis declinatis folio longioribus, bracteis calyce minoribus, leguminibus ovatis inflatis pubescentibus. M. a BIEB. l. c.

O. albana. STEVEN l. c.
O. cyanea β. albana. DEC. *Prodr.* l. c. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 140.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia (M. a BIEB.) et Kachetia (EICHW.)]; — β. in alpibus Caucasi orientalis (M. a BIEB.) alt. 1350—1500 hexap. (C. A. MEYER), circa Chinalug (STEVEN). ♃.

Planta caucasica mihi ignota. An eadem ac helvetica?

c. *Caulescentes. Stipulae fere ad medium usque petiolo adnatae.*

31. *O. nigrescens* (FISCH. ex DEC. *Prodr. II*, p. 278) caulescens procumbens, foliolis 7—11 oblongis una cum petiolis et pedunculis albo-pilosis: pilis longis patentibus, stipulis lanceolatis acuminatis ciliatis: ciliis latitudine stipulae longioribus demum saepe deciduis, pedunculis folia aequantibus v. superantibus bifloris, bracteis lanceolato-linearibus pedicellos superantibus calycibusque dense nigro-villosis, leguminibus (ex PALL.) cylindraceo-oblongis subinflatis mucronato-rostratis fusco-pubescentibus unilocularibus (subbilocularibus?).

O. nigrescens. CHAMISSO *in Linnaea VI*, p. 546. — HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 147. — TORREY et GRAY *Fl. bor. am. I*, p. 340.
*Astragalus nigrescens. PALL. *Astragal.* p. 65. Nr. 72. t. 53. — WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1293. — DEC. *Astragal.* p. 194. Nr. 139.
Astragalus nigricans. GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 303.

Hab. in Sibiria orientali inter fl. Aldan et oceanum orientalem (MERK ex PALL.) inque insula St. Laurentii! (CHAMISSO, ESCHSCHOLTZ) et Korjäginsk! (MERTENS). ♃.

β. pygmaea (CHAMISSO *in Linnaea VI*, p. 546) pulvinatim caespitosa, caulibus petiolis pedunculisque brevioribus, foliolis minoribus confertioribus.

Astragalus pygmaeus. PALL. *Astrag.* p. 66. Nr. 73. t. 54. — WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1298. — DEC. *Astrag.* p. 196. Nr. 142. — Ej. *Prodr. II*, p. 306. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 303.

Hab. in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (MERK ex PALL., CHAM. et ESCHSCHOLTZ). ♃.

Legumina var β. subbilocularia, quod etiam de specie genuina suspicor, cujus legumina mihi ignota sunt. Pallasius utriusque legumina unilocularia dicit.

32. *O. revoluta*: caulescens adpresse albo-pilosa, foliolis 7—13 oblongis margine revolutis, stipulis ellipticis apice rotundatis ciliatis: ciliis latitudine stipulae pluries brevioribus, pedunculis folia superantibus, racemis subtrifloris, bracteis ovato-ellipticis v. suborbiculatis pedicello sublongioribus, leguminibus junioribus cylindraceis acuminatis adpresse pilosis.

Hab. in insula Korjäginsk! (MERTENS). ♃.

Habitu ad O. nigrescentem accedit, pluribus autem notis differt. Superficies totius plantae pilis adpressis nec patentissimis obtecta, foliola marginibus revoluta v. reflexa, nec plana, stipulae ellipticae rotundatae breviter ciliatae, nec lanceolatae acuminatae longissime ciliatae, flores racemosi, nec umbellati, bracteae latiores, calyces parce adpresse pilosi, nec dense nigro-villosi. Pili in tota planta albi, in apice

pedunculorum inque calycibus variant albi et nigri. Legumina matura mihi ignota.

33. *O. Pumilio*: caulescens caespitosa, foliolis subnovenis oblongis subtus cano-subpilosis, stipulis magnis vaginantibus saturate viridivenosis cano-ciliatis, pedunculis brevissimis una cum floribus folia vix aequantibus bifloris, bracteis minimis, calyce albo-fuscoque piloso, leguminibus . . . .

Astragalus Pumilio. Pall. *Astrag.* p. 67. Nr. 74. t. 55. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1297. — Dec. *Astrag.* p. 195. Nr. 140. — Ej. *Prodr. II*, p. 306. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 303.

Hab. in insulis Curilis (Merck ex Pall.) ♃. — Diagnosis ex icone et descriptione Pallas.

34. *O. Mertensiana* (Turcz. in *Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc.* 1840. p. 68) foliis inferioribus uni-; superioribus trifoliolatis, petiolis foliola superantibus glabris, foliolis oblongis v. lineari-oblongis subacutis supra glabris subtus subpilosis margine reflexo longe ciliatis, stipulis elongatis vaginantibus oblongis apice rotundatis glabris ciliatis, pedunculis folia subaequantibus patenter pilosis subtrifloris, bracteis linearibus pedicello longioribus calycibusque dense fusco-villosis: leguminibus cylindraceo-oblongis subinflatis fusco-hirsutis subbilocularibus.

O. triphylla. Cham. *in Linnaea VI*, p. 546 (non Pers.).

Hab. in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (Cham., Eschsch., Mertens ex Turcz.). ♃.

Ab O. triphylla Pers. (Astragalo triphyllo Pall.) diversissima.

d. *Acaules v. subacaules. Stipulae fere ad medium usque petiolo adnatae.*

35. *O. brevicaulis* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 284. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 288) subacaulis erecta subsericea, foliolis ovato-oblongis, stipulis lanceolatis acuminatis ciliatis, pedunculis folio duplo longioribus, racemis demum elongatis, calyce patenter piloso, bracteis dimidium calycis subaequantibus, leguminibus cylindraceis erectis pubescentibus unilocularibus.

Hab. in Sibiria altaica in deserto soongoro-kirghisico ad rivulum Talda inter montes Ku et Karkarala! (Fl. alt.). ♃.

36. *O. caerulea* (Dec. *Astrag.* p. 54. Nr. 2) subacaulis sericea, oliolis ovato-oblongis v. ovato-lanceolatis acutis, stipulis ovato-lanceolatis subacuminatis, pedunculis demum folio subduplo longioribus, floribus racemosis breviter pedicellatis, calyce adpresse piloso, bracteis subsetaceis pedicellum superantibus, leguminibus erectis ovato-oblongis subventricosis acuminatis pubescentibus subunilocularibus.

O. caerulea. Dec. *Prodr. II*, p. 276. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 318.
Astragalus caeruleus. Pall. *It. III*, p. 293. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 304.
Astragalus baikalensis. Pall. *Astragal.* p. 64. Nr. 70. t. 52. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1313. — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 303.
Astragalus pedunculis radicatis, scapis folio aliquanto longioribus, foliolis oblongis glaberrimis, floribus imbricatis, leguminibus vesicariis glabris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 55. Nr. 71. t. 26. f. 2 (excl. synon. Tourn.).

Hab. ad lacum Baikal (PALL.), pr. Bargusinsk (STELLER ex J. G. GMEL.), in pinetis transbaikalensibus! (TURCZ., SCHTSCHUK.) et Davuriae! (TURCZ.). ♃.

A praecedente, cui affinis, differt: foliolis angustioribus acutioribus, racemis magis elongatis, floribus minoribus caeruleis nec violaceis, calycis superficie, leguminibus magis inflatis pro latitudine brevioribus et longius acuminatis.

37. *O. filiformis* (DEC. *Astragal.* p. 64. Nr. 16. t. 4 excl. syn.) subacaulis adpresse pilosa v. subsericea, foliolis elliptico-oblongis v. oblongo-linearibus, stipulis ovato-oblongis acuminatis, pedunculis folio duplo longioribus, floribus racemosis, calyce adpresse piloso, bracteis pedicellum aequantibus v. superantibus, leguminibus erectis lato-ellipsoideis v. subglobosis inflatis mucronatis parce adpresse pilosis unilocularibus.

O. filiformis. DEC. *Prodr. II*, p. 276. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 319.

Hab. in Sibiriae baikalensis glareosis ad fl. Oka! et in rupibus alpis Nuchu-Dabau (TURCZ.) inque Davuria (PATRIN ex DEC.). ♃.

Floribus minoribus et praesertim leguminum figura a praecedente diversa. Carinae rostrum in hac brevius quam in O. caerulea, in utraque vero alarum longitudinem haud attingit. Superficies variare videtur, quae a cl. DEC. glabra dicitur.

38. *O. longirostra* (DEC. *Astragal.* p. 64. Nr. 17. t. 5) subacaulis, foliolis numerosis oblongis v. oblongo-lanceolatis; inferioribus (plerumque) alternis; junioribus sericeis; adultis parce adpresse pilosis, stipulis ovato-lanceolatis longe acuminatis ciliatis, scapis folium superantibus petiolisque adpresse pilosis, floribus in spica ovata v. cylindracea subsessilibus; inferioribus saepe remotis, bracteis calyce subbrevioribus, dentibus calycinis elongatis, mucrone carinae hujus latitudine vix breviore, germinibus adpresse pilosis, leguminibus . . . . .

O. longirostra. DEC. *Prodr. II*, p. 277. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 323.

O. Gmelini. FISCH. ex STEVEN ap. DEC.

Astragalus longirostris. POIR. *Encycl. méth. Suppl. I*, p. 528.

Hab. in glareosis alpium baikalensium! (TURCZ.). ♃.

39. *O. brevirostra* (DEC. *Astrag.* p. 66. Nr. 19. t. 6) subacaulis, foliolis numerosis ovato-oblongis glabris parce ciliatis, stipulis membranaceis lato-ovatis acutiusculis inter se coalitis vaginantibus glabris subciliatis, scapis folia subsuperantibus hirsutis, spicis ovatis densis, bracteis calycem subaequantibus glabris calycibusque nigro-pilosis, dentibus calycinis elongatis tubo vix brevioribus, mucrone carinae abbreviato, leguminibus erectis ovato-inflatis recurvato-acuminatis nigropilosis unilocularibus.

O. brevirostra. PERS. *Syn. II*, p. 333. — DEC. *Prodr. II*, p. 277.

O. altaica. PERS. *Syn. II*, p. 333. — LEDEB. *Fl alt. III*, p. 292. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 232.

Astragalus altaicus. PALL. *Atragal.* p. 56. Nr. 58. t. 45. — WILLD. *Sp. pl. III*, p. 1311. GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 302.

Hab. in Sibiriae altaicae subalpinis arenosis! (FL. ALT., KAR. et KIR.), ad Jeniseam (PALL.), in mont. Ssojuticis! (LESSING *in herb. reg. berol.*). ♃.

40. *O. campestris* (DEC. *Astragal.* p. 59. Nr. 10) acaulis, foliolis

oblongo-lanceolatis acutis pilosis, stipulis membranaceis sensim longissime acuminatis ciliatis, scapis folia aequantibus aut superantibus subadpresse pilosis, spicis ovatis abbreviatis 6—10floris, floribus erectis, bracteis calyce subbrevioribus calycibusque pilosis, dentibus calycinis abbreviatis tubo 4plo brevioribus, leguminibus erectis ovatis inflatis acuminatis pilosis semibilocularibus.

O. campestris. Dec. *Prodr. II*, p. 278 excl. var. *β.* et *γ.* — Lessing *in Linnaea IX*, p. 157.
Astragalus campestris. L. Sp. 1072. — Ferber in Fisch. *Livl. Zus.* p. 157 ? — Pall. *Astragal.* p. 57. Nr. 60. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 302.
Astragalus pedunculis radicatis, floribus laxe spicatis, leguminibus ovatis apiculatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 54. Nr. 69. t. 26. f. 2 (in textu t. 25).
Astragalus Tragacanthae folio, non ramosus, floribus luteis. Amman. *ruth.* p. 127. Nr. 168 (ab ill. Pall. ad hanc speciem et ad Astragalum utrigerum citatur.).
Hab. in Rossia media? [Curonia? (Ferber)], Sibiria uralensi (Heinzelm. ex Amman, J. G. Gmel.) pr. Werchne-Uralsk! et Polekowski (Lessing *in herb. reg. berol.*), Slatoust (Nesterofski) et orientali in rupibus ad Maja et Judoma fluv. (Steller ex Pall. — an haec forsan ad var. *β*?). ♃.

β. sordida: corolla sordide flavescente, vexillo ad medium usque colore viridi et violaceo suffuso, carina utrinque macula atro-violacea, dentibus calycinis nonnihil longioribus (qua ultima nota planta borealis ab australi (A. tyrolensi. Sieb. *herb. Fl. austr.*) differt.

O. campestrts *β.* sordida. Koch. *Syn.* p. 181.
O. sordida. Dec. *Prodr. II*, p. 276.
O. campestris var. Cham. *in Linnaea VI*, p. 546.
O. borealis. Dec. *Prodr. II*, p. 275 (ex Schrenk in litt., fide specim. auth., quae in herb. Fischeri vidit). — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage* p. 122 (forma bracteis foliaceis flores superantibus, foliolis angustioribus). — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 145. — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 338.
Astragalus sordidus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1313.
Astragalus uralensis. L. *Fl. suec.* p. 257 (nec Willd., nec. Jacq.). — *Fl. dan.* t. 1041.
Phaca sordida. Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 190. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 266.
Phaca campestris *β.* sordida. Wahlenb. *Fl. suec.* p. 461.
Hab. in Rossia arctica [Lapponia! (Fellm., Schrenk), terrae Samojedarum reg. arctica! (Schrenk), terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (Cham., Eschscholtz) et America arctica ad sinum Kotzebue (Beechey ex Hook et Arn.). ♃.

γ. caerulea: corolla caerulea, vexillo medio macula livido-flava caeruleo-striata, dentibus calycinis ut in var. *β.*, pilis scaporum longioribus patentissimis (quod in pl. australi non observatur).

O. campestris *γ.* caerulea. Koch. l. c.
Hab. in Nowaja-Semlja!

δ. grandior: corolla lutescente, macula violacea ante apicem carinae, foliis longioribus: foliolis numerosioribus majoribus parcius pilosis, scapis folia aequantibus vel iis paullulum longioribus brevioribusve.

O. adproximata. Lessing *in Linnaea IX*, p. 154. 175.
Hab. in Sibiriae uralensis mont. Ilmensibus! (Lessing *in herb. reg. berol.*). ♃.

ε. verrucosa: undique (excepte corolla) verrucis v. tuberculis subnigricantibus plus minus dense obtecta, scapis et imprimis bracteis calycibusque pilis nigris patentissimis dense obtectis, bracteis calycem superantibus corollam subaequantibus. (An huc planta, cujus ut var. O. borealis mentionem faciunt cl. Hook. et Arn. l. c.?)

O. campestris. Chamiss. *in Linnaea VI*, p. 546 (excl. var.).
Hab. in terra Tschuktschorum ad sinum St. Laurentii! (Chamisso, Eschscholtz). ♃.

Forsan species est distincte, specimina autem, quae possideo, nimis manca sunt pro eruende diagnosi. — An O. foetidae affinis?

41. *O. argentata* (Pers. *Syn.* p. 331) subacaulis, foliolis numerosis ovatis v. oblongo-lanceolatis sericeis, petiolis scapisque patentissime v. adpresse pilosis, stipulis lato-ovatis acuminatis extus pilosis ciliatis, scapis folio sesqui v. duplo longioribus, floribus dense spicatis, bracteis lanceolato-linearibus calycem subaequantibus v. eo brevioribus calycibusque villosis, dentibus calycis dimidium tubi subaequantibus, leguminibus erecto-patulis oblongo-cylindraceis subinflatis acuminatis apice subrecurvatis semibilocularibus pilosis v. glabris.

α. corollis sulphureis v. albidis.

O. argentata. Dec. *Prodr. II*, p. 276. — Bunge. *Enum. alt.* p. 66.
O. sulphurea. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 285. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 55. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 227.
O. campestris γ. sulphurea. Dec. *Prodr. II*, p. 278.
Astragalus argentatus. Pall. *Astragal.* p. 60, Nr. 66, t. 48. — Willd. *Sp. pl. III*, p. 1310. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 302. — Willd. *herb.* Nr. 14,085.
Astragalus Sieversianus. Steph. in Willd. *herb.* (non Pall.).
Astragalus incanus. Sievers Msc. ex Pall.

β. corollis violaceis.

O. argyrophylla. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 288. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 54. — Bunge. *Enum. alt.* p. 66. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 229.
O. argyraea. Dec. *Prodr. II*, p. 276.

Hab. utraque variet. in Sibiriae altaicae subalpinis rupestribus! (Sievers ex Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♃.

Quas olim pro speciebus diversis habui, O. sulphuream et argyrophyllam, jam pro varietatibus ejusdem speciei agnosco, campestrem inter et uralensem intermediae. Ab illa differt, praeter staturam multo majorem, superficie eximie sericea (saltem in statu juniore), stipulis latioribus, spica magis multiflora et floribus multo majoribus; ab hac, ut alias notas taceam, legumine oblongo-cylindraceo semibiloculari nec ovato subbiloculari.

Variat caeterum, praeter florum colorem violaceum, sulphureum et ochroleucum (albidum, qualem in sicco vidit ill. Pall., in viva planta nunquam observavi), pilis petiolorum et scaporum adpressis et patentissimis, spicis multi- et paucifloris; fructiferis plerumque elongatis v. rarius abbreviatis densis, floribus in var. α. horizontalibus, in var. β. plerumque erectiusculis, leguminibus plus minus pilosis villosisve v. glabris. Demum saepe glabrescit.

42. *O. chionophylla* (Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 77) acaulis, stipulis petiolo adnatis lanceolatis acutiusculis glabris setoso-ciliatis, foliolis (17—23) ellipticis oblongisve obtusis pilis mollibus niveo-sericeis, scapis folia superantibus, floribus 3—5 spicato-capitatis, bracteis calyce brevioribus, leguminibus ovatis acuminatis villosis (Schrenk).

Hab. in alpibus Dschillkaragai et Alatau (Schrenk). ♃.

Species insignis e serie O. uralensis. Differt ab O. uralensi, argyrophylla et argentata stipulis haud acuminatis, praeter marginem setoso-ciliatum omnino glabris, spicis brevibus paucifloris, calycibus villosis etc.; ab O. altaica distiguitur stipulis setoso-ciliatis, foliolis

brevioribus niveo-sericeis, calycibus albo-villosis aliisque notis; ab O. ampullata nostra magis distat, neque cum alpicola commutari potest. — Stipulae scariosae, breves, nullo acumine herbaceo apiculatae, pilis longis albis setoso-ciliatae, caeterum glabrae, petiolo adnatae, sed inter se liberae vel vix ima basi concretae. Folia brevia; foliola niveo-sericeo, parva, 3 lin. longa, vel vix longiora, saepe minora. Flores pauci, ad apicem scapi congesti, violacei, illis O. uralensis similes. Legumina O. argyrophyllae v. O. uralensis (Schrenk l. c.).

43. *O. frigida* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 230) acaulis pilis adpressis vestita subsericea, scapis folia paulo superantibus, foliolis numerosis ovato-ellipticis oblongisve acutiusculis, floribus capitatis 6—7 calyce duplo longioribus, vexillo alas carina longiores superante, bracteis ovatis membranaceis calycis latitudine tubum subaequantibus, leguminibus oblongis mucrone inflexo superatis parce pubescentibus, sutura superiore inflexa anguste membranifera, semibilocularibus (K. et K.).

Hab. in alpinis m. Tarbagatai ad torrentem Tschebarak-Assu (Karelin et Kirilow). ♃.

Bracteae albo-membranaceae latae, apice breviter acutatae. Flores pallide violacei. Habitus O. alpicolae Turcz., sed ab hac, sicut ab omnibus congeneribus, bractearum consistentia, forma et longitudine facile distinguitur (Karel. et Kiril. l. c.).

An var. O. uralensis?

44. *O. candicans* (Dec. *Astragal.* p. 58. Nr. 7) acaulis, foliolis ovato-lanceolatis (subtus maxime) pubescentibus, scapis folio duplo longioribus parce lanatis, spicis ovato-oblongis, bracteis calyce brevioribus, leguminibus ovato-oblongis inflatis erectis vix pubescentibus in rostrum reflexum apice inflexum attenuatis.

O. candicans. Dec. *Prodr. II*, p. 277.

Astragalus candicans. Pall. *Astragal.* p. 61, Nr. 67, t. 49. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1310. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 302.

Hab. in Sibiria orientali ad fl. Lena (Merck ex Pall.). ♃.

45. *O. uralensis* (Dec. *Astragal.* p. 55. Nr. 3) acaulis villosa v. subsericea, foliolis numerosis ovato-oblongis acutis, stipulis ovatis longe acuminatis extus dense pilosis, scapis folia superantibus petiolis bracteis calycibusque patenter longe hirsuto-villosis, floribus in spica ovata demum horizontalibus, bracteis lanceolatis calycem aequantibus v. superantibus, leguminibus erectis ovatis inflatis acuminatis subbilocularibus acumine recurvato.

O. uralensis. Dec. *Prodr. II*, p. 276. — Steven *in Mém. de la Soc. des. Natur. de Moscou IV*, p. 54. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 303. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 289. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 140. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 317.

O. ambigua. Dec. *Astragal.* p. 56. Nr. 4. — Ej. *Prodr. II*, p. 276.

O. soongorica. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 320, fide clar. auct. in litt. (non Dec.).

O. ssojutica. Lessing *in herb. reg. berol.*

Astragalus uralensis. L. Sp. 1071. — Pall. *It. I*, p. 148; *III*, p. 314. — Georgi *It. I*, p. 226. — Lepech. *It. III*, p. 68. — Pallas. *Astragal.* p. 53, Nr. 55, t. 42. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1186; *Nachtr.* p. 297. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 67.

Astragalus montanus. Pall. *It. III*, p. 199 (ob syn. Gmel. huc revoc.). 230.
Astragalus ambiguus. Pall. *Astragal.* p. 54, Nr. 56, t. 43 et 43. B. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1312. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 301.
Astragalus pedunculis radicatis hirtusissimis folio longioribus, foliolis ovatis acutis saepe imbricatis, spica arctissima. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 59, Nr. 76, t. 30 et t. 23, f. B. in textu omissa.

Astragalus non ramosus, villosus et incanus, spicatus, floribus purpureo-violaceis. Amman. *ruth.* p. 126. Nr. 167.

Phaca uralensis. Wahlenberg. *Fl. Karpath.* Nr. 737. — Fellmann. *Ind. Kola.* Nr. 292.

Hab. in Rossia arctica [territorio Kola et Lapponia! (Fellm.)], septentrionali [Fennia (Prytz.)] et media [Nishni-Nowgorod et Simbirsk (Pallas), Slatoust (Nesterofski)], in provinciis caucasicis [in alpibus occidentalibus, 1200—1400 hexap.! (C. A. Meyer) et orientalibus circa fontes torrentis Chodjal inque Ossetia (M. a Bieb., Steven)], omni Sibiria (J. G. Gmelin, Pall.) [uralensi (Amman, Lepechin, Uspenski), altaica! (Pall., Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz.), in montibus ssojuticis! (Lessing *in herb. reg. berol.*), baikalensi! (Georgi, Turcz., Schtschukin), transbaikalensi! (Amman, Turcz.) et orientali! (Kruhse *pl. exs.*)] inque Davuria (Amman, Pallas, Turcz.). ♃.

† Floribus ochroleucis. — In Sibiria altaica pr. Salair! (Bunge).

β. sericea: foliolis utrinque sericeis, scapis inferne pilis albis adpressis, superne albis nigrisque adpressis patulisque dense obtectis, floribus erectiusculis.

O. uralensis *β.* sericea. Dec. l. c. — C. A. Meyer l. c.

Hab. in provinciis caucasicis occidentalibus! (Nordmann), in locis graminosis siccis m. Kasbek, alt. 1200—1400 hexap. (C. A. Meyer). ♃.

γ. pumila: subcaespitosa, pilis albis longis patentibus obtecta, foliolis paucioribus, spicis paucifloris, floribus erectiusculis.

O. uralensis *β.* pumila. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 290. — Bunge. *Enum. alt.* p. 67.
O. alpicola. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 325.
O. alpina. Bunge. *Ind. sem. h. dorpat.* p. a. 1840. p. VIII. Nr. 7.

Hab. in Sibiriae altaicae sterilissimis alpium juxta fl. Tschuja! (Fl. alt.) et baikalensi in alpibus ad fl. Bargusin! et Davuriae! (Turcz.). ♃.

δ. arctica: foliolis paucioribus ovati-oblongis obtusiusculis, floribus paucis subumbellatis suberectis, leguminibus calycibusque nigro-pilosis.

O. arctica. R. Br. in App. to Parry's *I. Voyage.* p. CCLXXVIII. — Decand. *Prodr. II*, p. 267. — Hooker et Arn. in Beechey's *Voyage.* p. 122. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 146. — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 338.

Hab. in America arctica ad sin. Kotzebue! (Beechey ex Hook. et Arn.). ♃.

Flores non vere umbellati, sed in spicam brevissimam dispositi.

Legumina plantae rosso-sibiricae, quotquot ejusdum specimina vidi, cum spontanea, tum hortensia, nunquam vere bilocularia sunt. Suturae superioris margo membranaceus intus protenditur ad medium cavitatis usque vel ultra et plus minus adpropinquatur membranae (vel illius vestigio) e sutura inferiore oriundae. Quo latior autem vel angustior utriusque suturae membrana evadit, quod eximie variat, eo majore v. minore jure legumen dicitur biloculare. — Legumen in hac semper ovatum, in affini O. argentata oblongo-cylindraceum.

46. *O. longibracteata* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 231) acaulis, pilis patentibus raris vestita, viridis, scapis folia superantibus, foliolis numerosis ovatis ovato-oblongisve obtusis v. acutiusculis, floribus . . . . ., bracteis linearibus (in planta deflorata) calyce fere duplo

longioribus albo-villosis, leguminibus in spicam dispositis ovato-oblongis pilis brevibus nigris et longioribus albis vestitis rostro subinflexo terminatis sutura superiore profunde impressa subbilocularibus (Karel. et Kiril.).

Hab. in Sibiria altaica [in latere meridionali jugi Narymensis locis demissioribus (Karel. et Kiril.)]. ♃.

Habitus fere O. sylvaticae, sed bracteis longissimis pilis elongatis vestitis fructibusque longioribus abunde diversa. Magis adhuc O. elongatam Turcz. accedit, sed in hac sutura utraque membranifera, flores praesertim inferiores remoti, legumina subfalcata, foliola longiora et pubescentia caulis et foliorum copiosior, quam in nostra specie (Karelin et Kiril. l. c.).

Antecedenti maxime videtur affinis.

47. *O. elongata* (Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc.* 1840. p. 67) acaulis molliter villosa, scapo foliis duplo longiore, foliolis ovato-lanceolatis acutis, spicis elongatis basi rarifloris, bracteis calyce longioribus, leguminibus ovato-oblongis subfalcatis rostro reflexo terminatis; sutura utraque membranifera (Turcz.).

Hab. in Sibiria orientali ad Lenam fl. (Turcz.). ♃.

Ab O. uralensi et ammophila spica elongata, floribus remotis pallidis, bracteis longioribus atque leguminibus subfalcatis praeter alias notas abunde diversa. A caeteris speciebus hujus generis jam structura fructus recedit (Turcz. l. c.).

Specimen unicum possideo e Sibiria orientali, fructibus destitutum, quoad reliquum optime cum diagnosi congruens, quodque vero O. uralensi nimis affine videtur.

48. *O. ammophila* (Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc.* 1840. p. 66) acaulis pilis adpressis argenteo-sericea, foliolis numerosis ellipticis oblongo-ellipticisve obtusiusculis, scapis folia superantibus, floribus in spica ovata demum elongata erecto-patulis, bracteis ovato-oblongis linearibusve calycem dimidium subaequantibus, leguminibus ovatis ellipticisve turgidis patenti-erectis in rostrum reflexum productis pubescentibus subbilocularibus: sutura utraque intus membranifera.

Hab. in Sibiria altaica pr. urbem Krasnojarsk, in sabulis ad ripam fl. Jenisei! (Turcz.). ♃.

Sutura utraque intus membranifera cum O. uralensi congruit, at diversa indumento sericeo, foliolis obtusis atque bracteis calyce duplo et plus quam duplo brevioribus. Ab O. argyraea Dec. leguminibus ovatis (v. ellipticis) rostro reflexo terminatis, illorum fabrica interna, bractearum proportione et foliolis obtusis, ab O. soongorica superficie, leguminibus villis brevioribus et parcioribus vestitis, suturis eorum ambabus in membranam expansis, foliolis obtusis caeterisque notis planta nostra facile distinguitur (Turcz. l. c.).

49. *O. soongorica* (Dec. *Astragal.* p. 59. Nr. 9) acaulis, foliolis numerosis oblongo-ellipticis sericeis, scapis folio duplo longioribus petiolisque patulo-pilosis, floribus in spica elongata erecto-patulis;

inferioribus subdistantibus, bracteis ovatis subacuminatis oblongisve calyce dimidio brevioribus calycibusque villosis, leguminibus ovatis turgidis erectis acuminato-rostratis villosis uniloculeribus: sutura superiore membranifera.

O. soongorica. Dec. *Prodr. II*, p. 277. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 287. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 269. — Bong. et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 69. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 228.

O. caudata. Dec. *Astragal.* p. 58, Nr. 8. — Ej. *Prodr. II*, p. 177.

Astragalus soongoricus. Pall. *Astragal.* p. 63, Nr. 69, t. 51. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1306. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 303.

Astragalus caudatus. Pall. *Astragal.* p. 62, Nr. 68, t. 50. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1306.

Astragalus spicatus. Pall. *It. II*, p. 297. app. p. 742, Nr. 118, t. W. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1188; *Nachtr.* p. 298.

Astragalus grandiflorus. Willd. *herb.* Nr. 14,018, fol. 1.

Astragalus pedunculis folio multo longioribus, foliolis ovatis acutis, spicis florum arctissimis, leguminibus pendulis (in descriptione „erecta" dicuntur) hirsutis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 36. Nr. 49.

Hab. in Rossia media [gub. Orenburg in mont. Grebeni, versus jugum uralense (Claus), in Sibiriae uralensis campis elatis submontanis provinciae isettensis praesertim circa fluvium Ui (Pall.) et altaicae apricis lapidosis! (Fl. alt.), in deserto soongoro-kirghisico (Sievers et Schangin ex Pallas), in m. Doschely-Dagh non procul a m. Tarbagatai (Bongard et Meyer) inque mont. Kurtschum (Karel. et Kiril.). ♃.

Varietatem floribus minoribus, foliolis latioribus minus sericeis, a clar. Lessing in Rossia (Sibiria uralensi?) lectam, vidi in herb. reg. berolin.

50. *O. grandiflora* (Dec. *Astragal.* p. 57. Nr. 6) acaulis, undique adpresso-pilosa, foliolis 6—10jugis oblongo-lanceolatis, stipulis lato-ovatis acutiusculis fuscis extus dense adpresse pilosis, scapis folio duplo longioribus, floribus in spica densa v. laxa erecto-patentibus, bracteis ovato-lanceolatis calycem subaequantibus, leguminibus erectis oblongo-cylindraceis acuminatis pubescentibus semibilocularibus (?)

O. grandiflora. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 321.

α. platyptera: corollis intense roseis, alis obovato-dilatatis, spica densa demum elongata laxa.

O. grandiflora. Dec. *Prodr. II*, p. 277. excl. varr. *β.* et *γ.*

Astragalus grandiflorus. Pall. *Astragal.* p. 57, Nr. 59, t. 46. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 302.

Astragalus pedunculis radicatis folio longioribus, scapis erectis spicatis, spica speciosa, floribus amplis, foliolis ovato-oblongis obtusis villosissimis. Gmelin. *Fl. sib. IV*, p. 61, Nr. 78, t. 31?

β. leptoptera (Dec.) corollis caeruleo-purpureis, alis oblongis, spica laxa.

O. grandiflora *γ.* leptoptera. Dec. *Prodr. l. c.*

O. grandiflora. Fisch. ex Dec.

Hab. *α.* ad Jeniseam inque Sibiria transbaikalensi (Pallas) et Davuria (Pall., Turcz.); *β.* in Davuria (Turcz.) pr. Nertschinsk! (Frisch. *pl. exs.*). ♃.

Stipulae in hac specie maximae. — Var. *α.* mihi tantum ex icone et descriptione Pallasii nota. Forsan species duae sub hac latent. Legumina utrinque varietatis mihi ignota.

51. *O. nitens* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 326) acaulis sericea, foliolis 4—8jugis oblongis ellipticisve acutis, stipulis lato-ovatis obtusiusculis parum prominentibus extus dense adpresse pilosis, scapis folia

superantibus, floribus in spica ovata dense demum subelongata erecto-patulis, bracteis oblongis calycis tubum subaequantibus, calycis dentibus elongatis, leguminibus subglobosis inflatis villosis.

Hab. in Sibiriae baikalensis campis Mondae ad fl. Irkut! (Turcz.). ♃.

Species distinctissima stipulis abbreviatis, calycinis dentibus elongatis, leguminibus subglobosis inflatis aliisque notis.

52. *O. dissiliflora:* acaulis parce adpresse pilosa, foliolis 6—10-jugis angusto-oblongis acutis, stipulis ovato-lanceolatis longe acuminatis extus parce pilosis longe ciliatis, scapis folio sublongioribus, floribus laxe spicatis erecto-patulis, bracteis oblongo-linearibus calycem dimidium aequantibus v. superantibus, calycis dentibus abbreviatis, leguminibus erectis oblongo-cylindraceis in rostrum longiusculum subrecurvatum attenuatis albo-nigroque pilosis semibilocularibus.

O. grandiflora *β.* carnea. Dec. *Prodr. II*, p. 277?
Astragalus davuricus. Patr. *herb.?* (ex Dec.)

Hab. in Sibiria orientali! (Tilesius), Davuria? (Patrin ex Dec.). ♃.

O. grandiflorae quodammodo similis, pluribus vero notis diversa. Omnibus partibus longe tenuior. Foliola angustiora. Stipulae angustiores, magis elongatae, eximie acuminatae, extus pilis aliquot adspersae, longe ciliatae, albae nec fuscae. Scapi graciles. Flores ⅓ breviores et angustiores (videntur pallide rubicundi); inferiores breviter pedicellati. Vexillum apice non emarginatum. Legumina plus duplo minora, quam in icone Pallasiana O. grandifloram repraesentante, fuscescentia.

Caules, praeter racemos in foliorum axillis, simplices, herbacei, petiolis elongatis 2—4-pollicaribus, foliolis dejectis aphyllis subspinosi. Stipulae concretae, apiculis binis brevibus lanceolatis terminatae; summae saepe longitudinaliter fissae. Racemi axillares, elongati, dissitiflori, flore infimo saepe in foliorum axilla ad basin racemi sito. Flores breviter pedicellati, bractea brevi, pedicellum aequante fulti. Calyx albidus, oblique truncatus dentibusque brevibus terminatus, petalorum unguibus paulo brevior. Corolla purpurascens: alae carina longiores, vexillo vix breviores. Legumen calyce longitudinaliter fisso fultum, 4 lin. circiter longum (Schrenk l. c.).

25. *A. arenarius* (L. Sp. 1069) diffusus pilis adpressis incanus, stipulis membranaceis ovatis concretis oppositifoliis extus margineque pilosis, foliolis oblongo-linearibus 3—6jugis, racemis 4—10floris, pedunculis folio brevioribus, bracteis oblongis pilosis pedicellum aequantibus brevioribus, dentibus calycinis brevissimis, leguminibus oblongo-linearibus adpresse pilosis incanis mucrone terminatis bilocularibus stipitatis: stipite calycis tubum subaequante.

A. arenarius. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1289. — Dec. *Prodr. II*, p. 283. — Ej. *Astragal.* p. 106. Nr. 31. — Ferber in Fisch. *Lirl. Zus.* p. 157. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1185 (excl. pl. sibir.). — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 218. — Eichw. *Skizze* p. 167. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 177. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p 256.

A. incanus. Gilib. *Fl. lithuan IV*, p. 112. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 269.

Hab. in Rossia media [Curonia (Ferber, Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Tschernigow! (Ledeb.), gub. Wladimir pr. Morom! (Lessing), Kasan (C. A. Meyer *in litt.*)]. ♃.

Variat omnino glaberrimus. Lessing l. c.

26. *A. rariflorus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 313. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 88) adscendens suffruticosus pilis bipartitis adpressis incanus, stipulis ovatis longe acuminatis concretis oppositifoliis extus margineque pilosis, foliolis oblongo-linearibus 2—5jugis, racemo elongato, floribus remotis breviter pedicellatis subsecundis, pedunculis folia longe superantibus, leguminibus subulato-triquetris subarcuatis horizontalibus albo-villosis calyce 3—4plove longioribus bilocularibus.

Hab. in Sibiriae altaicae campestribus siccis subsalsis circa montes Tschingistau deserti soongoro-kirghisici! (Fl. alt.). ♃.

27. *A. depauperatus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 314) suffruticosus pilis bipartitis adpressis incano-sericeus, caule subelongato erecto vel abbreviato, stipulis ovato-lanceolatis obliquis subacuminatis concretis oppositifoliis extus sericeis, foliolis oblongis utrinque acutis 2—5jugis, floribus paucis umbellato-capitatis, pedunculis folia superantibus, leguminibus oblongis subarcuatis compressis granulato-rugulosis villosis demum subglabris bilocularibus calycis tubo triplo longioribus.

A. depauperatus. Bunge. *Enum. alt.* p. 72 in nota ad A. pycnolobum.

Hab. in Sibiriae altaicae planitiebus siccis subsalsis pr. Loktewsk! (Fl. alt.). ♃.

28. *A. Helmii* (Fisch. ex Dec. *Prodr. II*, p. 301) caespitans pilis bipartitis adpressis incano-sericeus, caulibus abbreviatis, stipulis ovatis acuminatis basi inter se connatis extus sericeis, foliolis oblongo-ellipticis acutiusculis 3—6jugis, floribus subumbellato-racemosis, pedunculis folio brevioribus longioribusve, leguminibus ovato-ellipticis compressis pilis longissimis albis densissime villoso-lanatis bilocularibus calyce vix duplo longioribus.

A. Helmii. Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 270. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 154. 175.

Hab. in promontorio uralensi australi, in montibus supra Orenburg! (Claus), in collibus nudis siccis pr. Werchne-Uralsk! (Lessing *in herb. reg. berol.*). ♃.

29. *A. eriolobus* (Bunge. *Enum. alt.* p. 69) suffruticosus diffusus ramosissimus pilis adpressis incanus, caulibus abbreviatis, foliis longe petiolatis 3—4jugis, foliolis oblongis approximatis, stipulis incanis, pedunculis floriferis folio subbrevioribus paucifloris, floribus pedicellatis subumbellato-racemosis, calycis dentibus subulatis, leguminibus erectis rectis oblongis compressis acuminatis patentim albo-villosis calycem duplum superantibus (Bunge).

A. macrolobus. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 307 partim (ex Bunge).

Hab. in Sibiria altaica pr. Loktewsk (Fl. alt.). ♃.

Habitus A. macrolobi, legumina fere A. hyrcani, 8—9 lineas longa, 2 lin. lata, utrinque acuminata, flores albidi. A. Helmii (qui certe huc, neque ad anthylloides pertinet) huic proxime affinis habitu, foliolorum numero, leguminis indumento, sed legumine multo breviore facile distinguendus (Bunge l. c.).

30. *A. macrolobus* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 307) suffruticosus depressus pilis adpressis incanus, caulibus abbreviatis, foliolis 4—5jugis oblongis acutiusculis approximatis, pedunculis folio sublongioribus paucifloris, floribus breviter pedicellatis subumbellato-racemosis, dentibus calycinis subulatis rectis, leguminibus rectis erectiusculis oblongo-linearibus compressis prostrato-albo-setosis calycem triplum superantibus (Bunge).

A. macrolobus. Dec. *Prodr. II*, p. 285. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 307 partim (ex Bunge). — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 77. 1.

A. chaetolobus. Bunge. *Enum. alt.* p. 70. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 248.

A. subulatus albiflorus. Pall. *Astragal.* t. 20. B.

Hab. in Sibiria uralensi circa Orsk (M. a Bieb.) et altaica pr. Ustkamenogorsk (Bunge) in deserto soongoro-kirghisico inter Semipalatinsk et Ulugus (Kar. et Kir.), ad Jeniseam (Pall.). ♃.

Habitus praecedentis, sed legumina angustiora, longiora, 11 lin. longa, 1½ lin. lata, parcius et brevius villosa: villis rigidioribus prostratis nec patentibus nec adpressis, flores albidi. Legumina compressa, nullatenus triquetra, hunc et praecedentem omnino ab A. macrolobo (Bunge i. e. macrocerate C. A. Meyer) distinguunt (Bunge l. c.).

Hunc ex autopsia speciminum authenticorum in herbario M. a Bieb. verum macrolobum declaravit cl. Meyer l. c.

31. *A. macroceras* (C. A. Meyer in Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 77. 2) suffruticosus depressus pilis adpressis candicans, caulibus

abbreviatis, foliis 5—6jugis, foliolis oblongis, pedunculis folio longioribus paucifloris, floribus subsessilibus capitato-racemosis, dentibus calycinis subulatis, leguminibus subrecurvis erectiusculis subulato-triquetris adpressis albo-nigroque setosis calycem triplo superantibus (BUNGE).

A. macrolobus. BUNGE. *Enum. alt.* p. 70 nec M. a BIEB. (excl. synon.). — KARel. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 249?

Hab. in Sibiria altaica ad ripam fl. Tschuja haud procul ab ostio rivuli Kurai (BUNGE), in apricis mont. Tarbagatai ad torrentem Dschany-beg, nec non in arenosis ad fl. Burgan (KAR. et KIR.). ♃.

Stipulae nigro-pilosae, dentes calycini subulati, nigricantes, sinubus acutiusculis interstincti, flores albidi, legumina juniora paulo recurva, demum stricta, pollicem longa, linea paulo latiora, adpresse setosa (BUNGE l. c.).

Hanc et tres antecedentes species mihi non rite notas esse, ingenue fateor. Nec de loco, ubi sint inserendae, certus sum. Hic enumeravi ob affinitatem cum A. depauperato, propter stipularum conformationem huic sectioni inserendo. — Vereor insuper, ne specierum numerus in hac serie nimis sit auctus.

32. *A. macropterus* (DEC. *Prodr. II*, p. 285) erectus glabriusculus, stipulis junioribus concretis oppositifoliis demum liberis, foliolis lineari-lanceolatus acutis, pedunculis folio duplo triplove longioribus, floribus interrupte spicatis nutantibus, alis carina multo longioribus vexillum subaequantibus, leguminibus ovali-linearibus rectis glabris stylo apiculatis calyce vix duplo longioribus.

Astragalus macropterus et Oxytropis macroptera. FISCH. ex DEC. l. c.

Hab. in „Davuria et Sibiria scythica" (DEC.). ♃. — Mihi ignotus.

33. *A. versicolor* (PALL. *Astragal.* p. 45. Nr. 48. t. 35) erectus puberulus, stipulis membranaceis acuminatis concretis oppositifoliis, foliolis linearibus acutis 7—10jugis, racemo laxiusculo demum elongato, pedunculis folio duplo longioribus, bracteis lineari-setaceis tubo calycis dentibus sesquilongiore brevioribus, leguminibus ovatis ellipticisve acuminatis triquetris glabris subbilocularibus.

A. versicolor. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1265. — DEC. *Astragal* p. 111. Nr. 36. — Ej. *Prodr. II*, p. 283. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 301. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 351.
A. tenuifolius. GEORGI *It. I*, p. 226?
A. caulescens erectus glaber, foliis linearibus, pedunculis elongatis triquetris. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 48. Nr. 63 (excl. syn. LINN.).

Hab. in Sibiria orientali a Jenisei ad Lenam (PALL.), baikalensi (STELLER ex J. G. GMEL., GEORGI) et transbaikalensi! inque Davuria (TURCZ.). ♃.

Valde affinis A. bifido, sed minor, foliolis non brevioribus sed multo angustioribus, corollis plus minus intense coeruleis, leguminibus non exacte bilocularibus: suturae inferioris processu suturam superiorem non attingente. — Legumina plerumque erecta, subinde patulo-deflexa.

34. *A. leptocaulis* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 296. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 284) caule fruticoso ramosissimo, ramis junioribus pilis arctissime adpressis sericeis; adultis demum glabris, stipulis herbaceis ovatis

acutis concretis oppositifoliis, foliolis oblongis supra subglabris subtus margineque parce adpresse pilosis sub 4- (3—7-) jugis, racemis paucifloris laxis, pedunculis folio plus duplo longioribus, bracteis pedicello subbrevioribus, leguminibus horizontalibus oblongo-linearibus triquetris adpresse pilosis calyce plus duplo longioribus bilocularibus: loculis polyspermis.

Hab. in Sibiriae altaicae rupestribus montium ad rivulum Urmuchaika pr. fortalitium Buchtarminsk! (Fl. alt.). ♄.

35. *A. brachybotrys* (Bunge. *Ind. sem. h. dorpat. 1839.* p. VII. Nr. 1) erectus multicaulis totus pube bipartita adpressa incanus, stipulis oppositifoliis basi connatis herbaceis acutis, foliolis 7—13 complicatis linearibus obtusis, racemis folio longioribus subdecemfloris, bracteis linearibus pedicellos calycis tubo breviores aequantibus, leguminibus erectis triquetris acutis latitudine sua triplo longioribus pube bipartita adpressa adspersis bilocularibus 4—6spermis, ovariis 16-ovulatis (Bunge).

Hab. in mont. altaicis ad fl. Tschuja (Bunge). ♃.

Affinis A. taurico Pall., sed racemis multo brevioribus densioribus, A. leptocauli Led., sed pubescentia, A. multicauli Led., sed fructu differt (Bunge l. c.).

36. *A. tauricus* (Pall. *Astragal.* p. 48. Nr. 51. t. 38) caespitosus pube adpressa argenteo-sericeus, caulibus abbreviatis, stipulis membranaceis ovatis acutis concretis oppositifoliis, foliolis linearibus canaliculatis subsexjugis, floribus laxe racemosis, pedunculis folio triplo longioribus, bracteis ovatis pedicellos subaequantibus, leguminibus erectis ovoideo-conicis acuminatis adpresse pilosis calycis tubo subtriplo longioribus bilocularibus.

A. tauricus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1287. — Dec. *Prodr. II*, p. 283. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 301. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 192. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 269.

A. cretaceus. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1188.

Oxytropis taurica. Pers. *Syn. II*, p. 333 (excl. syn. Dec.).

Hab. in Rossia australi [pr. Taganrog! (Elsingk *pl. exs.*)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et montibus uralensibus Grebeni! (Claus). ♃.

37. *A. scopaeformis*: fruticulosus ramosissimus pilis arcte adpressis subincanus, caule erecto, stipulis membranaceis ovatis acutis concretis oppositifoliis, foliolis 7—13 linearibus elongatis distantibus oppositis alternisve: adultis glabriusculis, floribus racemosis distantibus, pedunculis folium aequante v. bis superante, bracteis ovatis minutissimis pedicello triplo brevioribus, leguminibus . . . . . .

A. tauricus. Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 269.

Hab. in Rossia media [pr. Orenburg! (Claus)]. ♃.

Nescio an sit distincta species, nec ne. Habitus autem diversissimus ob caulis indolem, folia longe petiolata una cum petiolo 3—4-pollicaria, foliola elongata ab invicem remota saepius alterna. Racemus, quam in A. taurico magis elongatus: floribus paucioribus rarioribus longius pedicellatis. Bracteae minutissimae. Legumina non vidi. — Ulterius observandus.

38. *A. unilateralis* (KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 238) caule basi lignescente subdiffuso glabriusculo, stipulis inferioribus concretis; superioribus liberis, foliolis 3—5jugis pilis prostratis raris vestitis viridibus; inferioribus ovalibus obtusis; superioribus lanceolatis acutis; adultis fere glabris, pedunculis folia duplo v. triplo superantibus paucifloris, floribus racemoso-umbellatis, calyce oblique truncato: dentibus lineari-subulatis approximatis unilateralibus, leguminibus oblongo-triquetris utrinque attenuatis sparse pilosis calyce duplo longioribus bilocularibus.

Hab. in montosis fruticetis deserti soongoro-kirghisici prope Arkalyk (KAREL. et KIRIL.). ♃.

Foliola majuscula. Flores intense rosei, breviter pedicellati. Habitus ob folia majuscula omnino distinctus ab A. cerateide et affinibus. Legumina fere A. pycnolobi BUNGE, sed erecta nec nutantia, foliola multo majora; inferiora obtusa, stipulae acutiusculae nec acuminatae caulis basi lignescens etc. Ambigit inter hypoglottideos et onobrychoideos (KAREL. et KIRIL. l. c.).

§. 2. *Stipulae liberae, nec inter se coalitae.*

† radice perenni (v. rarissime bienni).

a. *racemis v. spicis pedunculo plus minus elongato suffultis.*

39. *A. austriacus* (L. Sp. 1070) diffusus parce adpresse pilosus, caule striato-sulcato, stipulis ovatis acutis liberis, foliolis linearibus truncato-emarginatis 5—10jugis; foliorum inferiorum obovato-oblongis, floribus laxe racemosis, pedunculis folio longioribus, bracteis orbiculatis ovatisve pedicellum subaequantibus, calycis tubo dentibus triplo longiore, corollae vexillo alisque emarginatis, leguminibus horizontalibus calyce quadruplo longioribus linearibus subtriquetris adpresse pilosis bilocularibus.

A. austriacus. DEC. *Astragal* p. 79. Nr. 1. — WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1288. — DEC. *Prodr. II*, p. 284. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1183; *Nachtr.* p. 296 (excl. syn. PALL.). — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 193. — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 939. — LEDEB. *Fl. alt. II*, p. 298. — EICHW. *Skizze*, p. 167. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 269. — KAR. et KIR. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 239. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 719.
A. dichopterus. PALL. *Ind. Taur.* — Ej. *Astrag.* p. 49. Nr. 52. t. 39. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1188; *Nachtr.* p. 297.

Hab. in Rossia media [gub. Saratow et Orenburg (CLAUS)] et australi [Podolia! (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), Cherson! (GÜLDENST.), ad Tanain (HENNING) et Wolgam pr. Sarepta (CLAUS)], Tauria! (PALL., M. a BIEB., STEVEN) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [septentrionalibus! (HOHENACK. pl. exs.), Armenia (KOCH) inque Sibiria altaica! (FL. ALT., KAREL. et KIRIL.). ♃.

40. *A. consanguineus* (BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 73. t. 3.) diffusus, setulis raris adpressis centro affixis adspersus, caule substriato-sulcato, stipulis ovatis lanceolatisve liberis, foliolis linearibus oblongisve obtusis retusisve 6—9jugis, racemis laxis folio (plerumque) longioribus, bracteis oblongis pedicellum subaequantibus, calycis tubo dentibus triplo longiore, corollae vexillo leviter emarginato, alis integris, leguminibus erectis calyce triplo longioribus lineari-lanceolatis subcylindraceis (subfalcatis) parce adpresse pilosis bilocularibus.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Bukan! (Bong. et Meyer). ♃.

Caules numerosi, caespitosi, herbacei, pedales et ultra. Foliola opposita, quandoque subalterna, breviter petiolulata, supra glabriuscula, subtus pilis adpressis centro affixis subcanescentia. Flores breviter pedicellati, pallide caerulescentes. Calyx campanulatus, 5dentatus: dentibus lanceolatis, pilis brevibus albis adpressis adspersus. Vexillum alas et carinam longitudine superans, obovatum, 3½ lin. longum. Alae carina longiores, oblongae, obtusae. Carina obtusa, apice integra vel quandoque incisa, 2 lin. tantum longa. Ovarium lineari-lanceolatum. Stylus filiformis. Stigma parum dilatatum. Legumina 4—5 lin. longa, vix linea latiora, stylo persistente terminata. Semina in quovis loculo 4, reniformia.

Habitum A. austriaci omnino exhibet, e quo autem, praeter alas integerrimas et leguminum directionem, pluribus adhuc notis differt. (Bong. et Meyer l. c.)

A. olopterus Dec. (*Prodr. II*, p. 284) ex diagnosi huic magis videtur affinis, quam reliquis Astragalis altaicis mihi notis. Ab A. puberulo, cui am. Meyer illum vult adnumerare, alis differt integris nec emarginatis et foliolis supra glabris nec puberulis.

41. *A. ervoides* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 352) multicaulis pilis adpressis centro affixis subincanus, caulibus obliquis v. adscendentibus, stipulis ovato-lanceolatis acutis liberis, foliolis 9—13 linearibus; foliorum inferiorum oblongo-linearibus, racemis paucifloris, pedunculis folio longioribus, bracteis oblongis pedicellum aequantibus v. parum superantibus, calycis tubo dentibus duplo longiore, corollae vexillo alisque emarginatis, leguminibus erectis calyce 4—5plo longioribus lineari-oblongis cylindraceis acuminatis parce adpresse pilosis bilocularibus (loculis polyspermis).

Hab. in subsalsis Davuriae ad fines Chinae! (Turcz.). ♃.

Caules tenuissimi, graciles, 4—6 pollicares, subsimplices, parce foliosi. Folia petiolis filiformibus suffulta. Foliola, exceptis subinde foliorum infimorum, angustissime linearia, remota, pleramque opposita, rarius subalterna. Flores speciosi. Corollae roseae. Legumina 6 poll. longa, lin. circiter lata.

42. *A. meliloloides* (Pall. *It. III*, app. p. 748. Nr. 117. t. D. d. f. 1. 2) erectus, caule ramosissimo sulcato superne incano-puberulo, stipulis lanceolatis acutis liberis, foliolis bijugis cum impari cuneato-oblongis subemarginatis, floribus racemosis subcernuis, pedunculis folia multoties superantibus, bracteis lanceolatis minutis pedicello brevioribus, calycis tubo dentibus duplo longiore, corollae vexillo retuso, alis latere emarginatis, leguminibus erectis obovato-orbiculatis didymis transversim rugosis bilocularibus (loculis 1—2spermis).

A. melilotoides. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1266. — Dec. *Prodr. II*, p. 284. — Pall. *Astragal.* p. 51. Nr. 54. t. 41. — Dec. *Astragal.* p. 112. Nr. 37. — Pall. *It. III*, p. 266. 268. 317. 340. — Siev. in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174. — Georgi. *Beschr d. Russ. R. III*, 4. p. 1187; *Nachtr.* p. 297. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 298. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 353.

A. caulibus erectis ramosissimis, pedunculis foliis longioribus, foliolis quinis, floribus laxe spicatis, leguminibus rotundis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 38. Nr. 51.

Lotus montana, erecta, oblongo et angusto folio, parvula, et siliqua Meliloti, septo oblique transverso divisa, bicapsulari, semine utrinque bino. MESSERSCHM. in AMMAN. *ruth.* p. 119. Nr. 157.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.), ad fl. Jenisei (PALL.), pr. Minusinsk! (LESSING *in herb. reg. berol.*), ad lacum Baikal inque ins. Olchon (STELLER ex J. G. GMELIN), in regionibus transbaikalensibus! (PALL., SIEV., TURCZ., SCHTSCHUKIN) et Davuria! (TURCZ., FRISCH. *pl. exs.*). ⊙.

β. tenuis: minor, foliolis linearibus.

A. tenuis. TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 354.

Hab. in montosis siccis Davuriae! (TURCZ.) ⊙.

43. *A. rytidocarpus* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 315. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 293) adscendens subincanus, stipulis ovatis mucronatis acuminatisve; infimis subconcretis, foliolis oblongo-linearibus 4jugis, spicis capitatis paucifloris, pedunculo folium subaequante, leguminibus abbreviatis subgloboso-didymis sessilibus transversim rugosis subreticulatis villosulis stylo obliquo apiculatis bilocularibus.

Hab. in Sibiria altaica, in insulis fl. Tschuja ex adverso ostii fl. Kurai! (FL. ALT.). ♃.

44. *A. puberulus* (LEDEB. *Fl alt. III*, p. 299. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 291) erectus subincano-puberulus multicaulis, caulibus teretibus laevibus, stipulis membranaceis ovato-lanceolatis subacuminatis liberis, foliolis oblongis v. oblongo-linearibus obtusis retusisve 6—11jugis, floribus racemosis subcernuis, pedunculis folio subduplo longioribus, bracteis lanceolatis pedicello subbrevioribus, calycis tubo dentibus duplo longiore, vexillo retuso alas emarginatas superante, leguminibus erectis ovato-triquetris coriaceis glaberrimis bilocularibus.

A. puberulus. BUNGE. *Enum. alt.* p. 68. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 240.

A. leptostachys. SIEVERS in WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1265. — WILLD. *herb.* Nr. 13,972.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.), deserto soongoro-kirghisico inter Usunbulak et Gorkoi piket (KAREL. et KIRIL.). ♃.

Leguminum, quae ipse non vidi, descriptio ex BUNGE *l. c.*

Nomen A. puber. nec leptost. retinui, ne cum planta homonyma PALL. (synon. A. sulcati) confundatur.

45. *A. vicioides* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 301. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 286) caule erecto glabro superne subsulcato, stipulis ovato-lanceolatis subacuminatis liberis, foliolis oblongis obtusis suboctojugis, floribus racemosis cernuis, pedunculis folio subduplo longioribus versus apicem pilosiusculis, bracteis ovato-lanceolatis oblongisve pedicellum subaequantibus, calycis dentibus tubo duplo brevioribus, vexillo emarginato, alis integris, leguminibus erectis ovato-triquetris coriaceis glaberrimis bilocularibus (loculis oligospermis).

Hab. in Sibiriae altaicae pratensibus ad utrumque ripam fl. Irtysch extensis, in deserto barabensi v. gr. circa fodinas Nikolajew! et Loktewsk! et soongoro-kirghisico circa montes Tschingistau! (FL. ALT.). ♃.

46. *A. longipes* (KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 241) caule erecto puberulo sulcato, foliolis ovatis v. ovato-oblongis obtusis 9—10-jugis, pedunculis folio 5—6tuplo longioribus, floribus remotis, bracteis membranaceis parvis pedicellos subaequantibus, pedicellis calyce duplo

brevioribus, dentibus calycinis abbreviatis, vexillo alas integras obtusas carina longiores superante emarginato, leguminibus ovato-oblongis triquetris subbilocularibus (loculis 4spermis).

Hab. in Sibiriae altaicae alpinis et subalpinis Tarbagatai ad torrentem Tschebarak-Assu (Karel. et Kiril.). ♃.

Spicae longissimae, flores valde remoti, pulchre roseo-purpurascentes. Plurimis notis accedit ad A. vicioidem, tamen distinctus pubescentia, pedunculis spicisque longissimis folia 5—6tuplo superantibus, floribus magis remotis, foliolis brevioribus basi semper ovatis, pedicellis brevioribus bracteas subaequantibus, nec illis fere duplo brevioribus.

47. *A. sulcatus* (L. Sp. 1065) caule erecto glabro sulcato, stipulis ovato lanceolatis liberis, foliolis oblongo-linearibus apice integris sub-11jugis, floribus racemosis erectiusculis, pedunculis absque racemo folium subaequantibus, bracteis ovatis pedicello longioribus, calycis dentibus tubum subaequantibus, vexillo emarginato, alis integris, leguminibus erectis subtriquetris acuminatis membranaceis parce adpresse pilosis breviter stipitatis subunilocularibus.

A. sulcatus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1263. — Dec. *Prodr. II*, p. 284. — Ej. *Astragal.* p. 110. Nr. 35. — Pall. *It. III*, p. 515. 522. 537. 653. — Lepech. *It. I*, p. 259; *III*, p. 73. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 302. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 269. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 74. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 242.

A. leptostachys. Pall. *Astragal.* p. 50. Nr. 53. t. 40 (non Willd.).

Hab. in Rossia australi [des. caspio! (Pall., Lepech., Claus)], Sibiria [uralensi (Lepech.), ad lacum Karakul! (Lessing *in herb. reg. berol.*), altaica ad fl. Irtysch! (Pall., Fl. alt.), in deserto soongoro-kirghisico pr. Ajagus (Karel. et Kiril.) et baikalensi in deserto alarensi a sinistro fl. Angara (Schtschukin ex Turcz. *in litt.*)] inque Davuria (Pall.). ♃.

Ab A. vicioide praeter alias notas leguminum magnitudine, figura et structura interna facile dignoscitur.

48. *A. asper* (Jacq. *Icon. rar. I*, t. 33) pilis adpressis centro affixis asper, caule erecto stricto sulcato, stipulis lanceolato-linearibus, foliolis oblongo-linearibus acutis 12—15jugis, floribus spicatis erectis, pedunculis folio plus duplo longioribus, bracteis calycis tubum dimidium subaequantibus longitudine circiter dentium, vexillo emarginato, alis integris, leguminibus erecto-adpressis rectis oblongo-triquetris acuminatis coriaceis adpresse nigro-pilosis sessilibus semibilocularibus.

A. asper. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1271. — Dec. *Astragal.* p. 135. Nr. 63. — Ej. *Prodr. II*, p. 294. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 187. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 936. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 142. — Eichw. *Skizze.* p. 167. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 270.

A. chloranthus. Pall. *Astragal.* p. 30. Nr. 34. t. 25. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachträge* p. 300.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi (Andrz. ex Besser, Eichw.), gubern. Cherson! (Ledeb.), ad Tanain (Henning), ad Wolgam (Pall.) pr. Sarepta! (Claus), in deserto caspio (Pall.) inque campestribus Caucaso adjacentibus ad fl. Terek et Kuma (M. a Bieb., C. A. Meyer)]. ♃.

49. *A. falcatus* (Lam. *Encycl. méth. I*, p. 310 non Desf.) pilosiusculus: pilis adpressis centro affixis, caule erecto striato-sulcato, stipulis lanceolatis acuminatis, foliolis oblongis acutis mucronatisve 16—20jugis, floribus racemoso-spicatis deflexis, racemo elongato denso, pedunculis folium

subaequantibus, bracteis calycem superantibus, leguminibus pendulis falcatis compresso-trigonis acutis adpresse nigro-pilosiusculis bilocularibus.

A. falcatus. PALL. *Astragal.* p. 34. Nr. 37. t. 28. — DEC. *Astragal.* p. 141. Nr. 70. t. 26. — Ej. *Prodr. II*, p. 293. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 301. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 142. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 250.
A. virescens. AIT. *h. kew. III*, p. 73. — WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1272. — DEC. *Astragal.* p. 201. — M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 490.
A. isetensis. HORTULAN.
A. microphyllo affinis. PALL. *It. III*, p. 683.
A. species. PALL. *It. II*, p. 55.

Hab. in Rossia australi [terra Cosaccorum (PALL.)], provinciis caucasicis [promontorio caucasico alt. 400—500 hexap. (C. A. MEYER), pr. acidulam Narzana (M. a BIEB.), in Iberia! (WILHELMS) et territorio Elisabethpol (HOHENACK.)] inque Sibiriae uralensis provincia Iset (PALL., J. G. GMEL.) ♃.

50. *A. nigrostriatus* (C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 719) multicaulis sublignosus pube adpressa densa argenteo-canus, caule pilis medio affixis nigris procumbentibus nigro-striato, foliolis 6jugis oblongis obtusis, spicis terminalibus axillaribusque (floribus ochroleucis), calyce nigro-striato: dentibus longe linearibus, vexillo lineari-oblongo, legumine arcuato resupinato 1—2spermo (KOCH).

Hab. in Armenia (C. KOCH). ♃.

Locus in genere mihi dubius.

51. *A. Cicer* (L. SP. 1067) diffusus pilosus: pilis accumbentibus basi affixis, stipulis lanceolatis, foliolis elliptico-oblongis mucronatis 8—14jugis, floribus in racemo subcapitato ovato breviter pedicellatis, pedunculis folio brevioribus longioribusve, bracteis lanceolatis calyce brevioribus, leguminibus erectis inflato-subglobosis hirsutis subsessilibus bilocularibus mucronatis: mucrone reflexo.

A. Cicer. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1274. — DEC. *Prodr. II*, p. 293. — PALL. *It. III*, p. 521. 543. 548. 584. 653. 660. — GEORGI *It. I*, p. 226. — PALL. *Astragal.* p. 37. Nr. 42. — Ej. *Ind. Taur.* — DEC. *Astragal.* p. 130. Nr. 57. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1184. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 189. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 219. — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 937. — HÖFFT. *Cat. Kursk* p. 48. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 142. — EICHW. *Skizze* p. 167. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 250. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 270. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 135. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 720.
A. caulibus ramosis, pedunculis longissimis, spicis ovatis arctis, foliolis ovatis obtusis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 44. Nr. 58?

Hab. in Rossia media [Lithuania (JUNDZ., EICHW.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Kursk (HÖFFT), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZEN, C. A. MEYER *in litt.*), Saratow! et Orenburg (CLAUS)] et australi (PALL.) [Kiew (TRAUTV. *in litt.*), Podolia (BESSER), pr. Taganrog! (ELSINGK *pl. exs.*), ad Tanain (HENNING), in deserto caspio (PALL.) et cumano (SOKOLOFF ex PALL.)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [pr. Kislar! (BLUM), in promont. occid. circa m. Beschtau alt. 300—500 hexap. et pr. Grosnaja (C. A. MEYER), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), Armenia (KOCH)] inque Sibiria [altaica ad Jeniseam (J. G. GMEL.), baikalensi (GEORGI), orientali ad fl. Lena (J. G. GMEL.)] et Kamtschatka (J. G. GMEL.). ♃.

52. *A. secundus* (DEC. *Astragal.* p. 128. Nr. 55) procumbens glaber, stipulis ovato-oblongis margine pubescentibus bracteisque foliaceis, foliolis ovatis 4—5jugis, pedunculis folio longioribus, floribus secundis patulis, calycibus truncatis, leguminibus stipitatis compressis oblongis glabris.

A. secundus. Poir. *Encycl. méth. Suppl. I*, p. 512. — Dec. *Prodr. II*, p. 292.
Hab. in Sibiria australi (Dec.). ♃.

Caulis herbaceus, procumbens, cylindricus, sulcatus, glaber, ramosus. Stipulae binae, foliaceae, ovato-oblongae, magnae, margine pubescentes. Foliorum petiolus sulcatus, 12—15 centimet. longus. Foliola 9—11, opposita, ovata, obtusa, glabra, 3 centimet. longa, 15 millimet. lata. Pedunculi axillares, nudi, folio paulo longiores. Flores 7—10, secundi, pedicellati, aggregati, patuli. Bracteae foliaceae, ovato-oblongae, margine pubescentes, pedicello longiores. Calyx cylindricus, truncatus, pallidus, vix 5-dentatus. Corolla ex albo flavicans, calyce longior. Vexillum ovatum, obtusum, extus revolutum, alis aequale. Alae stipitatae: limbo lato, basi hinc profunde appendiculato. Carina alis subaequalis. Legumen intra calycem pedicellatum, oblongum, utrinque acutum, compressum, glabrum, polyspermum.

Affinis A. glycyphyllo. Differt stipulis et bracteis foliaceis, foliis glabris, floribus secundis, calycibus truncatis, leguminibus pedicellatis. (Dec. *Astrag. l. c.*)

53. *A. glycyphyllos* (L. Sp. 1067) procumbens fere glabriusculus, stipulis oblongis ellipticisve mucronatis acuminatisve parce ciliatis, foliolis ovato-ellipticis 5—6jugis, racemis ovato-oblongis, pedunculis folia 2—3plove brevioribus, leguminibus arcuatis sparsis erectis demum conniventibus lineari-oblongis compresso-triquetris canaliculatis glabriusculis bilocularibus obscure stipitatis sensim attenuatis in stipitem crassum calyce breviorem.

A. glycyphyllos. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1276. — Dec. *Prodr. II*, p. 292. — Pall. *Astragal.* p. 96. Nr. 102. — Dec. *Astragal.* p. 127. Nr. 54. — Pall. *It. III*, p. 637. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 150. — Lepech. *It. I*, p. 30. 196; *III*, p. 140. — Fisch. *Livl.* p. 272. — Falk. *Beitr. II*, p. 227. — Güldenst. *It. I*, p. 112. 195; *II*, p. 187. 321. 327. 343. — Stephan. *Fl mosq.* Nr. 494. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1184. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 189. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 218. — Mart. *Fl. mosq.* p. 128. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 938. — Lucé. *Fl. osil.* p. 416. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 48. — Ledeb. *Fl. alt. III.* p. 346. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 142. — Eichwald. *Skizze* p. 167. — Ej. *casp. cauc.* p. 29. — Claus *Ind. des.* in Göbel *It. II*, p. 270. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 108. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 256.
A. Rivini. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 18.
A. lunatus. Gilibert. *Fl. lithuan. IV*, p. 110. — Ej. *Exerc. phytol. I.* p. 267.
A. galegiformis. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 250.
Hab. in Rossia [usque ad Wolgam, etiam in borealioribus (Pall.)] media [ins. Osilia (Lucé). Livonia! (Fisch.). Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.). Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan, Mart.), Wladimir pr. Murom (Lepech.), Pensa! (Jacquet. *pl. exs.*), Kasan (Lepech., Falk, C. A. Meyer *in litt.*), Wiätka (Lepech.), Perm (Pall.), Saratow (Claus)] et australi [Kiew (Güldenst., Trautv. *in litt.*). Podolia (Besser), Ucrania (Güldenst.), ad Tanain (S. G. Gmel., Güldenst., Henning), in desertis ad utrumque Wolgae littus extensis (Falk)]. Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (Pall., M. a Bieb.) [ad fl. Terek (Güldenst.), in promontorio, m. Beschtau alt. 200—380 hexap. nec non pr. castellum Grosnaja (C. A. Meyer), in Somchetia (Eichw.), territ. Elisabethpol, m. Sarial, provinc. Karabagh et pr. Lenkoran (Hohenack.)] inque Sibiria uralensi pr. Jekaterinenburg (Uspenski) et altaica (Fl. alt.) ad fl. Ob (Pall.). ♃.

54. *A. glycyphylloides* (Dec. *Prodr. II*, p. 292) procumbens pubescens, stipulis ciliatis; infimis lanceolatis; reliquis lanceolato-linearibus

elongato-subulatis, foliolis ellipticis 5—8jugis, racemis abbreviatis ovatis, pedunculis folio brevioribus, leguminibus subsecundis patentibus rectis oblongis depressis canaliculatis glabris bilocularibus manifeste stipitatis abrupte attenuatis in stipitem calycem subaequantem.

A. glycyphylloides. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 142.
A. uliginosus. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 188 ([excl. syn.] ex C. A. Meyer). — Eichw. *casp. cauc.* p. 29.
Hab. in Tauriae valle Baidari! (Parrot *pl. exs.*) inque provinciis caucasicis [Iberia (Stev. ex Dec., Wilhelms *pl. exs.*), in sylvis regionis orientalis (M. a Bieb.), Somchetia (Eichw.), in sylvis m. Talüsch, alt. 500—700 hexap. (C. A. Meyer)]. ♃.

55. *A. phacaeformis* (Bunge. *Enum. alt.* p. 69) suberectus pilosiusculus, stipulis ovatis lanceolatisve subacuminatis, foliolis oblongis acutis 6—8jugis, floribus in racemo cylindraceo denso demum laxiusculo subnutantibus, pedunculis folio longioribus, alis apice bifidis, leguminibus rectis oblongis utrinque acutis triquetris canaliculatis glabris bilocularibus secundis longe stipitatis: stipite calycem duplum subsuperante; junioribus erectis; adultis subpendulis.

Phaca australis. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 270 (non L.).
Phaca australis β. altaica. Fisch. in Dec. *Prodr. II*, p. 274.
Hab. in Sibiria altaica! (Fl. alt.). ♃.

Planta florifera simillima est A. bifido Turcz., fructifera vero ob legumina stipitata primo intuitu dignoscenda. — Variat foliolis latioribus et angustioribus, supra glabris et utrinque pilis adpressis plus minus dense adspersis.

56. *A. galegaeformis* (L. Sp. 1066) caule erecto glabriusculo, stipulis lanceolatis marcescentibus, foliolis elliptico-oblongis supra glabris subtus pilis adpressis pubescentibus 12—15jugis, floribus in racemo cylindraceo elongato pendulis, pedunculis (absque racemo) folio brevioribus, leguminibus semi-elliptico-oblongis utrinque acutis triquetris canaliculatis glabris pendulis longe stipitatis bilocularibus: loculis monospermis.

A. galegaeformis. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1271. — Dec. *Prodr. II*, p. 294. — Pall. *Astragal.* p. 35. Nr. 38. t. 29. — Dec. *Astragal.* p. 133. Nr. 61. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1183; *Nachtr.* p. 296. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 187. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 142. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22. 26. 29.
Hab. in provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst. ex Pall., M. a Bieb.), pr. acidulam Narzana (M. a Bieb.), in promontorio et in regione subalpina totius caucasi, alt. 300—800 hexap. (C. A. Meyer), Mingrelia (Eichw.), Iberia! (Wilh., Eichw.), Kachetia (Eichw.) et Somchetia! (Eichw., Hohenack. *pl. exs.*)]. ♃.

57. *A. davuricus* (Dec. *Prodr. II*, p. 285) erectus pilosus, stipulis liberis; inferioribus lanceolato-linearibus acuminatis; superioribus setaceis, foliolis oblongo-ellipticis mucronatis 5—9jugis, racemis multifloris pedunculatis folio longioribus, bracteis setaceis calycis tubum superantibus, dentibus calycinis setaceis; 2 superioribus tubo parum; 3 inferioribus illo duplo triplove longioribus, leguminibus erectis incurvis subtriquetris pilosis bilocularibus (loculis polyspermis).

A. davuricus. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 310. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 318. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 355. — C. Koch in *Linnaea XV*, p. 719.
Phaca davurica. Pall. *It. III.* p. 321.
Galega davurica. Pall. *It. III*, app. p. 742. Nr. 107. t. W. f. 1. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 234.
Tephrosia davurica. Pers. *Syn. II*, p. 328. — Spreng. *Syst. Veg. III*, p. 234.

Hab. in provinciis caucasicis [in deserto ad monasterium Etschmiadsin (C. Koch)] in Sibiriae altaicae tractu orientali! (Fl. alt.), transbaikalensi! (Pall., Turcz., Schtschukin) et Davuria (Pall., Turcz.). ⊙ v. ⊙.

Planta caucasica differt a planta Pallasiana caule adscendente, dentibus calycinis longe linearibus, pilis adpressis, stipulis brevioribus (C. Koch l. c.).

58. *A. orbiculatus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 311 (excl. syn. Sievers). — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 290) villosus procumbens v. erectiusculus, stipulis liberis; inferioribus suborbiculatis mucronatis; superioribus rameisque ovatis acuminatis oblongisve, foliolis suborbiculatis mucronatis 6—11jugis, racemis subtrifloris pedunculatis, pedunculo folium dimidium subaequante, bracteis oblongo-linearibus calycis tubum superantibus, dentibus calycinis lanceolato-linearibus tubum aequantibus, leguminibus subellipticis compressis mucronatis villosis calyce vix duplo longioribus bilocularibus.

A. orbiculatus. Bong. et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 81.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Irtysch infra ostium fl. Bukan! (Fl. alt.). ♃.

59. *A. roseus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 330. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 300) erectus v. adscendens, caule albo-villoso, stipulis lanceolatis acuminatis extus villosis, foliolis 8—11jugis obovato-ellipticis incano-villosis, spicis capitatis subglobosis, pedunculis folio 2—5plo brevioribus, calycis villosi dentibus setaceis tubum superantibus corollam subaequantibus, leguminibus obovatis triquetris calycis tubum parum superantibus lanatis unilocularibus.

A. roseus. Bong. et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 90. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 258.

Hab. in campestribus salulosis Sibiriae altaicae ad fl. Irtysch inque des. barabensi et soongoro-kirghisico! (Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♃.

60. *A. candidissimus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 309. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 287) albo-tomentoso-lanatus, radice repente, caule erecto, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis intus glabris, foliolis suborbiculatis mucronatis 7—10jugis, spicis capitatis, pedunculis folium subaequantibus, calycis dentibus tubo 3—4plo brevioribus, leguminibus inflato-ovatis longissime reflexo-acuminatis pubescenti-villosis demum subglabris calyce multo majoribus bilocularibus.

A. candidissimus. Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 80.

Hab. in Sibiriae altaicae arenosis ad fl. Irtysch inter fl. Kurtschum et Narym in eum influentes! (Fl. alt.). ♃.

61. *A. dasyanthus* (Pall. *It. III*, p. 749. Nr. 119. t. G g *. f. 1. A) villosus erectus v. adscendens, stipulis ovatis lanceolatisve membranaceis extus villosis, foliolis ellipticis v. ovato oblongis submucronatis 10—16jugis, spicis capitatis subglobosis, pedunculis folio brevioribus, calycis dentibus lanceolato-linearibus tubum subaequantibus, leguminibus ovato-triquetris villosis calycis tubo subduplo longioribus.

A. dasyanthus. Pall. *Astragal.* p. 79. Nr. 86. t. 65. — Dec. *Astragal.* p. 170. Nr. 108. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1188 (Pall. It. falso cit.). — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1260. — Dec. *Prodr. II*, p. 301. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 184. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 932. — Schrank in *Flora 1822. II*, p. 645. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143. — Eichw. *Skizze.* p. 167. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 270.

A. caprinus. (non L.) Pall. *It. II*, p. 329. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1186.

A. eriocephalus. Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hungar. I*, p. 45. t. 46.

Hab. in Rossia australi [Kiew (Trautv. *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), Ucrania (Tschernajew ex Schrank), Cherson! (M. a Bieb., Eichw.), Jekaterinoslaw (M. a Bieb.), ad Wolgam! (Claus, Blum), in deserto caspio (Pall.) inque campestribus Caucaso subjacentibus (M. a Bieb., C. A. Meyer)]. ♃.

62. *A. Clausii* (C. A. Meyer in Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 265. t. 5) erectus, caule glabriusculo, stipulis lanceolatis, foliolis 10—12jugis ovatis v. ovato-ellipticis obtusis subtus villosis, racemis axillaribus laxis folio sublongioribus, calycis pilosissimi dentibus linearibus tubo cylindraceo corollaque sublongioribus, ovario villoso, stylo toto piloso, leguminibus . . . . .

Hab. in deserti caspii collibus gypsaceis Arsargar dictis (Claus). ♃.

Radix . . . . Caulis erectus, simplex, angulatus, pilis raris mollibus albis patulis adspersus, subglaber: internodiis 2—3 poll. longis. Folia distantia, 10—12juga; petiolus communis 4—6 poll. longus, erecto-patulus, teretiusculus, subvillosus; foliola distantia, opposita v. alterna, petiolulata, ovata, obtusa, lin. 6—8 longa, 4 lin. lata v. (foliorum superiorum) paulo minora, omnia superne glabra, subtus pilis mollibus albis patulis villosa. Stipulae herbaceae, lanceolatae, 6—8 lin. longae, petiolo ima basi adnatae, caeterum liberae, margine villo brevi pilisque elongatis copiosis barbatae. Racemi axillares, longitudine folium aequantes v. paulo superantes, erecti, laxi, multiflori; pedunculus communis teretiusculus, crassitie fili emporetici, basi nudis, i. e. nullis floribus ornatus: pedicelli erecto-patuli, 6—7 lin. longi, villosi, bractea lineari-lanceolata 4—6 lin. longa piloso-ciliata suffulti, binis praeterea bracteolis suboppositis setaceis 5 lin. longis in media parte instructi. Calyx pilis patentibus elongatis albis villosissimus: tubus 4 lin. longus, membranaceus, basi hinc gibbus; dentes subaequales, lineares, apice saepe reflexi, longitudine tubi calycis v. paulo longiores, sinubus inter dentes rotundatis. Corolla flavescens, calyce fere brevior. Vexillum ovato-oblongum, apice emarginatum, dorso subpubescens, alis carinaque paulo longius, ungue lato complicato caeterum plano v. interdum transverse plicato-crispato ideoque abbreviato stipatum. Alae carina vix longiores, falcatae, obtusae, semisagittatae, ungue filiformi recto v. plicato-crispato suffultae. Carina ut in A. vulpino. Stamina diadelpha, subaequilonga; filamenta glabra; antherae parvae, flavae. Ovarium pluriovulatum, pilosissimum. Stylus filiformis, a basi usque ad apicem pilosus. Stigma parvum, subcapitatum. Legumen ignotum. — Species distinctissima, habitu (si inflorescentiam praetermittas), foliis, stipulis, nec non calycibus A. vulpino similis, sed inflorescentia racemosa potius cum A. Schanginiano et longifloro convenit (C. A. Meyer l. c.).

63. *A. virgatus* (Pall. *Astragal.* p. 20. Nr. 25. t. 18 (excl. syn. Linn.)) pilis bipartitis adpressis plus minus canescens erectus, caule basi lignescente, stipulis membranaceis ovatis lanceolatisve, petiolis foliolo brevioribus v. illud subaequantibus, foliolis oblongo-linearibus ellipticisve 6—10jugis, floribus racemoso-spicatis brevissime pedicellatis, racemis elongatis laxis, pedunculis folio duplo longioribus, bracteis lanceolato-linearibus pedicellum superantibus, calyce pilis simplicibus, patulis obtecto: dentibus setaceis; longioribus tubum dimidium superantibus, leguminibus erectis oblongis triquetris oblique rostratis adpresse pilosis demum subglabratis calyce subduplo longioribus semibilocularibus.

A. virgatus. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1467. — DEC. *Prod. II*, p. 285. — GEORGI. *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 300. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 187; *III*, p. 488. — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 934. — EICHW. *Skizze.* p. 167. — Ej. *casp. cauc.* p. 1. 4. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 264.
A. varius. S. G. GMEL. *It. I*, p. 146. t. 17; *II*, p. 196? — M. a BIEB. *casp.* p. 188. app. Nr. 58. — DEC. *Astragal.* p. 109. Nr. 34. — PERS. *Syn. II*. p. 337.
A. bohemicus. J. MAYER *in Abhandl. d. böhm. Ges. III: 1787.* p. 314. t. 1.
A. brachylobus. DEC. *Prodr. II*, p. 285. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 264.
A. ammophilus. M. a BIEB. *in litt.* (ex BESSER *in Flora 1832. II. Beibl.* p. 33). — EICHW. *Skizze.* p. 167.
A. caulibus subramosis, floribus et foliolis laxis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 50. Nr. 65.
A. incanus fruticosus, foliis viciae. BUXB. *Cent. III*, p. 21. t. 37.

β. uralensis (DEC. l. c.) caulibus pedunculo brevioribus, racemis paucifloris.

A. subulatus uralensis. PALL. *Astragal.* p. 23. Nr. 27. var. *γ*. t. 20. C. — M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 493 in nota ad A. macrolobum.
A. pedunculis longissimis, floribus laxis, foliolis multis ellipticis incanis. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 49. Nr. 64?

Hab. in Rossia media [Woronesch (S. G. GMEL.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Simbirsk, Saratow! et Orenburg! (CLAUS)] et australi [Podolia australi! (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), gub. Cherson! (M. a BIEB., EICHW.), ad Tanain (GERBER ex PALL., M. a BIEB, HENNING) et Wolgam (M. a BIEB.) pr. Sarepta! (CLAUS) et Astrachan! (LERCHE ex J. G. GMEL., EICHW.), in des. caspio (M. a BIEB., CLAUS), ad fl. Ural! (PALL., LESSING *in herb. reg. berol.*)] inque des. caucas.! (M. a BIEB., STEVEN), pr. Tarki! (EICHW.). ♃. ♄.

β. circa promontoria uralensia inter fl. Kama et Samara! (PALL., CLAUS), in provinc. Iset ad fl. Ural? (J. G. GMEL.). ♃.

A. brachylobus DEC. a genuina specie non differt nisi foliolis saepius paucioribus angustioribus, notis maxime variabilibus, et leguminibus (ex DEC.) vix calyce longioribus, quae vero in speciminibus nostris modo calycem subaequantia, modo illo duplo longiora sunt.

Var. *β.*, cujus tantum specimina florifera coram habeo, species forsan est distincta.

64. *A. scoparius* (SCHRENK. *Enum. pl. nov.* p. 82) perennis setis bipartitis adpressis argenteo-incanus, caulibus brevissimis herbaceis, foliolis anguste oblongis acutiusculis 4—5jugis, racemis elongatis interruptis longissime pedunculatis, bracteis pedicellorum longitudine, calycibus tubulosis leguminibusque setis bipartitis incumbentibus scabris, dentibus abbreviatis, leguminibus oblongis triquetris rostratis calyce sesquilongioribus.

Hab. in Sibiria altaica [promontorio mont. Alataa deserti soongoro-kirghisici (SCHRENK)]. ♃.

Affinis A virgato et praecipue A. argenteo, sed differt caulibus herbaceis (non fruticulosis) brevissimis, racemis cum pedunculo longissimis, praeterea differt ab A. virgato calycibus setis bipartitis adpressis scabris (in illo pilis simplicibus patentibus hirtis), ab A. argenteo leguminibus brevioribus.

Caules breves, 1—2 poll. longi, dense foliosi. Stipulae parvae, subovatae, acutae. Foliorum rachis 3 v. 4 poll. longa. Foliola 3—4 lin. longa, $1\frac{1}{2}$—2 lin. lata; terminale majus. Racemi cum pedunculo pedales sesqui-pedalesve, rarius breviores, folia semper longe excedentes. Flores distantes, pedicello brevi fulti, illis A. argentei v. A.

virgati similes. Calyx pro more A. argentei setulis albis aliisque paucioribus nigris, omnibus bipartitis atque arcte incumbentibus, scaber. Legumina (nondum perfecte matura) illis A. virgati valde similia. (SCHRENK l. c.)

65. *A. podocarpus* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 143) perennis pilis setaeformibus adpressis basi affixis canescens, caulibus ramosis diffusis v. erectis, stipulis lanceolatis, foliolis sublinearibus elongatis acutis 3—6jugis, spicis densifloris oblongis, pedunculis folio 2—3plo longioribus, leguminibus ovato-oblongis cylindraceo-triquetris canaliculatis in acumen deflexum attenuatis villosissimis bilocularibus stipitatis: stipite calyce dimidio breviore.

A. podocarpus. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 108.

Hab. in campis et agris mont. Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 670 hexap.! (C. A. MEYER, HOHENACK.). ♃.

66. *A. pallescens* (M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 489) pilis bipartitis adpressis subcanescens, caule basi adscendente sublignescente, stipulis herbaceis lanceolatis subfalcatis, petiolis foliolo longioribus, foliolis oblongo-linearibus sub6jugis, floribus racemoso-spicatis brevissime pedicellatis, racemis elongatis laxis, pedunculis folio 3plo longioribus, bracteis lanceolato-linearibus pedicellum superantibus, calyce pilis simplicibus patulis obtecto: dentibus setaceis; longioribus tubum dimidium superantibus, leguminibus erectis oblongis subtriquetris rectiuscule rostratis subadpresse pilosis calyce subduplo longioribus semibilocularibus.

A. pallescens. DEC. *Prodr. II*, p. 294. — EICHW. *Skizze.* p. 167. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 270.

A. cinereus. BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 935.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (ANDRZ. ex BESSER, EICHW., BESSER *in herb. reg. berol.*), gub. Cherson! (M. a BIEB.), ad Wolgam inferiorem! (CLAUS)]. ♃.

67. *A. amarus* (PALL. *Astragal.* p. 8. Nr. 11. t. 6) erectus glaber, stipulis foliaceis lunatis liberis; infimis subconcreto-vaginatis, fololis lato-ellipticis v. suborbiculatis 3—7jugis floribusque racemoso-spicatis brevissime pedicellatis remotis, racemis pedunculatis laxis folium superantibus, calyce glabro: dentibus tubo pluries brevioribus, leguminibus patentissimis apice adscendente subfalcatis oblique rostratis glaberrimis bilocularibus.

A. amarus. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1328. — DEC. *Prodr. II*, p. 299. — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 266. t. 3.

Hab. in Rossia australi [deserti caspii collibus gypsaceis Arsargar copiosissime, nec aliqi observatus! (PALL., CLAUS)] ♃.

Filamenta minime libera, sed pro more generis diadelpha.

68. *A. erioceras* (FISCH. et MEYER ex KARELIN *miss.*) caulibus erectis v. adscendentibus pilis bipartitis adpressis sericeo-incanis, stipulis foliaoeis ovatis oblongisve intus glabris, foliolis 3—4jugis; foliorum inferiorum elliptico-oblongis; superiorum oblongo-linearibus; junioribus sericeis; adultis plus minus incanis: pilis bipartitis adpressis, racemis abbreviatis paucifloris, pedunculis folio brevioribus, bracteis ovatis oblongisve nigro-pilosis pedicellum subaequantibus, dentibus calycinis

subulatis tubo basi gibboso 4plo brevioribus, leguminibus patentibus oblongis compresso-triquetris arcuatim adscendentibus villo albo longo obtectis bilocularibus calyce plus duplo longioribus.

Hab. in littore orientali m. caspii! (KARELIN). ♃.

Radix multiceps. Caules plures, 3 v. ad summum 6 poll. alti, erecti v. obliqui v. rarius adscendentes, plerumque simplices v. rarius ad basin ramo aucti. Folia inferiora plerumque e foliolis 7 elliptico-oblongis; superiora e foliolis 9 linearibus v. oblongo-linearibus composita. Racemi 3—6flori. Calyx elongatus, $\frac{3}{8}$ longitudinis totius floris occupans. Legumen arcuatum, ad suturam inferiorem 1—1$\frac{1}{4}$ poll. longum, 2 circiter lin. latum.

69. *A. subbijugus*: pilis bipartitis adpressis sericeo-incanus, caulibus abbreviatis erectis v. adscendentibus, stipulis membranaceis ovato-lanceolatis intus glabris, foliolis inferioribus 5-; superioribus sub 3-foliolatis: foliolis oblongis ellipticisve utrinque acutis versus basin subattenuatis; terminali submajore, racemis 2—5floris, pedunculis folio subbrevioribus, bracteis ovato-lanceolatis pedicellum superantibus, dentibus calycinis elongatis subulatis tubo basi gibboso 3—4plo brevioribus, leguminibus . . . . .

Hab. in deserto Kirghisorum pr. Juskunduk! (EVERSMANN *in herb. reg. berol.*). ♃.

A subsequente, cui habitu affinis, dignoscitur foliis 1- v. 2jugis cum impari, foliolis praesertim foliorum superiorum latioribus brevioribusque. Calyx curvatus, magis elongatus, $\frac{3}{8}$ longitudinis totius floris occupans: tubo basi eximie gibboso, profundius 5fido: dentibus longioribus angustioribusque. Corolla (ex schedula Eversmaniana) pallide rubra.

70. *A. lasiophyllus*: caulibus abbreviatis erectis v. adscendibus pilis bipartitis adpressis sericeo-incanus, stipulis submembranaceis ovatis oblongisve intus glabris, foliolis oblongis 6—8jugis petiolisque et pedunculis hispidis: pilis plurimis simplicibus patentibus intermixtis nonnulis bipartitis adpressis, floribus subgeminis breviter pedicellatis, pedunculis folio brevioribus, bracteis ovatis pedicello subbrevioribus, dentibus calycinis subulatis tubo basi gibboso 4plo brevioribus, leguminibus . . . . . .

Hab. in littore orientali m. caspii! (KARELIN). ♃.

Habitus duorum praecedentium et imprimis A. erioceratis, sed superficie, foliolorum numero aliisque notis indicatis differre videtur.

71. *A. megalanthus* (DEC. *Astragal.* p. 131. Nr. 58. t. 20) diffusus adscendens pilis adpressis basi affixis subincanus, stipulis ovato-lanceolatis intus glabris, foliolis ellipticis 7—11jugis, floribus in racemo ovato demum subelongato erecto-patentibus demum subreflexis, pedunculis folio subbrevioribus, calycibus vesicariis: dentibus tubo 3plo brevioribus, leguminibus deflexis ovatis triquetris mucronatis villoso-hispidis calycem vix excedentibus bilocularibus.

A. megalanthus. DEC. *Prodr. II*, p. 288. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 307.
A. saxatilis, floribus albis in spicam brevem digestis, siliqua hirsuta. MESSERSCHM. in AMMAN. *ruth.* p. 122. Nr. 163.
Cajanus megalanthus. SPRENG (ex DEC. l. c.).

Hab. in Sibiriae altaicae collibus apricis! (Fl. alt.), ad fl. Jenisei (Messerschmidt ex Amman.). ♃.

72. *A. saccocalyx* (Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 83) caulescens diffusus, stipulis ovato-lanceolatis, foliolis (9—11) ovatis oblongisve acutiusculis muticis setis bipartitis patulis hirtis, racemis axillaribus foliorum longitudine, pedicellis bractea lanceolata brevioribus, calycibus fructiferis vesicariis oblongis: dentibus tubo subtriplo brevioribus, leguminibus sublinearibus acuminatis pilosis calyce inclusis.

Hab. in deserti soongoro-kirghisici promontorio mont. Labassy (Schrenk). ♃.

Proximus A. megalantho, a quo distinguitur foliis setis patentibus saepe flexuosis hirtis, calycis dentibus longioribus (?L.), praesertim vero leguminibus angustis sublinearibus.

Habitu A. megalantho similis, foliis atque indumento cum A. diffuso convenit. Radix perennis, descendens. Caules breves, albidi, foliis, pedunculis crassis atque racemis cinereis. Corolla 11—12 lin. longa. Alae carinam aequantes, vexillo paulo breviores. Calyces fructiferi turgidi, oblongi, setulis albis haud copiosis setulisque paucissimis nigris adspersi: tubo 7 lin. longo; dentibus sublinearibus subinaequalibus 2 v. 3 lin. longis. Legumen longitudine calycem aequans, sed illo multum angustius, longo acumine acuminatum et (cum acumine) 9 lin. circiter longum, 2 lin. latum, pilis albis patentibus hirtum, biloculare. Semina in quovis loculo 3 v. 4, subtrapezoidea, brunnea (Schrenk l. c.).

73. *A. vesicarius* (L. Sp. 1071) diffusus pilis adpressis centro affixis canus, stipulis lanceolato-subulatis, foliolis oblongis ellipticisve 5—7jugis, spicis subcapitatis, pedunculis folio longioribus, calycibus hirsutis pube nigra adpressa et pilis albis patulis; fructiferis vesicariis, leguminibus oblongis calyce paulo longioribus hirsutis sessilibus semibilocularibus.

A. vesicarius. Dec. *Astragal.* p. 91, Nr. 15. — Ej. *Prodr. II*, p. 288.
A. dealbatus. Pall. *Astragal.* t. 23. f. 1.
A. albidus. Waldst. et Kit. *pl. rar. Hungar. I*, p. 39. t. 40. — Willd. *Spec. pl. III*, p 1293.
A. glaucus. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 186; *III*, p. 488. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 933. — Eichw. *Skisse.* p. 167.
A. mixtus. M. a Bieb. *Cent. pl. rar. ross. I*, t. 26.
A. hybridus. Willd. *herb.* Nr. 13,976. fol. 2. 3.

Hab. in Rossia australi [Podolia austr.! (Andrz. ex Besser, Eichw.), gub. Cherson! (Pall., Eichw.)] et Tauria (Pall., M. a Bieb.). ♄.

74. *A. albicaulis* (Dec. *Astragal.* p. 132. Nr. 59. t. 21) erectus basi fruticulosus pilis adpressis centro affixis canescens, stipulis ovatis lanceolatisve acutis, foliolis oblongo-ellipticis 3—4jugis, spicis subcapitatis, pedunculis folio longioribus, calycibus adpresse albo-pilosis (pilis longioribus patulis plerumque nullis); fructiferis vesicariis, leguminibus oblongis calyce subduplo longioribus albo-villosis sessilibus subbilocularibus.

A. albicaulis. Dec. *Prodr. II*, p. 189. — Pers. *Syn. II*, p. 338. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 251. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.
A. dealbatus. Pall. *Astragal.* p. 26. Nr. 30. t. 23. f. 2. 3 (excl. syn. et fig. 1). — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1263. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 186 (excl. syn. Gmel.); *III*, p. 488. — Eichw. *casp. cauc.* p. 1. 3. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 270.

A. vesicarius. PALL. *It. II*, p. 329. — GEORGI. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1186 (excl. pl. Sieversii); *Nachtr.* p. 297.

A. hybridus. WILLD. *herb.* Nr. 13,876. fol. 1.

A. villosus, erectus, spicatus, floribus flavescentibus. AMMAN. *ruth.* p. 125. Nr. 166.

Oxytropis dealbata. PERS. *Syn. II*, p. 334.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain (PALL., M. a BIEB.) et Wolgam (M. a BIEB.) inferiorem! (CLAUS) pr. Samara (AMMAN.) et Astrachan (EICHW.), in deserto caspio (PALL.), pr. Gurjew (SOKOLOFF ex PALL.), ins. Swätoi m. caspii (EICHW.)] et provinciis caucasicis [locis apricis siccis demissioribus (M. a BIEB.), Somchetia (C. KOCH.)] inque montibus uralensibus Guberlinsk! (CLAUS) et altaicis des. soongoro-kirghisici pr. Ajagus (KAREL. et KIRIL.) ♄.

Incertus sum, an jure ab antecedente separatur. Plerumque in eo differt, quod caulis magis erigitur et basi frutescit. Folia plerumque 3- v. 4-, nec 5- v. 7-juga. Spica paulo longior. Calyx pilis longioribus albis patulis destitutus. Legumina nonnihil longiora et subbilocularia. Dantur autem specimina intermedia, alia nempe caule praedita non nisi ipsa basi vix frutescente, foliolis 5jugis, caeterum A. albicauli simillima et calyce pilis arcte adpressis, patulis vero nullis instructo, qualia ipse in gub. Cherson legi; alia caule et foliolorum numero ad A. albicaulem, calyce vero ad A. vesicarium spectantia, quae, in mont. ural. lecta, am. CLAUS debeo.

75. *A. suffruticosus* (DEC. *Astragal.* p. 82. Nr. 5 (excl. syn.). — Ej. *Prodr. II*, p. 287) diffusus suffruticosus villosus, foliolis ovato-oblongis 7—10jugis, spicis capitatis paucifloris pedunculatis folio aequalibus, vexillo alis paulo longiore, calyce subinflato villoso, leguminibus patulis subtrigonis villosis.

Hab. in Sibiria transbaikalensi (DEC.). ♃. ♄.

Caulis basi fruticosus, cylindricus, 3—10 centim. altus, ramosus: ramis herbaceis, incano-villosis. Stipulae binae, lanceolatae, acuminatae, fere glabrae. Petiolus 5—6 centim. longus, pubescens. Foliola 15—21, sessilia, opposita, ovato-oblonga, superne et inferne molliter villosa, 8—10 millim. longa, 4—5 lata; impari sessili. Pedunculi axillares, teretes, subvillosi, folio breviores aut subaequales. Flores 5—6, spicato-capitati, subsessiles, majusculi. Bracteae setaceae, villosae, pedicello aequales. Calyx cylindricus, dein paulo inflatus, tandem superne fissus, extus villosus, 5fidus: laciniis acutis, aequalibus, linearibus. Corolla purpurascens, calyce duplo longior. Vexillum oblongum, obtusum, alas superans. Alae stipitatae: limbo oblongo, angusto, hinc basi hamato. Carina alis brevior, obtusa. Ovarium oblongum, pubescens. Stylus rectus, apice subincurvus. Legumen patulum, ovatum, subtrigonum, acutum, compressum, villosum, biloculare, 1 centim. longum. Semina 3—5 in quoquo loculo, reniformia, rotundata, fusca (DEC. *Astrag. l. c.*).

76. *A. stenoceras* (C. A. MEYER in BONGARD et MEYER *Suppl. Fl. alt.* Nr. 77. 3) suffruticosus diffusus pilis adpressis candicans, caulibus elongatis, foliolis oblongis 5—7jugis, pedunculis folio subduplo longioribus paucifloris, floribus subumbellato-racemosis subsessilibus, dentibus calycinis abbreviatis obtusis patulis, leguminibus rectis erectis lineari-subulatis triquetris adpresse albo-nigroque setosis calycem 4plo superantibus (BUNGE).

A. ceratoides. Bunge. *Enum. alt.* p. 71 (non M. a Bieb. ex C. A. Meyer: — excl. synon. A. angarensis Turcz.). — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 250.

A. ceratoides α. campestris. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 306 (excl. synon. praeter Pallasii).

A. subulatus altaicus. Pall. *Astragal.* p. 23 var. β. t. 20. A.

Hab. in Sibiria altaica [deserto barabensi pr. Loktewsk! et ad fl. Irtysch! (Fl. alt.), in deserto soongoro-kirghisico (Karel. et Kiril.)]. ♃.

Stipulae albidae, calyx superne albido- inferne nigro-pubescens, dentes nigri brevissimi sinubus arcuatis interstincti, flores purpurei, legumina recta, plus quam pollicaria $\frac{3}{4}$ lin. lata (Bunge l. c.).

77. *A. ceratoides* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 429) subherbaceus erectiusculus viridis pilis adpressis sparsis, caulibus elongatis, foliolis oblongis acutis emarginatisve 6—9jugis, pedunculis folia plus duplo superantibus, floribus capitato-racemosis subsessilibus, dentibus calycinis abbreviatis obtusis rectiusculis, leguminibus rectis erectis maturis nutantibus lineari-subulatis triquetris adpresse nigro-setosis calycem quadruplo superantibus (Bunge).

A. ceratoides. Dec. *Prodr. II*, p. 284.

A. ceratoides β. montanus. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 306.

A. stenolobus. Bunge. *Enum. alt.* p. 71.

Hab. in Sibiriae altaicae montosis ad fl. Tscharysch, Kan etc.! (Fl. alt.). ♃.

Stipulae virides, calyx ex toto nigro-pilosus: dentibus vere ut in praecedente, flores purpurei, legumina matura nutantia, recta, 14—15 lin. longa, lineam lata, exacte triquetra, adpresse nigro-setosa. Icon Pallasiana inter hunc et praecedentem ambigua (Bunge l. c.).

Specimina A. ceratoidis in herb. M. a Bieb. hunc nec antecedentem spectare refert cl. C. A. Meyer in Bongard et Meyer *Suppl. Fl. alt.* Nr. 77.

78. *A. pycnolobus* (Bunge *Enum. alt.* p. 72) herbaceus erectus strictus viridis pilis adpressis sparsis, caulibus elongatis, foliolis oblongis oblongo-lanceolatisve acutis 6—7jugis, pedunculis longissimis multifloris, floribus breviter racemosis pedicellatis, dentibus calycinis subulatis, leguminibus rectis nutantibus lineari-oblongis triquetris adpresse setosis calycem plus duplo superantibus.

A. ceratoidis var. pr. Syriänowsk lecta. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 306.

Hab. in Sibiria altaica pr. Syriänowsk in campestribus! (Fl. alt.), nec non ad fl. Kurtschum (Schangin et C. A. Meyer ex Bunge). ♃.

Habitus omnino alienus, foliolis magnis, floribus racemosis, leguminibus multo brevioribus latioribusque ab omnibus antecedentibus recedens, attamen evidenter affinis. Pedunculi fructiferi usque ad 10 poll. longi, stipulae lanceolatae, acuminatae, foliola ad 8 lin. longa, calyces fere A. macrolobi (A. macroceratis C. A. Meyer), flores albidi, legumina exacte triquetra, pendula v. nutantia, 8—9 lin. longa, $1\frac{1}{2}$ lin. lata (Bunge l. c.).

A. virescens Karelin, in regione orenburgensi proveniens, e speciminibus incompletis, leguminibus destitutis, ad hunc v. antecedentem spectare videtur.

79. *A. subulatus* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 193; *III*, p. 492. non Dec. *Astragal.* p. 83. Nr. 6) caulescens depressus pilis adpressis canus, foliolis linearibus oblongisve 3—6jugis, pedunculis folio longioribus, racemis paucifloris, floribus inferioribus remotioribus, dentibus calycinis lanceolato-subulatis, leguminibus erectiusculis lineari-subulatis triquetris subarcuatis adpresse albo-pilosis calyce 3—4plove longioribus.

A. subulatus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1289. — Dec. *Prodr. II*, p. 284. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 300.

A. subuliformis. Dec. *Astragal.* p. 107. Nr. 33 excl. varr. *β. γ. δ.*

α. tauricus: floribus purpureis; superioribus approximatis.

A. subulatus tauricus. Pall. *Astragal.* p. 22. Nr. 27. t. 20. A.
A. macrocarpus. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1188.

β. macilentus: floribus paucioribus purpureis, omnibus remotis.

A. subulatus macilentus. Pall. *Astragal.* p. 23. Nr. 27 var. *δ.* t. 20. D.

γ. tataricus: floribus paucioribus ochroleucis, omnibus remotis.

A. subulatus *γ*. tataricus. Dec. *Prodr. l. c.*
A. subulatus *γ*. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 194. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 940. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 250. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 107.
A. subulatus. Eichw. *Skisse* p. 167. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 264.
A. subuliformis. Dec. *Astragal.* p. 107. Nr. 33. var. *γ* (?).

δ. procerior: floribus ochroleucis remotis. C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 141.

Hab. a. in Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.). ♃.

β. in Rossia australi [ad fl. Wolga et Achtuba (Pall.)] et Tauria! (M. a Bieb.). ♃.

γ. in Rossia australi [Podolia australi (Andrz. ex Besser), gub. Cherson ad m. nigrum (Eichw.), ad Tanain (M. a Bieb., Henning) et Wolgam (M. a Bieb.) pr. Saratow, Sarepta! et Astrachan (Claus), in deserto caspio et cumano (M. a Bieb.)] inque provinciis caucasicis! [in territorio Elisabethpol et provincia Talüsch pr. Tatuni (Hohenack.)]. ♃.

δ. in provincia Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 670 hexap.! (C. A. Meyer). ♃.

80. *A. corniculatus* (M. a Bieb. *Cent. pl. rar. ross. I*, t. 45. — Ej. *Fl. t. c. III*, p. 492) procumbens suffruticosus pilis adpressis canus, foliolis linearibus 3—7jugis, pedunculis folio longioribus paucifloris, floribus subumbellatis, dentibus calycinis lanceolatis, leguminibus subulato-triquetris subarcuatis patentissimis.

A. corniculatus. Dec. *Prodr. II*, p. 284. — Eichw. *Skisse* p. 167. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 356. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

A. caulibus subramosis prostratis, floribus capitatis, leguminibus subulatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 51. Nr. 66.

Hab. in Rossia australi [Podolia, Bessarabia, Cherson! (M. a Bieb.)] inque Sibiria altaica pr. Krasnojarsk! J. G. Gmel., Turcz.) et baikalensi ad Angara fl. pr. Balugansk! (Turcz.). ♃. ♄. — In turcica provincia Kars (C. Koch).

81. *A. arcuatus* (Karel. et Kiril. *Enum pl. alt.* Nr. 247) suffruticosus diffusus pilis patentibus centro affixis sericeo-villosus, foliolis oblongo-cuneatis 4jugis, pedunculis folia 2—3plo superantibus paucifloris, floribus umbellato-racemosis breviter pedicellatis, dentibus calycinis subulatis, leguminibus falcatis compressis villoso-sericeis calyce duplo longioribus.

Hab. in Sibiriae altaicae campestribus ad fl. Irtysch inter Omsk et Semipalatinsk, nec non inter Dschartasch et Arkat deserti soongoro-kirghisici (Karel. et Kiril.). ♃.

Pili centro affixi, apicibus divaricato-patentibus, qua pubescentiae indole leguminibusque brevioribus atque foliolis cuneatis a proximo A. compresso bene distinctus.

82. *A. compressus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 304. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 289) suffruticosus prostratus pilis adpressis centro affixis sericeus, foliolis oblongo-linearibus sub3- (rarius 2–5-) jugis, pedunculis folio 2–3plove longioribus, floribus umbellato-racemosis breviter pedicellatis, dentibus calycinis lanceolato-subulatis, leguminibus erectis rectiusculis (maturis (ex Bunge) arcuatis) linearibus compressis adpresse pilosis calyce 3—4plo longioribus.

A. compressus. Bunge *Enum. alt.* p. 72 in nota ad A. pycnolobum. — Bongard et Meyer *Suppl. Fl. alt.* Nr. 76.

Hab. in Sibiriae altaicae arenosis ad fl. Irtysch! (Fl. alt.), infra ostium fl. Kurtschum (Bong. et Meyer). ♃. ♄.

83. *A. Arbuscula* (Pall. *Astragal.* p. 19. Nr. 24. t. 17) erectus fruticosus pilis adpressis centro affixis subsericeus, foliolis oblongo-linearibus versus basin attenuatis 2—3jugis, spicis subcapitatis demum elongatis, pedunculis folio 3—4plo longioribus, dentibus calycinis subulatis, leguminibus horizontalibus rectis linearibus triquetris adpresse nigro-alboque pilosis apiculatis bilocularibus calyce 3—4plo longioribus.

A. Arbuscula. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1268. — Dec. *Astrag.* p. 104. Nr. 28. — Ej. *Prodr. II*, p. 286. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 300. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 304. — Bong. et Meyer *Suppl. Fl. alt.* Nr. 75. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 245. — Willd. *herb.* Nr. 13,977. fol. 2.

Hab. in Sibiriae altaicae! rupestribus pr. Ustkamenogorsk et alibi (Fl. alt.) inque deserto soongoro-kirghisico! (Sievers ex Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♄.

84. *A. horizontalis* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 246) erectus fruticosus subsericeus, foliolis linearibus longissimis 3jugis, pedunculis folio multo longioribus paucifloris, floribus (7—10) umbellato-racemosis, leguminibus horizontalibus linearibus triquetris adpresse nigro-alboque pilosis calyce multoties longioribus bilocularibus.

Hab. in argillosis deserti soongoro-kirghisici ad rivulos Tonsyk et Narym (Karel. et Kiril.). ♄.

Quam maxime affinis A. Arbusculae, tamen differre videtur foliolis linearibus angustissimis et longissimis, fructibus etiam angustioribus longioribusque atque umbellis paucifloris magis confertis (Karel. et Kiril. l. c.).

85. *A. fruticosus* (Pall. *Astragal.* p. 21. Nr. 26. t. 19) erectus fruticosus, foliolis 5—10jugis oblongis v. oblongo-linearibus subtus pilis adpressis centro affixis plus minus dense adspersis supra demum subglabris, spicis subcapitatis, pedunculis folio longioribus, dentibus calycinis elongatis subulatis, leguminibus erectis rectis oblongis triquetris villosis stylo apiculatis calyce 2—3plo longioribus ultra medium 2- apice 1locularibus.

A. fruticosus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1269. — Dec. *Astrag.* p. 103. Nr. 27. — Ej. *Prodr. II*, p. 286. — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 297. —

Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 303. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 269. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 357. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

A. suffruticosus. Pall. *It. III*, p. 230. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1188.

A. cornutus. Pall. *It. I.* p. 440. app. p. 499. Nr. 122; *III*, p. 513. — Georgi *Beschr. d Russ. R. III.* 4. p. 1188; *Nachtr.* p. 297.

A. vimineus. Pall. *Astragal.* p. 24, Nr. 28, t. 21. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1268. — Dec. *Astragal.* p. 102. Nr. 26. — Ej. *Prodr. II*, p. 286. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 489. — Eichw. *Skizze.* p. 167. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 264.

A. odessanus. Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 934 (consent. cl. auct. l. c. p. 74).

A. Arbuscula. Willd. *herb.* Nr. 13,977. fol. 1.

A. caulescens fruticosus, ramis herbaceis, floribus paucis subcapitatis, leguminibus villosis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 47, Nr. 62, t. 24, f. A.

A. humilis Viciae folio oblongo et angusto, purpureis, siliquis conglomeratis, longiusculis, subhirsutis. Messerschm. ex Amman. *ruth.* p. 124. Nr 165.

Hab. in Rossia australi [Podolia austr.! (Andrz. ex Besser, Eichwald), gub. Cherson pr. Odessa! (M. a Bieb., Besser, Eichw.), deserto caspio inter rivulum Useen et arenas Naryn! (Claus), deserto Kirghisorum ad fl. Ural (Pall.)], provinciis caucasicis [Iberia media! (M. a Bieb.), Armenia (Koch)] et Sibiria [uralensi (Claus), altaica!, (Fl. alt.), ad Jeniseam (Messerschm. ex Amman.), abhinc usque in regiones baikalenses! et transbaikalens.! (J. G. Gmel., Turcz., Schtschukin), orientali ad Lenam fl.! (J. G. Gmelin, Kruhse *pl. exs.*)] inque Davuria! (Pall., Turcz.). ♄.

Variat floribus albidis. — In rupestribus mont. Tarbagatai loco „Kotel“ dicto (Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 244).

86. *A. flaccidus* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 196; *III*, p. 495) procumbens herbaceus pubescenti-villosus, stipulis ovatis subacuminatis, foliolis oblongis levissime emarginatis integrisve 8—13jugis, spicis capitatis paucifloris, pedunculis folio subaequantibus, dentibus calycinis subulatis tubo 2—3plove brevioribus, leguminibus erectis rectis v. subincurvatis oblongis triquetris villosiusculis in acumen recurvatum attenuatis calyce subduplo longioribus bilocularibus.

A. flaccidus. Dec. *Prodr. II*, p. 286. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

A. hybridus Viciae foliis, floribus in capitulum congestis purpureis Gerberi. S. G. Gmel. *It. I*, p. 116. t. 18?

A. viminei var. Pall. *Astragal.* p. 24. sub Nr. 28.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia (M. a Bieb.), Mingrelia! et Imeretia (Koch)]. ♃.

b. ***spicis dense congestis v. racemis in foliorum axillis sessilibus aut brevissime pedunculatis.***

87. *A. Alopecias* (Pall. *Astragal.* p. 12, Nr. 14, t. 9) caulescens erectus, foliolis ellipticis cauleque villosis, stipulis lanceolatis, spicis sessilibus cylindraceis fere longitudine foliorum, calycis lanati tubo subgloboso; dentibus subulatis corolla sublongioribus.

A. Alopecias. Willd. *Sp. pl. III*, p. 1258. — Dec. *Atragal.* p. 146, Nr. 78 (excl. syn. Amman). — Ej. *Prodr. II*, p. 249. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachträge.* p. 299. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 317.

A. alopecuroidi affinis. Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 293.

Hab. in deserto soongoro-kirghisico ad fl. Uldschar, in lacum Alagul influentem (Sievers ex Pall.). ♃.

88. *A. alopecuroides* (L. Sp. 1064) caulescens erectus, foliolis ovato-oblongis oblongisve cauleque villosis, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis, spicis ovato-oblongis v. cylindraceis subsessilibus folio dimidio

subbrevioribus, calycis lanati dentibus setaceis tubo corollaque brevioribus.

A. alopecuroides. L. *Amoen. acad. II*, p. 359. — WILLD. *Sp. pl. III*, p. 1257 (excl. syn. AMMAN.). — DEC. *Prodr. II*, p. 294. — Ej. *Astragal.* p. 145. Nr. 76. — PALL. *It. I*, p. 230; *III*, p. 363. — GEORGI *It. II*, p. 713. — LEPECHIN. *It. I*, p. 240; *III*, p. 73. — FALK. *Beitr. II*, p. 227. — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1183 (excl. pl. lithuan.). — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 318. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 143.

A. alopecurus. PALL. *Astragal.* p. 11, Nr. 13, t. 8 (excl. syn. AMMAN.). — DEC. *Astragal.* p. 146. Nr. 77. — SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 95. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299.

Hab. in Rossiae mediae parte orientali [Saratow (LEPECH.), Orenburg (GEORGI)] et australi [in desertis cis et trans Wolgam (FALK), ad fl. Ural (PALL.)], provinciis caucasicis [regione alpina Caucasi occidentalis versus torrentem Malka, alt. 1400 hexap. (C. A. MEYER)] inque Sibiria uralensi (LEPECHIN, USPENSKI) et altaica! (FL. ALT.), ad Jeniseam (PALL.). ♃.

Varietatem v. speciem distinctam olim in h. dorpatensi colui, e seminibus caucasicis a cl. WILHELMS missis enatam, botanicis per provincias caucasicas iter facientibus ad ulteriorem observationem commendandum. A vulgari forma recedit: foliolis foliorum inferiorum latioribus; stipulis longioribus e basi latissima in acumen longissimum angustissimum productis $1\frac{1}{2}$ pollicaribus v. longioribus; internodiis brevioribus, in superiore caulis parte stipularum longitudinem haud attingentibus; spicis $4-4\frac{1}{2}$pollicaribus pedunculo $\frac{3}{4}-1$pollicari suffultis; floribus majoribus; calycis tubo longiore; vexillo latiore; bracteis longioribus flores superantes 13 lin. longis.

89. *A. chartaceus*: caulescens erectus, caule glaberrimo, stipulis chartaceis triangulo-lanceolatis longe acuminatis multinerviis apice ciliatis, foliorum rachi parce pilosa demum glabra, foliolis foliorum inferiorum ovatis; superiorum ovato-oblongis oblongisve praeter marginem adpresse pilosum glabris, spicis subglobosis arcte sessilibus, dentibus calycinis lanceolato-subulatis tubo plus duplo corollaque multo brevioribus.

Hab. in Armenia! (SZOVITS ex STEVEN et FISCHER). ♃.

Primo adspectu A. macrocephalo simillimus, sed praeter alias notas spicis arcte sessilibus et stipulis chartaceis nec foliaceis dignoscendus. A duobus praecedentibus differt: spicarum forma et dentibus calycinis brevioribus; ab A. narbonensi hac ultima nota et superficie glabra; ab A. pontico: superficie, spicis sessilibus multo majoribus et stipularum magnitudine et indole, qua ultima nota dentibusque calycinis brevioribus ab A. vulpino dignoscitur. — Nomen triviale a stipularum indole desumtum.

90. *A. narbonensis?* (GOUAN. *Ill.* 49) caulescens erectus, caule molliter hirsuto, stipulis lanceolatis, foliolis oblongo-linearibus villosis, spicis subglobosis sessilibus, dentibus calycinis setaceis tubum subaequantibus corolla brevioribus.

A. narbonensis. PALL. *Astragal.* p. 13, Nr. 15, t. 10. — WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1258. — DEC. *Astragal.* p. 147. Nr. 79. — Ej. *Prodr. II*, p. 294. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 143?

Hab. in mont. Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 650 hexap. (C. A. MEYER). ♃.

91. *A. ponticus* (Pall. *Astragal.* p. 14, Nr. 16, t. 11) caulescens erectus, caule subvilloso, stipulis lanceolatis, foliolis oblongis subvillosis, spicis breviter pedunculatis subglobosis; fructiferis ellipsoideis, dentibus calycinis lanceolato-linearibus tubo et corolla multo brevioribus.

A. ponticus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1259. — Dec. *Prodr. II*, p. 295. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 183. — Besser. *Enum.* p. 29. 74. Nr. 931. — Eichw. *Skisse.* p. 167.

A. narbonensis. Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1187.

A. narbonensis *β*. Dec. *Astragal.* p. 147. Nr. 69.

Astragalus. Besser. *Enum.* p. 74. Nr. 1575 (teste cl. Besser *in litt.*).

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (Andrz. ex Besser, Eichw.), gub. Cherson (M. a Bieb., Eichw.), terra Cosaccorum (M. a Bieb.)] inque Tauria! (Pall., M. a Bieb.). ♃.

Planta podolica, a clar. Besser benevole mecum communicata, a speciminibus tauricis, quae in loco a Pallasio indicato legi, parum recedit. Foliola nempe parum latiora, glabriuscula et calyces pilis brevioribus mollioribus minusque patentibus densius obtecti: dentibus nonnihil brevioribus apice subherbaceis viridulis. Caeterum conveniunt.

92. *A. vulpinus* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 1259) caulescens erectus, caule villoso v. glabriusculo, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis, foliolis ovatis ellipticisve obtusis emarginatisve supra glabris subtus lanuginoso-villosis, spicis subglobosis subpedunculatis, calycis lanati dentibus setaceis tubum subaequantibus corolla paulo brevioribus.

A. vulpinus. Dec. *Prodr. II*, p. 295. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 187. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 318. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 264. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 83. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 252.

A. alopecuroides. Pall. *Astragal.* p. 9, Nr. 12, t. 7 (excl. synon. Amman.). — Ej. *It. III*, p. 314. 521. 543. 548. 653. 676. — S. G. Gmel. *It. IV*, p. 9? — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 295.

Hab. in Rossia australi [ad Wolgam pr. Zaritzyn (Pall., S. G. Gmel.) et Astrachan! (Blum), des. caspii (Pall., M. a Bieb.) montibus Arsargar, Tschaptschatschi at Bogdo! (Claus), des. cumano (M. a Bieb.)] inque Sibiria altaica [deserto soongoro-kirghisico! (Fl. alt.)]. ♃.

93. *A. macrocephalus* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 1260) caulescens erectus, caule glabro, stipulis foliaceis basi dilatatis triangulo-acutis v. subacuminatis ciliatis, foliorum rachi parce pilosa demum glabra, foliolis oblongis glabris; junioribus margine adpresse pilosis, spicis globosis pedunculatis, pedunculo spicam aequante v. superante pilis raris adsperso, dentibus calycinis lineari-subulatis tubum subaequantibus corolla multo brevioribus.

A. macrocephalus. Dec. *Prodr. II*, p. 295. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 183. — Eichw. *casp. cauc.* p. 26.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia!, ad Cyrum fl. circa pagum Dzegwi (M. a Bieb.), Kachetia! et Somchetia (Eichw.), provincia Karabagh! (Hohenacker)]. ♃.

Cl. Steven (*in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV.* 1832. p. 266) A. macrocephalum Fl. t. c. sphaerocephalum vocat. Specimina mea cum descriptione Willdenowiana satis bene conveniunt.

94. *A. Sieversianus* (Pall. *Astragal.* p. 15, Nr. 18, f. 12) caulescens adscendenti-erectus, caule albo-lanato, stipulis triangulo-acuminatis,

foliolis oblongis supra glabris subtus albido-lanuginosis sub10jugis, floribus paucis in pedunculo axillari subsessilibus glomeratis, leguminibus inflatis ovato-globosis mucronatis callosis tomentosis.

A. Sieversianus. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1256. — DEC. *Astragal.* p. 144. Nr. 74. — Ej. *Prodr. II*, p. 295. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 318. — KARELIN et KIRILOW. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 253.

A. christianus. SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 293.

Hab. in Sibiria altaica [deserto soongoro-kirghisico ad fl. Uldschar (SIEVERS), in pratensibus circa montes Tarbagatai! (SCHRENK) ad torrentes Dschanybeck, Terekty, Uldschar, Karakol et Ulusty (KAREL. et KIRIL.)]. ♃.

95. *A. Caraganae* (FISCH. et MEYER in HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 108) suberectus, foliolis 17—24jugis oblongis ovatisve obtusis muticis subtus cauleque pilis simplicibus canescentibus, racemis laxis pedunculo folio breviore suffultis, calycis dentibus tubo brevioribus, leguminibus sessilibus pubescentibus ovato-oblongis acuminatis subtrigonis.

Hab. in collibus siccis pr. pagum Färsikenti in tr. Suwant provinc. Talüsch, alt. 833 hexap. (HOHENACK.). ♃.

Affinis toto habitu A. Christiano, sed flores racemosi, non in foliorum axillis subsessiles neque glomerati; legumina pube rariore adspersa, ovato-oblonga, subtrigona, sutura superiore rectilinea, inferiore gibba, introflexa; in A. Christiano legumina compressa, suborbiculari-ovata, rostrata, suturis (superiore inferioreque) gibbis, non introflexis. Ab A. peregrino A. Caraganae florum et leguminum forma aliisque notis abunde diversus (FISCH. et MEYER l. c.). — An hic recte collocatus?

†† Radice annua.

96. *A. oxyglottis* (STEVEN ex FISCH. *Cat. h. gorenk.* 1808. p. 115) caule diffuso pubescente subincano, stipulis a basi latissima lanceolato-subulatis extus parce nigro-pilosis, foliolis oblongo-subcuneatis truncato-emarginatis parce pilosis 5—8jugis, capitulis axillaribus, pedunculis folio brevioribus, leguminibus stellatim patentissimis subincurvatis sulcato-angulatis transversim venulosis acutis.

α. leguminibus incanis.

A. oxyglottis. HOFFM. *h. mosq. 1808.* Nr. 414. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II.* p. 192. 464; *III*, p. 491. — DEC. *Prodr. II*, p. 288. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 141.

A. sesameus. PALL. *Astragal.* p. 98. Nr. 104 (excl. syn.).

β. leguminibus glabris.

A. oxyglottis *β.* C. A. MEYER l. c.

A. psiloglottis. STEVEN ex DEC. *Prodr. II*, p. 288. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 264.

Hab. *α.* in Tauria (PALL., STEVEN, M. a BIEB.) et provinciis caucasicis pr. Baku! (C. A. MEYER);

β. in Rossia australi [des. caspio in colle Akschinas pr. mont. Asargai! (CLAUS), pr. Astrachan! (STEVEN ex DEC., BLUM *pl. exs.*), in litt. orientali m. caspii! (KARELIN)] et provinciis caucasicis pr. Baku! (C. A. MEYER). ⊙.

97. *A. Asterias* (STEVEN) procumbens cano-villosus, stipulis ovato-lanceolatis extus longe albo-pilosis, foliolis oblongis acutis 6—9-jugis,

capitulis axillaribus, pedunculis folium subaequantibus, leguminibus stellatim patentissimis rectiusculis tereti-compressis acutis basi dilatatis albo-pilosis: pilis subadpressis patulisve.

A. Asterias. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 107.

A. Stella. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 191 (excl. synon.). — Eichw. *casp. cauc.* p. 26. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 250.

A. cruciatus. Dec. *Prodr. II*, p. 288 (non Link). — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 141.

A. Pseudo-Stella. Dec. (ex Hohenack. *Enum. Talüsch.* l. c.).

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (Steven), Kachetia et Somchetia (Eichwald), territor. Elisabethpol et provincia Karabagh (Hohenacker), pr. Baku! (C. A. Meyer)] inque litt. orientali m. caspii! (Karel.). ⊙.

98. *A. filicaulis* (Fisch. et Meyer) caule erecto subsimplici pilis adpressis patulisque adsperso, stipulis lanceolatis setulis longiusculis ciliatis, foliolis elliptico-oblongis hirsutiusculis sub 4— (2—5) jugis, capitulis axillaribus pauci- (3—6-) floris, pedunculis folium aequantibus v. superantibus, leguminibus demum stellatim patentibus ovato-oblongis subtriquetris dorso subcanaliculatis patenter pilosis.

Hab. in littore orientali m. caspii! (Karelin, Lessing *in herb. reg. berol.*). ⊙.

Planta pusilla. Caulis 3—4pollicaris, simplex gracilis, versus apicem flexuosus. Corollae pallide violaceae. Legumina 3½—4 lin. longa, 2 lin. fere lata, pilis albis longis patentibus obtecta, primum erecta, demum stellatim patentia, in mucronem brevem rectum v. subrecurvum attenuata.

99. *A. tribuloides* (Delile. *Ill. Fl. aegypt.* p. 22. ex Dec. *Prodr. II*, p. 288) diffuso-procumbens subacaulisve cano-pilosus, stipulis e basi latiore lanceolatis, foliolis elliptico-oblongis 7—9jugis, capitulis axillaribus subsessilibus, leguminibus adpresse pilosis patentibus sursum arcuatis subtriquetris dorso canaliculatis basi interiore gibbosa: gibbo emarginato-bilobo.

A. tribuloides? C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 241. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 719.

Hab. in provinciis caucasicis [pr. Baku (C. A. Meyer), in Armenia ad Araxen fl.! (Koch)]. ⊙.

100. *A. striatellus* (Pall. ex M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 189; *III*, p. 490) diffusus glaber, stipulis subovatis membranaceis, foliolis obovato-oblongis subcuneiformibus emarginatis, pedunculis subtrifloris folio brevioribus, pedicellis calycibusque hirsutis, leguminibus ovato-oblongis tumidis deflexis glabris subarcuatis subtriquetris: angulo vexillari obsoleto.

A. striatellus. M. a Bieb. *Cent. pl. rar. ross. I*, t. 20. — Dec. *Prodr. II*, p. 289. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* Nr. 14. — Willd. *herb.* Nr. 14,008.

A. micranthus. Pall. in Willd. *herb.* l. c. fol. 1.

Vicia astragaloides. Willd. *herb.* Nr. 13,605!

Hab. in Tauria meridionali pr. Sudak! (Pall., M. a Bieb., Steven) inque provinciis caucasicis [pr. Baku (C. A. Meyer), in Somchetia! (Hohenack. *pl. exs.*)]. ⊙.

101. *A. ankylotus* (Fischer et Meyer in *Ind. II. sem. h. petropol.* [1835] p. 27) pilis simplicibus hirsutis, stipulis lanceolatis longe ciliatis, foliolis oblongis obtusis sub 5— (3—7-) jugis, racemis paucifloris,

pedunculis (longitudine variis, plerumque) folia subaequantibus v. superantibus, calycinis dentibus erectis tubo cylindraceo duplo brevioribus, leguminibus pilosis subcylindraceis dorso canaliculatis erectis sursum arcuatis apice inflexo hamatis.

A. ankylotus. CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 264. t. 4.

A. hispidulo affinis. LEDEB. *Ind. sem. h. dorpat.* 1834.

Hab. in Rossia australi [in deserto caspio, ad lacum Indersk! (TAUSCHER ex FISCHER et MEYER, CLAUS), in insulis ad ostia Wolgae circa Krasnojarsk inque colle gypsacea pr. castellum Gurjew! (CLAUS), in littore orientali m. caspii! (KARELIN)]. ⊙.

Variat: pedunculis demum folio subduplo longioribus et racemis subsessilibus vel breviter pedunculatis, quae ultima forma videtur esse A. Karelini FISCHER (cfr. CLAUS l. c.). Ab A. trimorpho VIV. differt ex FISCH. et MEYER: foliis omnibus pinnatis, superioribus multijugis, pedunculis folio haud longioribus, calycis cylindracei (non campanulati) dentibus erectis tubo duplo brevioribus (non patentibus, tubum aequantibus), corollis denique brevioribus. Ab A. hispidulo DEC. dignoscitur foliolis paucioribus obtusis, corollis brevioribus et praesertim leguminibus apice inflexo-hamatis.

102. *A. reticulatus* (M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 491) diffusus glaber, stipulis ovatis lanceolatisve remote subciliatis, foliolis oblongo-cuneatis emarginatis, 5—8jugis, racemis sub5floris, pedunculis folio brevioribus, leguminibus pendulis sursum arcuatis subulatis apice recto porrectis canaliculatis glaberrimis transverso reticulato-venosis venis elevatis.

A. reticulatus. DECAND. *Prodr. II*, p. 290. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 270.

Hab. in Rossia australi [pr. Sarepta! (M. a BIEB., CLAUS)] inque Iberia media (M. a BIEB.). ⊙.

103. *A. hamosus* (L. SP. 1067) diffusus pubescens, stipulis ovatis acuminatis, foliolis ellipticis truncato-emarginatis versus basin attenuatis supra glabris 7—11jugis, racemis axillaribus, pedunculis folio brevioribus, leguminibus pendulis sursum arcuatis subulatis apice recto porrectis teretibus dorso plus minus profunde canaliculatis; junioribus incano-pubescentibus; adultis parce adpresse pilosis.

A. hamosus. WILLD. *Sp. pl. III*, p. 1279. — DEC. *Prodr. II*, p. 290. — PALLAS *Astragal.* p. 103. Nr. 109. — DEC. *Astragal.* p. 124. Nr. 51. — PALL. *It. III*, p. 584. — Ej. *Ind. Taur.* — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1184. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 190; *III*, p. 491.

β. brachyceras: leguminibus minoribus minusque arcuatis.

A. brachyceras. LEDEB. *Ind. h. dorpat. 1822.* p. 3. — DEC. *Prodr. II*, p. 290. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 141. — EICHWALD. *casp. cauc.* p. 1. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 107.

A. trimestris. PALL. *Ind. Taur.* (an L.?). — GEORGI. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1185. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 190 (excl. syn. praeter PALLAS *Ind. Taur.?*).

Hab. in Rossia australi [ad Wolgam pr. Astrachan! (EICHW.) inque deserto cumano (SOKOLOFF ex PALL.)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [Iberia! (WILHELMS *pl. exs.*), pr. Derbent! (BLUM), in m. Beschbarmak et pr. Baku! (C. A. MEYER), in provincia Schcki! (HOHENACK.)]. ⊙.

104. *A. contortuplicatus* (L. Sp. 1068) procumbens villosus, stipulis lanceolatis acuminatis, foliolis ellipticis obovatisve emarginatis, racemis axillaribus multifloris, pedunculis folio 3—4plo brevioribus, leguminibus contortuplicatis compressis dorso canaliculatis villosis.

A. contortuplicatus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1281. — Dec. *Prodr. II*, p. 290. — Pall. *Astragal.* p. 102, Nr. 108, t. 79. — Dec. *Astragal.* p. 122. Nr. 49. — Pall. *It. I*, p. 154. 369. 385; *II*, p. 471; *III*, p. 317. 653. 658. — S. G. Gmel. *It. II*, p. 33; *IV*, p. 9. — Lepech. *It. III*, p. 30. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 257. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1185. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 191. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 312. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 1. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 264.

A. pedunculus radicatis repentibus folio minoribus paucifloris, foliolis ovato-cordatis apice obtusis emarginatis, leguminibus cochleatis. Gmel. *Fl. sibir. IV*, p. 57, Nr. 74, t. 28.

A. hirsutus, procumbens, Viciae foliis cordatis, siliquis incurvis. Amman. *ruth.* p. 123. Nr. 164.

A. repens, siliquis undulatis. Buxb. *Cent. III*, p. 22. t. 39 (pessima!).

Hab. in Rossia media [Orel (Böber), Simbirsk (Pall.)] et australi [ad Wolgam australem (S. G. Gmel.) pr. Sarepta! (Claus), Zaritzyn (Pall.) et Astrachan! (Lerche ex J. G. Gmel., Blum, Eichw.) et alibi in des. caspio (Pall., M. a Bieb.), ad fl. Ural (Pall., Claus)], Sibiria uralensi [pr. Tjumen (Lepech.), in deserto Baschkirorum (Heinzelmann ex Amman)] et altaica [ad fl. Irtysch (Pall.), in deserto barabensi pr. Loktewsk! (Fl. alt.)]. ⊙.

II. Stipulae fere ad medium usque petiolo adnatae.

§. 1. Petioli persistentes, spinescentes.

† Floribus in axillis sessilibus.

105. *A. caucasicus* (Pall. *Astragal.* p. 2, Nr. 2, t. 2) floribus axillaribus 2 v. 3 sessilibus, foliolis oblongis tomentoso-incanis mucronato-spinosis 5—7jugis, calycibus lanato-villosis 5fidis: dentibus tubum subaequantibus, leguminibus lanatis unilocularibus tetraspermis (ex Pall. et Dec.).

A. caucasicus. Willd. *Sp. pl. III*, p. 1331. — Dec. *Prodr. II*, p. 296. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 298. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 205. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143. — Eichw. *casp. cauc.* p. 20. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 250. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 720.

Hab. in provinciis caucas. [ad fl. Terek (Pall., M. a Bieb., — alt. 350—500 hexap. — C. A. Meyer), in Armenia (Koch), territorio Elisabethpol (Eichw., Hohenack.)]. ♄.

106. *A. aureus?* (Willd. *in Act. Acad. berolin.* 1794. p. 29, t. 1, f. 3) floribus axillaribus sessilibus globoso-capitatis, foliolis oblongo-linearibus glabriusculis 5—6jugis, calycibus 5partitis: dentibus subulatis villosis corolla brevioribus.

A. aureus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1333. — Dec. *Astragal.* p. 156, Nr. 90, t. 32, f. 1. — Ej. *Prodr. II*, p. 296. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 108.

Hab. in siccis lapidosis tr. Suwant provinciae Talüsch, alt. 666—750 hexap.! (Hohenack.). ♄.

Specimina Hohenackeriana potius ad A. Pseudo-Tragacantham pertinere videtur, cum calyx non 5partitus sed parum ultra medium 5fidus est.

107. *A. condensatus*: floribus axillaribus sessilibus globoso-capitatis, foliolis oblongis conduplicatis villoso-tomentosis incanis 4jugis, calycibus

5partitis: laciniis elongatis filiformibus dense plumosis corolla paulo brevioribus.

Hab. in provinciis transcaucasicis versus fines turcicas! (Nordmann). ♄.

Proximus A. microphyllo. Folia parva, vix semipollicaria, quam maxime conferta. Stipulae, etiam juniores glabrae, margine pilis aliquot et denticulis verrucaeformibus ciliatae. Flores densissime aggregati, in capitulum (sub anthesi) terminale sphaericum villosissimum dispositi. Calyx 5partitus: dentibus 6—6½ lineas longis.

108. *A. compactus* (Willd. *in Act. Acad. berol.* 1794. p. 29, t. 1, f. 1) floribus axillaribus sessilibus 4—5 aggregatis, foliolis oblongo-ellipticis villoso-tomentosis incanis mucronato-spinosis sub4jugis, calycibus 5partitis: laciniis lineari-filiformibus dense lanato-plumosis corolla dimidia longioribus.

A. compactus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1333. — Dec. *Astragal.* p. 153, Nr. 86, t. 32, f. 2. — Ej. *Prodr. II*, p. 297. — M. a Bieb. *Fl. l. c. III*, p. 500. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 109.

β. pycnophyllus: foliis brevioribus, foliolis minoribus oblongis villoso-incanis 5—7jugis, floribus minoribus.

A. pycnophyllus. Steven in *Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. IV*, p. 57. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 109. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 720.

A. compactus. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 250.

Hab. in provinciis caucasicis [*α*. in Iberia, Kachetia, Schirwan (M. a Bieberst.), provincia Talüsch tr. Suwant, alt. 670—700 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.); — *β*. in Iberia pr. Tiflis! (Hohn), in mont. Daratschitschagk (C. Koch), territorio Elisabethpol, provincia Karabagh et Talüsch tr. Suwant! (Steven, Hohenack.)]. ♄.

109. *A. Arnacantha* (M. a Bieb. *Fl. l. c. II*, p. 205; *III*, p. 500) floribus axillaribus sessilibus 2—3 aggregatis, foliolis angusto-oblongis villoso-incanis mucronato-spinosis 4—6jugis, calycibus 5partitis: laciniis lineari-filiformibus dense lanato-plumosis corolla dimidia longioribus, leguminibus oblongis albo-lanatis unilocularibus 1—2spermis.

A. Arnacantha. Dec. *Prodr. II*, p. 297. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143. — Eichw. *casp. cauc.* p. 31.

A. Poterium. Pall. *Astragal.* p. 1, Nr. 1, t. 1 (non Vahl.). — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 298.

A. Tragacanthae affinis. Pall. *Ind. Taur.*

A. Tragacantha. Habl. *taur.* p. 112. — Güldenst. *It. I*, p. 420? — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1187.

A. compactus *β*. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1334. — Decand. *Astragal.* p. 153. Nr. 86.

A. horridus. Willd. *herb.* Nr. 14,093.

Hab. in Tauria! (Habl., Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Kachetia (Güldenst.), Armenia (Eichw.), provinc. Talüsch tr. Suwant, alt. 670—700 hexap. (C. A. Meyer)]. ♄.

Ab A. compacto praesertim foliolis numerosioribus angustioribus et floribus 2—3, nec 4—5 dignoscendus.

110. *A. denudatus* (Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 57) floribus axillaribus sessilibus aggregatis, foliolis angusto-oblongis pubescentibus viridibus mucronato-spinosis 7-jugis, calycibus 5partitis: laciniis lineari-filiformibus dense lanato-plumosis corolla dimidia paulo brevioribus.

A. denudatus. Dec. *Prodr. II*, p. 297. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 501. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143.
A. pycnophyllus var. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 109.
Hab. in provinciis caucasicis [territorio Elisabethpol (Hohenacker), provinc. Schirwan (Steven, M. a Bieb.) et Talüsch tr. Suwant, alt. 670—700 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♄.

111. *A. Pseudo-Tragacantha* (Pall. *Astragal.* p. 3, Nr. 3, t. 3) floribus axillaribus sessilibus 7—8 glomeratis, foliolis oblongis piloso-incanis muticis 8—9jugis, calycibus villosis 5fidis: laciniis filiformi-setaceis tubo longioribus, leguminibus 4spermis.

A. Pseudo-Tragacantha. Dec. *Prodr. II*, p. 297. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 298. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 56. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 499. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143. — Eichw. *casp. cauc.* p. 31.
Hab. in provinciis caucasicis [in m. Beschtau inque territor. Schamschadil (Steven, M. a Bieb.), in regionis orientalis subalpinis (Steven, M. a Bieberst.) et alpinis alt. 1400 hexap. (C. A. Meyer), in Armenia ad lacum Gok-tschai (Eichwald) inque provincia Talüsch, alt. 670—1000 hexap.! (C. A. Meyer)]. ♄.

112. *A. caspius* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 204; *III*, p. 500) floribus axillaribus sessilibus geminis, foliolis oblongis acutis piloso-subincanis 4—5jugis, calycibus villoso-lanatis 5fidis: laciniis tubo brevioribus villoso-lanatis apice glabris.

A. caspius. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 109.
A. cretensis. Pall. *Astragal.* p. 5. Nr. 6 (excl. synon.). — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299.
A. Echinus. Dec. *Astragal.* p. 158, Nr. 92, t. 34. — Ej. *Prodr. II*, p. 297. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143. — Eichw. *casp. cauc.* p. 6.
Hab. in provinciis caucasicis [pr. Baku (Eichw., C. A. Meyer), in provincia Talüsch tr. Suwant, alt. 670—700 hexap.! (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♄.

†† Floribus axillaribus pedunculatis.

113. *A. persicus* (Fischer et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 3) spicis ovatis pedunculatis, pedunculis folio longioribus, floribus imbricatis, bracteis ovatis acuminatis chartaceis, dentibus calycinis brevioribus v. subaequilongis, calycibus villosis demum subvesicariis 5fidis: laciniis corolla brevioribus, foliolis oblongis mucronato-spinosis villoso-tomentosis plus minus sericeis 4—8jugis.

A. persicus. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 109.
A. lagopoides. Lam. *Encycl. méth. I*, p. 312. var. *β*. — Dec. *Astragal.* p. 167. Nr. 103.
A. lagopoides *β*. persicus. Dec. *Prodr. II*, p. 298. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143.
A. lagopoidoides. Vahl. *Symb. I*, p. 64. — Willd. *Act. Acad. berolin.* p. a. 1794. p. 28, t. 1, f. 4. — Ej. *Sp. pl. III*, p. 1323.
A. lagurus. Eichw. *casp. cauc.* p. 6. 31.
Hab. in provinciis caucasicis [pr. Baku! inque Armenia ad lacum Gok-tschai! (Eichw.), in provincia Talüsch tr. Suwant!, alt. 670—700 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)]. ♄.

Variat foliolorum numero et calycibus demum plus minus vesicariis. — Clar. Lamarck forsan non immerito A. lagopoidem et lagurum, cujus formam intermediam haec sistit species, in unam conjunxit. Sunt enim specimina, quae ob calycis lacinias corolla breviores ad hanc

speciem pertinent, caeterum vero nullatenus ab A. laguro differunt, si foliolorum magnitudinem minorem excipias. — Decidant, quibus affines has formas in vivo observare copia erit.

114. *A. lagurus* (Willd. *in Act. Acad. berol.* p. a. 1794. p. 28, t. 1, f. 2) spicis ovatis pedunculatis, pedunculis folio sesqui- v. duplo longioribus, floribus imbricatis, bracteis ovatis acuminatis chartaceis florem subaequantibus v. illa parum brevioribus, calycibus villosis demum subvesicariis 5fidis: laciniis corollam subaequantibus, foliolis oblongis longe mucronato-spinosis albo-sericeis 4—5jugis.

A. lagurus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1324. — Dec. *Astragal.* p. 168. Nr. 104. — Ej. *Prodr. II*, p. 299.

Hab. in monte Ararat! (Hohn *pl. exs.*). ♄.

115. *A. tricholobus* (Dec. *Prodr. II*, p. 299) spicis ovato-globosis pedunculatis, pedunculis folio 2—3plo longioribus, calycibus subinflatis villosis 5fidis: laciniis tubo longioribus corollam superantibus, bracteis ovatis longe acuminatis chartaceis corollam subaequantibus deciduis, petiolis spinescentibus, foliolis linearibus conduplicato-involutis acuminato-spinulosis adpresse pilosis.

β. minor:

*A. tricholobus *β*. minor. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 109.
A. cephalanthus pl. Hohenack. un. itiner. a. 1836 (non Dec. *Astragal.* p. 169, Nr. 106, t. 38).

Hab. in provincia Talüsch tr. Suwant, alt. 833—1000 hexap.! (Hohenack.). ♄.

Omnibus partibus A. tricholobo Oliveriano minor atque pube rariore adspersus; bracteae calyce corollaque breviores; calycis laciniae corollam non excedentes; reliqua ut in planta Oliveriana (Fischer et Meyer apud Hohenack. l. c.).

§. 2. *Petioli inermes.*

† Calycibus vesicaris.

a. *Fruticosi.*

116. *A. scleropodius* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 326. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 295) caule erecto fruticoso ramosissimo, ramis junioribus strigulosis; adultis (cortice deciduo) glabris, foliolis sub 15 (11—21) oblongis submucronatis parce strigosis, stipulis lanceolatis petiolo subadnatis, pedunculis folio longioribus indurato-persistentibus, spicis racemosis cylindraceis secundis, calycibus inflatis ellipsoideis patenter pilosis, leguminibus ovatis subtriquetris polyspermis acutis pilosis calyce brevioribus.

A. scleropodius. Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 87.

Hab. in Sibiriae altaicae montibus Kurtschum ad fl. Irtysch non procul a munimento Baty! (Fl. alt.). ♄.

117. *A. xanthotrichus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 324. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 296) caule erecto fruticoso ramosissimo, ramis junioribus strigulosis; adultis albo-sericeis, foliolis 7—9 ellipticis submucronatis parce strigosis, stipulis semiovato-lanceolatis, pedunculis folio longioribus, spicis racemosis subglobosis, calycibus inflatis ellipsoideis patenter

pilosis, leguminibus ovatis subtriquetris polyspermis acutis villosissimis calycem excedentibus.

A. xanthotrichus. BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 86.

Hab. in rupestribus montium Kurtschum Sibiriae altaicae! (FL. ALT.). ♄.

118. *A. cysticalyx:* caulescens fruticosus viridis, foliolis 7—13 ovalibus lanceolatisve mucronatis supra glabris subtus pilis raris adpressis centro affixis vestitis, pedunculis folia bis superantibus, calycibus inflato-globosis albo-villosis: dentibus nigricantibus filiformibus tubum subaequantibus, leguminibus inclusis lanceolato-triquetris dense albo-villosis.

A. physocalyx. KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 256.

Hab. in Sibiriae altaicae sylvis ad fl. Uldschar circa montes Tarbagatai haud frequens (KAREL. et KIRIL.). ♄.

Species distinctissima. Stipulae petiolo adnatae. Flores ochroleuci (KAREL. et KIRIL. l. c.).

Nomen montandum erat ob A. physocalycem FISCHER (*Bullet. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. II*, p. 74).

119. *A. melanotrichus* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 323. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 294) caule erecto fruticoso ramosissimo, ramis sericeis, foliolis 7—9 oblongo-linearibus utrinque acutis parce strigosis, stipulis ovato-lanceolatis petiolo subadnatis, pedunculis folio longioribus, spicis racemosis abbreviatis subglobosis, calycibus inflatis ellipsoideis basi et fauce dense nigro-pilosis, leguminibus ovatis triquetris polyspermis acutiusculis pilosis calycem excedentibus.

Hab. in Sibiriae altaicae montibus Kurtschum haud procul a Nabaty ad fl. Irtysch! (FL. ALT.). ♄.

b. *Herbacei.*

120. *A. inflatus* (DEC. *Astragal.* p. 90. Nr. 13) caulibus erectis v. adscendentibus glabris, foliolis 7—11 oblongo-linearibus acutis glabris, stipulis lanceolatis petiolo subadnatis, pedunculis folio longioribus, spicis globosis, calycibus fructiferis inflato-ovatis lanato-tomentosis, leguminibus ovatis.

A. inflatus. DEC. *Prodr. II*, p. 301. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 322.
A. anthylloides. PALL. *Astragal.* p. 15, Nr. 19, t. 13 (non LAM.). — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299.
A. fragiformis. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1261.
A. vesicarius. SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 274?

Hab. in deserto soongoro-kirghisico circa promontoria jugi altaici (SCHANGIN et SIEVERS ex PALL.). ♃.

An potius prope A. vesicarium, albicaulem etc. collocandus?

121. *A. halicacabus* (LAM. *Encycl. méth. I*, p. 220) acaulis glaber, foliolis 21—31, scapis folio longioribus, floribus spicatis remotis, calycibus globoso-vesicariis, leguminibus vix semibilocularibus 2spermis.

A. halicacabus. DEC. *Astragal.* p. 182. Nr. 123. — Ej. *Prodr. II*, p. 300.
Phaca vesicaria. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1255.

β. canescens (C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 720) pilis adpressis, foliolis oblongis apiculatis subtus subsericeis, calyce nervoso-reticulato. (Forsan species distincta. C. KOCH.)

Hab. in Armenia pr. Kulp (KOCH *in litt.*). ♃.

122. *A. subcaulescens*: caulibus abbreviatis erectis v. adscendentibus arcte adpresse pilosis, foliolis 11—17 oblongis v. oblongo-linearibus acutis piloso-subincanis, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis extus glabris petiolo subadnatis, pedunculis folio longioribus, spicis abbreviatis ovato-oblongis, calycibus inflatis ellipsoideis albo- (rarius nigroque) pilosis: dentibus albo-nigroque longe ciliato-barbatis, vexillo calyce triplo longiore, leguminibus (immaturis) ovato-oblongis pilosissimis.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (WILHELMS) et Somchetiae m. Besabdal! (EICHW.)]. ♃.

Caules plus minus elongati, pollicares v. bipollicares, subinde brevissimi subnulli, pilis albis centro affixis dense obtecti. Folia pauca, 4—5, aut omnia radicalia, aut per parva intervalla in caule dispersa, petiolata: petiolo folium subaequante v. illo breviore. Foliola ½ poll. longa v. paulo longiora, ½—1½ lin. lata. Pedunculi absque spica 2—4-pollicares (in uno specimine 8-pollicaris, foliis duplo longior), striato-sulcati, pilosi: pilis inferne adpressis; superne subpatulis. Spica pollicem circiter longa v. paulo longior, densa. Bracteae ovatae, acuminatae, praeter marginem ciliatum glabrae, calycis longitudine. Calyx adpresse, demum patulo-albo-pilosis, subinde pilis raris nigris intermixtis: dentibus lanceolato-linearibus, tubum dimidium subaequantibus. Corolla purpurascenti-violacea. Vexillum elongatum, calyce subtriplo longius, oblongum, apice retusum v. subemarginatum. Alae vexillo ¼ breviores, carinam parum superantes. Legumina matura non vidi. — Pili in tota superficie maxima ex parte adpressi centro, nonnulli subpatuli, basi affixi.

Differt ab antecedente: superficie minime glabra, caule abbreviato et foliolis numerosioribus; a subsequente: foliolis angustioribus, spica longe breviore, bracteis majoribus, calycis superficie; ab utroque vero vexillo elongato, calycem triplo superante. Ab A. calycino diversissimus foliolorum forma, superficie totius plantae, bracteis majoribus, calycibus multo minoribus, vexillo vero longiore.

123. *A. follicularis* (PALL. *Astragal.* p. 16, Nr. 20, t. 14) subacaulis incanus, foliolis 11—19 oblongis acutis, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis extus adpresse pilosis, pedunculis folio longioribus, spicis cylindraceis, calycibus adpresse nigro-pilosis demum inflatis ellipsoideis glabrioribus, vexillo calyce sesqui- v. vix duplo longiore, leguminibus subtriquetris extus canaliculatis adpresse pilosis stylo obliquo apiculatis semibilocularibus abortu oligospermis.

A. follicularis. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1306. — DECAND. *Prodr. II*, p. 301. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 322. — WILLD. *herb.* Nr. 14,077.

A. strictissimus. SIEVERS Msc. ex PALL. l. c. — STEPHAN *in herb.* WILLD. l. c.

Hab. in Sibir. altaicae apricis siccis in convallibus fl. Tscharysch! et Ursul!, circa Ustcamenogorsk! et alibi (FL. ALT.), in arenosis deserti soongoro-kirghisici ad fl. Tschar-gurban (SIEVERS ex PALL.). ♃.

124. *A. dilutus* (BUNGE. *Del. sem. h. dorpat.* 1840. p. VII. Nr. 2) acaulis caespitosus, stipulis abbreviatis hispidis, foliolis sub 13 (11—15) elliptico-obovatis pilis rigidis adpressis incanis, spicis elliptico-oblongis folia excedentibus, calyce bracteas ovatas pluries excedente demum

parum aucto globoso pilis centro affixis nigris albisque adsperso, vexillo calycem plus duplo superante, leguminibus calyce inclusis rigide albo-villosis.

A. argentatus. Herb. STEPHAN.

Hab. in Sibiria altaica ad rivulum Tuktugem in des. Tschujae edito! (BUNGE). ♃.

A. folliculari proximus, differt vero foliolis paucioribus, brevioribus latioribusque, spicis brevioribus, bracteis multo minoribus, floribus pallide purpurascentibus, nec flavis; ab A. calycino foliolis numerosioribus pilisque nigricantibus in scapo nullis, florum (multo minorum) colore, calyce fructifero vix inflato; ab A. ellipsoideo stipulis hispidis nec sericeis et pilis calycinis omnibus centro affixis; ab A. laguroide bracteis abbreviatis, pubescentia adpressa etc. (BUNGE l. c.).

125. *A. calycinus* (M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 199; *III*, p 496) subacaulis incanus, stipulis lanceolatis acuminatis glabriusculis, foliolis 5—13 obovatis, pedunculis folia subaequantibus, spicis elliptico-oblongis, calycibus inflatis globosis, leguminibus subtriquetris polyspermis acutis pilis raris adpressis obsitis calyce brevioribus.

A. calycinus. M. a BIEB. *Cent. pl. ross. merid. I*, t. 9. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1189. — DEC. *Prodr. II*, p. 300. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 321, in nota. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 110 (var. grandiflora).

Hab. in provinciis caucasicis [ad rivum Kuma pr. Maschar! et ad latera collium fortalitio Alexandrow imminentium (M. a BIEB.), in collibus aridis pr. Helenendorf territorii Elisabethpol! (HOHENACK.). ♃.

126. *A. ellipsoideus* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 319. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 297) subacaulis albo-sericeus, stipulis ovatis acuminatis extus subsericeis (demum subglabris), foliolis 11—23 lato-ellipticis utrinque acutis, pedunculis folium subaequantibus v. eo paulo brevioribus, spicis ellipticis v. globosis, calycibus inflatis ellipsoideis albo-pilosis, vexillo calycem duplum vix aequante, leguminibus subtriquetris polyspermis acutis villosissimis calyce brevioribus.

A. ellipsoideus. BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 84.

α. elongatus: subcaulescens, foliolis 11—19 remotioribus, spicis oblongis cylindraceis, calycibus patenter pilosis.

A. ellipsoideus *α.* KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 254.

β. intermedius: subacaulis, foliolis 11—23 magis confertis, spicis ellipticis abbreviatis, calycibus adpresse pilosis.

γ. abbreviatus: acaulis minor, foliolis 11—13, spicis subglobosis paucifloris, calycibus patenter pilosis.

Hab. in promontoriis jugi altaici! (FL. ALT.) inque deserto soongoro-kirghisico! (FL. ALT., KAREL. et KIRIL.), in montibus Aktschawly (KAREL. et KIRIL.). ♃.

127. *A. subuletorum* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 321. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 298) subacaulis albo-sericeus, stipulis ovatis acuminatis sericeis, foliolis 11—19 oblongis utrinque acutis, pedunculis folium subaequantibus v. superantibus, spicis ovato-globosis, calycibus inflatis ovatis adpresse albo-pilosis, vexillum calycem duplum excedente, leguminibus subtriquetris polyspermis acutis villosis calyce longioribus.

A. sabuletorum. BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 85. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 255.

Hab. in Sibiriae altaicae arenosis ad fl. Irtysch, Bukan et Kurtschum! (Fl. alt.), in rupestribus pr. Arkalyk et Usunbulak deserti soongoro-kirghisici (Karel. et Kiril.). ♃.

128. *A. lupulinus* (Pall. *It. III.* app. p. 750. Nr. 121. — Ej. *Astragal.* p. 17, Nr. 22, t. 15) acaulis sericeo-canescens, stipulis lato-lanceolatis subacuminatis extus sericeo-pilosis, foliolis 9 - 11 oblongis utrinque acutis, pedunculis folia subaequantibus vel illis brevioribus, spicis ovato-oblongis densis, calycibus patenter villoso-hirsutis, demum vesicariis: tubo dentibus 2—3plo longiore, vexillo calycem duplum vix aequante, leguminibus (ex Pall.) ovato-compressis semibilocularibus dispermis calyce obtectis.

A. lupulinus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1310. — Dec. *Astrag.* p. 180. Nr. 121. — Ej. *Prodr. II*, p. 300. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 300. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 359.

Anthyllis herbacea, foliis pinnatis, foliolis quinis aequalibus, terminatrici maximo. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 34. Nr. 46 (ex Pall.).

Hab. ad lacum Baikal (J. G. Gmel., Pall., Turcz.) inque transbaikalensibus! (Turcz.) ad Selengam (Pall.), pr. Werchne-Udinsk! (Schtschukin). ♃.

129. *A. laguroides* (Pall. *It. III.* app. p. 750, Nr. 120, t. C. c, f. 3) acaulis subsericeo-canescens, stipulis ovato-lanceolatis subacuminatis extus sericeo-pilosis, foliolis 5—11 oblongis utrinque acutis, pedunculis folia subaequantibus v. superantibus, spicis ovato-oblongis densis, calycibus patentissime villosis demum vesicariis: tubo dentibus duplo longiore, vexillo calyce sesquilongiore, leguminibus ovatis calyce inclusis bilocularibus [dispermis (Pall.); subtetraspermis (Bunge)].

A. laguroides. Willd. *Spec. pl. III*, p 1309. — Dec. *Astragal.* p. 191. Nr. 136. — Ej. *Prodr. II*, p. 300. — Georgi *It. I*, p. 227. — Bunge. *Enum. alt.* p. 72. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 360.

A. Lagurus. Pall. *Astragal.* p. 18, Nr. 23, t. 16. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 300.

Hab. in Sibiria altaica ad Tschujam superiorem! (Bunge), ad lacum Baikal (Georgi) circa ostium fl. Buguldeicha (Turcz.) inque reg. transbaikalensibus! (Turcz.) ad Selengam (Pall.). ♃.

Maxime affinis praecedenti, sed paulo minus incanus, floribusque purpureis nec ochroleucis, pilis calycis mollioribus patentissimis, dentibus calycinis brevioribus, vexillo nonnihil breviore, leguminibus 2- nec semibilocularibus diversus.

130. *A. mollis* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 495) subacaulis hirsutiusculis v. villosus, stipulis ovato-triangularibus lanceolatisve acutis extus pilosis, foliolis 25—29 ellipticis obtusis, pedunculis (demta spica) folio brevioribus, spicis ovato-oblongis demum elongato-cylindraceis, calycibus villosis demum subvesicariis: tubo dentibus subulatis duplo longiore, vexillo calycem bis superante emarginato, leguminibus ovatis pilosissimis calyce inclusis.

A. mollis. Dec. *Prodr. II*, p. 301. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 110.

A. eriocarpus. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 196 (non Dec.).

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (Steven, M. a Bieb., Wilhelms), Somchetia (Koch *in litt.*), territorio Elisabethpol (Hohenack.), pr. Baku! (C. A. Meyer)]. ♃.

131. *A. sphaerocalyx:* villoso-cinereus, caule abbreviato, stipulis ovato-lanceolatis subacuminatis extus dense villosis, foliolis 19—21 ellipticis v. obovato-ellipticis apice rotundatis, pedunculis folio sublongioribus, spicis subglobosis pauci- (sub 6-) floris, calycibus patenter albo-pilosis vesicariis demum subglobosis: dentibus subulatis dense nigro-pilosis tubo duplo brevioribus, vexillo calycis tubum bis superante, leguminibus compressis pilis longis patentissimis undique obtectis calyce multo angustioribus.

Hab. in m. Ararat! (PARROT). ♃.

Radix (sive caulis subterraneus) longe lateque repens, geniculata, ad genicula vaginis membranaceis oblique truncatis subemarginato-bidentatis (stipulis obliteratis) instructa, apicibus e terra emergentibus caules emittens brevissimos, $\frac{1}{4}$—1pollicares. Folia unacum petiolo ipsis duplo breviore 1—1$\frac{1}{4}$pollicaria. Foliola 1$\frac{1}{2}$—2 lin. longa, lineam circiter lata, versus apicem decrescentia. Bracteae lanceolatae, extus albonigroque pilosae, calycis tubo plus duplo breviora.

A. Fresenii DECAISNE, huic quoad habitum affinis, differt: caule inferne lignescente, foliolis pro longitudine angustioribus, pedunculis folio brevioribus et praesertim calyce.

132. *A. incertus*: subacaulis rectus sericeo-tomentosus, stipulis ovatis subacuminatis extus sericeis, foliolis 25—37 ovato- v. oblongo-ellipticis obtusis, pedunculis folium subaequantibus demum duplo superantibus, spica ovata, calycibus tubulosis (demum vesicariis?): tubo dentibus lanceolatis sesquilongiore, vexillo emarginato calycem duplum subaequante, leguminibus . . . . . .

Hab. in m. Ararat! (HEHN). ♃.

Tota planta dense sericeo-tomentosa. Folia una cum petiolo folio parum breviore 2—3pollicaria. Foliola 2$\frac{1}{2}$—3 lineas longa, lineam circiter lata. Pedunculi sub anthesi 3-, demum 5—6pollicares. Bracteae ovato-oblongae obtusae utrinque sericeae. Legumina ignota. — Locus in genere incertus.

†† Calycibus non vesicariis.

a. *Leguminibus elongatis, subcylindraceis (nec ovatis v. obovatis, neque vesicariis).*

133. *A. monspessulanus* (L. SP. 1072) subacaulis pilis bipartitis adpressis canescens, foliolis 12—15jugis oblongis ellipticisve supra glabris, pedunculis folia aequantibus v. superantibus, dentibus calycis linearibus $\frac{1}{3}$—$\frac{2}{3}$ tubi aequantibus, leguminibus erectis subteretibus arcuatis stylo acuminatis; adultis glabris.

A. monspessulanus. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1314. — DEC. *Astragal.* p. 190. Nr. 134. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1186. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 200; *III*, p. 497. — STEVEN *in Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. IV*, p. 55. — BESSER. *Enum.* p. 30. Nr. 942. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 143. — EICHW. *Skizze.* p. 167. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 250. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 111. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 721.

A. Polygala. PALL. *Astragal.* p. 110, Nr. 115, t. 83.

A. monspessulanus β. Polygala. DEC. *Prodr. II*, p. 304.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.)] inque provinciis caucasicis [in promontorio caucasico (M. a BIEB.) et regione subalpina Caucasi occidentalis, alt. 400—1000 hexap. (C. A. MEYER), Iberia! (STEVEN), tractu Schuragel (KOCH), territorio Elisabethpol et provincia Karabagh (HOHENACK.)]. ♃.

Variat corollis dilute carneis et ochroleucis (STEVEN) carina apice purpureis (C. A. MEYER). — Varietatem pusillam, valde incanam, foliolis minoribus angustioribus, racemo abbreviato etc. ex alpibus Ossetiae recenset cl. M. a BIEB. l. c.

134. *A. rostratus* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 144) acaulis pilis bipartitis adpressis canescens, foliolis 6—8jugis lineari-oblongis acutis supra parce pilosis viridulis subtus incanis, pedunculis folio subbrevioribus, dentibus calycinis linearibus tubo brevioribus, leguminibus erectis longissimis teretiusculis subrectis rostrato-acuminatis subulatis.

Hab. in locis siccis lapidosis montium Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 670 hexap.! (C. A. MEYER). ♃.

Foliolis paucioribus angustioribus, pedunculis brevioribus et leguminibus longioribus subrectis longe acuminatis ab A. monspessulano, cui affinis, dignoscendus.

135. *A. sanguinolentus* (M. a BIEB. *casp.* p. 190. app. Nr. 60) acaulis pilis adpressis bipartitis adspersus, foliolis 10—15jugis ellipticis obtusis utrinque supra parcius pilosis, pedunculis declinatis folio longioribus, dentibus calycinis lanceolato-linearibus tubo 3plo brevioribus, leguminibus compressis subarcuatis sanguineo-maculatis; adultis glabris.

A. sanguinolentus. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1319. — DEC. *Prodr. II*, p. 304. — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1187. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 200; *III*, p. 497. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 144. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 250.

A. incanus. PALL. *Astragal.* p. 111, Nr. 116, t. 84, fig. inferior (et superior?).

A. clavatus β. brevibracteatus. DEC. *Astragal.* p. 185. Nr. 127.

Hab. in provinciis caucasicis [in Caucasi orientalis alpinis, alt. 1400 hexap.! (M. a BIEB., C. A. MEYER)]. ♃.

136. *A. refractus* (C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 144) acaulis pilis bipartitis adpressis canescens, foliolis 9—12jugis oblongis acutis, pedunculis erectis (demto racemo) folio brevioribus, racemis elongatis laxis, dentibus calycinis lanceolato-linearibus tubo 3—4plove brevioribus, leguminibus deflexis refractisve cylindraceo-trigonis rostratis pilis albis nigrisque subadpressis adspersis.

A. refractus. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 111.

Hab. in locis siccis lapidosis montium Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 670 hexap.! (C. A. MEYER, HOHENACK.). ♃.

Racemo longissimo et leguminum directione ab affinibus dignoscitur.

137. *A. clavatus* (DEC. *Astragal.* p. 184, Nr. 127 (excl. var. β.) t. 44. — Ej. *Prodr. II*, p. 304) acaulis pilis adpressis bipartitis subincanus, foliolis 7—10jugis ellipticis utrinque rotundatis, pedunculis folia subaequantibus v. illis brevioribus, racemis (fructiferis) laxiusculis, dentibus calycinis subulatis dimidio tubi longioribus, leguminibus

erectis oblongo-cylindraceis basi subattenuatis apice breviter mucronatis ipsorum crassitie vix triplo longioribus parce adpresse villosis sublignosis.

Hab. in Kachetia! (Hohenack. *pl. exs.*). ♃.

Specimina duo fructifera coram habeo, quae ab icone Decandolleana non differre videntur, nisi leguminibus villosiusculis paullo crassioribus. Affinis speciebus antecedentibus, ab omnibus vero leguminibus longe brevioribus crassis lignosis; ab A. brachycarpo autem leguminibus longioribus diversus, ita ut medium quasi teneat inter hunc et illos. Legumina durissima, exacte bilocularia: loculis subhexaspermis. Flores mihi ignoti, virescenti-ochroleuci ex Dec.

138. *A. reduncus* (Pall. *Astragal.* p. 109, Nr. 114, t. 82) subcaulescens villoso-canescens, foliis 12—20jugis elliptico-oblongis obtusis supra glabris, scapis folio longioribus, racemo demum subelongato: floribus inferioribus remotiusculis, dentibus calycinis setaceis tubum dimidium subaequantibus, leguminibus erectis deorsum arcuatis acuminatis cylindraceo-subtriquetris supra canaliculatis villosis calyce 5tuplo longioribus.

A. reduncus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1291. — Dec. *Prodr. II*, p. 306. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 194. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 270.

A. hamosus. Pall. *It. III*, p. 653 (ex ipso).

A. cinereus. Dec. *Astragal.* p. 178, Nr. 118, t. 41.

α. longipes: pedunculis folio longioribus, foliolis numerosioribus.

β. brevipes: pedunculis folio brevioribus, foliolis paucioribus.

Hab. in Rossia australi [ad Wolgam pr. Sarepta! (Pall., Claus), inter Zaritzyn et Astrachan (M. a Bieb.), in deserto cumanensi (M. a Bieb.)] et Tauria (Pall., M. a Bieb.). ♃.

Flores plantae wolgicae et caucasicae ochroleuci, tauricae rosei (M. a Bieb. l. c.).

139. *A. scaberrimus* (Bunge. *Enum. pl. Chinae boreal.* Nr. 105) subacaulis pilis bipartitis centro affixis sericeo-incanus, foliolis 3-6-jugis elliptico-oblongis, pedunculis axillaribus paucifloris brevissimis, dentibus calycinis linearibus tubum dimidium subaequantibus, leguminibus patentibus sursum arcuatis oblongis acutis subcompresso-cylindraceis pilis bipartitis centro affixis dense obtectis calyce 2—3plove longioribus.

A. arcuatus. Stephan. *herb.*

A. Galactites. Schtschukin. *miss.* — Willd. *herb.* Nr. 14,038. fol. 2.

Hab. in Sibiria transbaikalensi pr. Werchne-Udinsk! (Schtschukin). ♃.

Habitu et pilorum, quibus tota superficies, corolla excepta, obtecta est, indole potius ad A. macrolobum eique affines species accedit, ob stipulas vero petiolo adnatas huc pertinet. Radix multiceps, e quovis capite caulem emittens abbreviatum rarius pollice longiorem, saepius breviorem. Folia cum petiolo 1-1½ pollicari 2—3 poll. longa. Foliola acuta, 3-4 lin. longa, 1½ lin. lata. Racemi 2—4flori, brevissime pedunculati, foliis 2—3plove breviores. Flores pedicellati, bracteati: bracteis lanceolatis, pedicellos superantibus. Corolla alba v. ochroleuca videtur, calyce subduplo longior: vexillo emarginato.

b. *Leguminibus abbreviatis, subovatis v. obovatis (nec elongato-cylindraceis, nec vesicariis).*

140. *A. somcheticus* (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 720) radice lignosa multicipite, foliolis 31—41 rotundato-oblongis supra glabris subtus pilis procumbentibus obsitis, petiolis longissimis adpresse pilosis, stipulis albis ovato-lanceolatis adpresse pilosis inter se et cum petiolo connatis, floribus magnis spicatis (ochroleucis) breviter stipitatis ex foliis subexsertis, germine adpresse piloso stylum erectum aequante (C. Koch).

Hab. in Somchetia (C. Koch). ♃.

De loco in genere dubius sum.

141. *A. brachycarpus* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 201; *III*, p. 498. — Ej. *Cent. pl. rar. ross.* t. 58) acaulis pilis adpressis bipartitis incanus, foliolis 10—17jugis oblongo-ellipticis, pedunculis (absque racemo) folio subbrevioribus, dentibus calycinis dimidio tubi subbrevioribus, leguminibus erectis obovatis calycis longitudine bilocularibus; junioribus adpresse albo-pilosis.

A. brachycarpus. Dec. *Prodr. II*, p. 305. — Eichw. *casp. cauc.* p. 22. 26. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 721.

A. macranthus. Willd. *herb.* Nr. 14,076.

Hab. in provinciis caucasicis [circa Pätigorsk! (Hohenack. *pl. exs.*), in promontorio caucasico, circa Constantinogorsk et ad latera m. Beschtau! (M. a Bieb., Steven), Mingrelia!, Iberia!, Kachetia et Somchetia (Eichw.), in tractubus Bortschalo et Schuragel (C. Koch)]. ♃.

142. *A. macrourus* (Fisch. et Meyer in Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 110) subcaulescens pilis simplicibus patulis villosus, foliolis 20—30-jugis oblongis, pedunculis folio sublongioribus, spicis elongatis cylindraceis, calycis dentibus sesqui v. duplo brevioribus, leguminibus ovato-oblongis trigonis pube nigro pilisque elongatis patentissimis albidis villosissimis calyce sesquilongioribus stylo elongato terminatis.

A. cylindraceus? C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143, non Dec.

Hab. in locis lapidosis provinciae Talüsch in tr. Suwant pr. pagum Tatuni! (Hohenacker). ♃.

Proximus A. molli, a quo haud aegre dignoscitur pedunculis elongatis, floribus minoribus in spicam longiorem dispositis, vexillo longiore, leguminibus minoribus, praeter pilos elongatos albos etiam pube brevi nigra tectis; affinis etiam A. macrostachyo, sed ab hoc caule perbrevi et leguminibus non stipitatis optime distinctus; a genuino A. cylindraceo Dec. indumenti indole (setae in A. cylindraceo adpressae, bipartitae) diversissimus. Flores flavescentes (Fisch. et Meyer l. c.).

143. *A. longiflorus* (Pall. *Astragal.* p. 73, Nr. 81, t. 60, excl. synon. Buxb. et Linn.) acaulis, foliolis 5—11jugis ellipticis v. obovatis obtusis v. emarginatis glabris v. pilosis, racemis pedunculatis laxis folio multo brevioribus, pedunculis petiolisque longe pilosis, calycis demum glabri dentibus lanceolatis tubo triplo brevioribus, leguminibus ovato-ellipticis turgidis mucronatis glabris bilocularibus; immaturis pulpa repletis.

A. longiflorus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1304. — Dec. *Astragal.* p. 173. Nr. 112. — Ej. *Prodr. II*, p. 302. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 304. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II.* p. 198. — Ledeb. *Fl. alt. III.* p. 331. — Eichwald

casp. cauc. p. 1. — Lessing in *Linnaea IX*, p. 168. — Claus *Ind. des.* in Göbel. *It. II*, p. 266. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 91. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 259.

A. pedunculis radicatis unifloris aut bifloris folio dimidio brevioribus, floribus longissimis, foliolis ovalibus hirsutissimis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 57, Nr. 73, t. 27 (pessima!).

α. pilosus: foliis supra glabris, subtus praesertim ad marginem et costam intermediam pilis longis patentibus obsitis.

β. glaber: foliis utrinque glabris.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain (Pall.), pr. Astrachan! (Lerche ex J. G. Gmel., Blum, Eichw.), in deserto caspio! (M. a Bieb., Claus), in litt. orient. m. casp.! (Karelin)], provinciis caucasicis [Daghestan! spec. herb. reg. berol. e mus. Acad. petropol. commun.)] inque Sibiria [deserto uralensi (Claus) et altaica: ad fl. Irtysch! (Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.), in desertis barabensi! (Fl. alt.) et soongoro-kirghisico! (Fl. alt., Karelin et Kirilow). ♃.

Pedunculi longitudine varii.

144. *A. lasiopetalus* (Bunge. *Ind. sem. h. dorpat.* 1839. p. VII; 1841. p. VII) pilis longis simplicibus albis mollibus villosus, caule abbreviato, foliis 10—15jugis ovato-ellipticis ovatisve utrinque rotundatis supra glabris, spicis capitatis axillaribus subsessilibus v. breviter pedunculatis, calycis dentibus lanceolato-linearibus tubo longioribus corollam subaequantibus, petalis pubescentibus, leguminibus ovatis ellipticisve subcompressis villoso-lanatis bilocularibus calyce longioribus.

A. lasianthus. C. A. Meyer in Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 92. t. 6. 7.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Irtysch infra ostia fl. Bukan! (C. A. Meyer) et Kurtschum (Bunge). ♃.

Caules 2—3poll. albi. Folia 7—9 poll. longa, erecto-patula. Foliola petiolulata, opposita v. rarius alterna; majora 12—14 lin. longa, 7—8 lin. lata; alia minora. Stipulae petiolo basi adnatae, membranaceae, lato-lanceolatae, acutae, utrinque glabrae, margine pillosissimae, reflexae, 3—4 lin. longae. Flores in spicis ovatis axillaribus dense aggregati, subsessiles. Bracteae herbaceae, lanceolatae, acutae, margine pilis longis densissime ciliatae, tubo calycis longiores. Calyx pilis longis copiosissimis patentissimis obtectus: tubo $1\frac{1}{4}$ lin. longo; dentibus 2 lin. longis. Corolla ochroleuca. Vexillum calyce vix longius: lamina alaeque vexillo breviores carina longiores dorso pubescentes. Carina apice barbata. Legumen sessile, 6 lin. longum, 3 lin. latum, mucrone brevi terminatum. Semina in quolibet loculo 5—7, reniformia, flava.

Species a proximo A. pubifloro foliolis obtusis et corolla calycem subaequante bene distincta; a reliquis affinibus speciebus distinguitur corolla pubescente aliisque notis (C. A. Meyer l. c.).

145. *A. lanuginosus* (Karelin et Kirilow. *Enum. pl. alt.* Nr. 261) caulescens villoso-lanuginosus, foliolis numerosis ovalibus obovatisve emarginatis, pedunculis axillaribus folio brevioribus subracemosis, laciniis calycinis subulatis elongatis, floribus pubescentibus, leguminibus pendulis stipitatis semilanceolatis albo-pilosis bilocularibus.

Hab. in arenosis ad rivulum Burgan circa montes Tarbagatai, nec non in campestribus ad radicem montium Aktschavly (Karel. et Kiril.). ♃.

A proximo A. Schanginiano recedit caulibus longioribus, foliolis emarginatis, floribus pubescentibus et leguminibus stipitatis: stipite longiusculo tubi calycini dimidium fere aequante optime distinctus. In A. Schanginiano legumina tantum basi longe attenuata, non vero stipitata. (KARELIN. et KIRIL. l. c.).

Antecedenti videtur affinis, sed diversus: foliolis emarginatis, floribus racemosis et leguminibus stipitatis.

146. *A. Schanginianus* (PALL. *Astragal.* p. 77, Nr. 84, t. 63) subcaulescens, foliolis 11—17jugis ovato-ellipticis mucronatis rachique pilis longis albis patentibus obsitis supra glabris, racemis axillaribus, pedunculis folio multoties brevioribus, floribus declinatis, calycis subglabris dentibus lanceolatis tubo 2—3plove brevioribus, corollis glabris, leguminibus subtriquetris ovatis v. ovato-oblongis mucronatis bilocularibus pilosis (rarius demum glabriusculis).

A. Schanginianus. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1274. — DEC. *Prodr. II*, p. 303. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 332. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 73. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 260.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT., KAREL. et KIRIL.). ♃.

147. *A. buchtormensis* (PALL. *Astragal.* p. 76, Nr. 83, t. 62, f. A) acaulis, foliolis 18—22jugis petiolulatis oblongis supra glabris subtus rachique cano-villosis, pedunculis paucifloris plus minus abbreviatis post anthesin declinatis, calycis villosi tubo dentibus lanceolato-linearibus sesquilongiore, leguminibus ellipticis acuminatis villo albo longo molli adspersis bilocularibus.

A. buchtormensis. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1320. — DEC. *Prodr. II*, p. 303. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 304. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 335. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 263.

A. dubius. DEC. *Astragal.* p. 167. Nr. 115? — Ej. *Prodr. II*, p. 303?

Hab. in Sibiriae altaicae campestribus! (FL. ALT.), deserto soongoro-kirghisico inter Dschartasch et Arkat (KAREL. et KIRIL.)]. ♃.

148. *A. utriger* (PALL. *Astragal.* p. 75, Nr. 82, t. 61 et 62, f. B) acaulis, foliolis 12—17jugis oblongis obtusis subtus rachique pilis longis patentibus obsitis supra glabris, racemis axillaribus paucifloris laxis, pedunculis subabbreviatis; fructiferis demum dimidium folii subaequantibus, calycis tubo dentibus lanceolato-subulatis duplo longiore, corollis glabris, leguminibus ovatis turgidis mucronatis coriaceo-sublignosis semilocularibus pilosis demum glabris stipitatis: stipite calycem subaequante.

A. utriger. WILLD. *Sp. pl. III*, p 1305. — DEC. *Astragal.* p. 174. Nr. 113. — Ej. *Prodr. II*, p. 302. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 304. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 199; *III*, p. 496. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 143. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 266. — WILLD. *herb.* Nr. 14,074. fol. 2, 3.

A. physodes. PALL. *It. III*, p. 502 504.

Hab. in Rossia media orientali [Orenburg! (HEINZELMANN ex AMMAN, PALLAS, KARELIN)] et australi [ad Tanain (HENNING). in deserto caspio ad lacum Indersk! (CLAUS)], in Tauria! (PALL., M. a BIEB., STEVEN, PARROT) et provinciis caucasicis [in Iberia! (HOHENACKER *pl. exs.*), pr. Baku (C. A. MEYER)]. ♃.

Planta taurica pilis densioribus longioribusque obtecta est, quam

uralensis. — Legumina subunilocularia ex PALLAS, bilocularia ex M. a BIEB.; mihi semibilocularia visa sunt.

149. *A. lignosus* (DEC. *Astragal.* p. 175, Nr. 114, t. 39. — Ej. *Prodr. II*, p. 302) subcaulescens lignosus cinereus, foliolis 49—51 oblongo-linearibus, pedunculis paucifloris folio multo brevioribus, dentibus calycis lanceolato-subulatis, corollis glabris, leguminibus sessilibus compressis villosis.

Hab. in Sibiriae (altaicae) arenosis salsuginosis ad fl. Irtysch (DEC.). ♃. ♄. — In Astragalogia patria dicitur „Syria et Asia occident. austr."

Radix lignosa, crassa, parum ramosa. Caulis suffruticosus, basi ramosus, stipulis et foliis obsitus, brevissimus. Stipulae binae, marcescentes, glabrae, foliorum petiolus 1 decim. longus, teres, striatus, villosus: villis brevissimis. Foliola 35—45, subopposita, brevissime petiolulata, oblongo-elliptica, villoso-cinerea, 10—12 millim. longa, 1—4 lata. Pedunculi axillares, subradicales, folio breviores. Flores 4—8, subspicati, pedicellati. Bracteae lineares, marcescentes, pedicello subaequales. Calyx cylindricus, gracilis, pubescens, 5dentatus: dentibus acutis, aequalibus. Corolla flava, calyce longior. Vexillum ovatum, alis longius. Alae stipitatae, hinc argute auriculatae. Carina obtusa, alas adaequans. Ovarium villosum, sessile. Stylus rectus, apice inflexus. Stigma simplex. Legumina pubescentia, sessilia, ovata, subcompressa, infima canaliculata, superne dehiscentia, semibilocularia. Semina 4—5 in quoque loculamento, plana, reniformia (DEC. l. c.).

Species mihi ignota, quam pro magis elongata forma A. testiculati (A. lactifloro FL. ALT.) vel rupifragi haberem, nisi foliolorum numerus obstaret.

150. *A. fabaceus* (M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 496) subacaulis pilis longis patentibus obsitus, foliolis 10—12jugis ellipticis ovatisve supra glabris, racemis axillaribus laxis folio subtriplo brevioribus, calycis dentibus lanceolato-subulatis tubo dimidio parum brevioribus, corollis glabris, leguminibus oblongis ellipticisve turgidis subtriquetris mucronatis coriaceo-sublignosis bilocularibus glaberrimis sessilibus.

A. fabaceus. DEC. *Prodr. II*, p. 302. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 250? — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 720.

A. tumidus. M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 198 (non WILLD.). — STEVEN *in Mém. de la Soc. des. Natur. de Moscou IV*, p. 55.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (M. a BIEB., STEVEN, WILHELMS, KOCH *in litt.*), territorio Elisabethpol? (HOHENACK.)]. ♃.

Foliolis majoribus, praesertim latioribus, paucioribus et leguminibus sessilibus, magis elongatis, semper glaberrimis ab antecedente distinctus.

Planta Decandolleana a Biebersteiniana differre videtur ex clar. KOCH l. c.

151. *A. lanigerus* (DESF. *Fl. atlant. II*, p. 281. t. 202) acaulis pilis longis patentibus obsitus, foliolis 17—22jugis oblongis ellipticisve supra glabris, floribus in racemis paucifloris brevissime pedunculatis aggregatis, dentibus calycinis lanceolato-subulatis tubo dimidio subbrevioribus, corollis glabris, leguminibus ovatis turgidis mucronatis sessilibus; junioribus hirsutissimis; adultis parce pilosis.

A. lanigerus. Dec. *Astragal.* p. 172. Nr. 110. — Ej. *Prodr. II*, p. 302. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 720.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (Steven, fide speciminum ab ipso cum herb. reg. berol. et mecum sub nomine A. tumidi communicatarum), in tractu Schuragel (C. Koch)]. ♃.

Foliolis numerosioribus et floribus ad radicem subsessilibus aggregatis ab antecedentibus haud aegre dignoscendus. — Legumina (mihi ignota) ex icone Fontanesiana quoad formam exacte cum illis A. utrigeri conveniunt, sunt autem sessilia, nec, ut in A. utrigero, stipitata.

Linnaeus, e synonymis ad A. tragacanthoidem relatis, sub hoc nomine plures affines species conjunxisse videtur. — Plantae transcaucasicae a plantis afris habitu discrepant (Koch l. c.).

152. *A. angustiflorus* (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 720) radice lignosa pluricipite, foliolis 15—21 oblongis ovatisve ciliatis caeterum glabris, petiolo villoso, stipulis magnis latis membranaceo-aridis, scapis subtrifloris brevissimis, floribus subpollicaribus angustis (ochroleucis), calyce juniore solo dentibus villoso-ciliatis, germine villoso (Koch).

Hab. in tractu Schuragel et in provincia Kars (C. Koch). ♃.

153. *A. pubiflorus* (Dec. *Astragal.* p. 173. Nr. 111. — Ej. *Prodr. II*, p. 302) acaulis pilis longis patentibus dense obtectis, foliolis 9—13-jugis ovatis oblongisve utrinque villosis, floribus in racemis paucifloris brevissime pedunculatis aggregatis, dentibus calycinis lineari-subulatis tubum subsuperantibus, vexillo alisque extus pubescentibus, leguminibus ovatis acuminato-mucronatis villosis.

A. pubiflorus. Lang et Szovits. *Herb. ruth. Cent. I*, Nr. 22.

A. exscapus (rossicus). Pallas. *Astragal.* p. 78, Nr. 85, t. 64 (excl. synon.). — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 499, in nota ad A. rupifragum. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1186. — Besser. *Enum.* p. 30. Nr. 943. — Eichwald *Skizze.* p. 167.

A. utriger. Willd. *herb.* Nr. 14,074. fol. 1.

A. villosus. Güldenst. *It. II*, p. 187?

Hab. in Rossia australi [Podolia! (Besser, Eichw.), Ucrania (Güldenst. ex Pall., M. a Bieb.), gub. Cherson! (Pall., Eichw.)] et provinciis caucasicis [Iberia pr. Tiflis! (Hehn *pl. exs.*)]. ♃.

Foliolis utrinque villosis et corollis extus pubescentibus (qua nota cum solo A. lasiopetalo convenit) ab affinibus diversus. A. exscapo proximus et ab illo non differt nisi petalorum superficie. An illius varietas?

154. *A. nummularius* (Lam. *Encycl. méth. I*, p. 317, excl. synon.) acaulis molliter hirsutus, foliolis 12—29jugis ovatis v. suborbiculato-ellipticis utrinque hirsutis demum glabrioribus, floribus in racemis paucifloris brevissime pedunculatis aggregatis, dentibus calycinis lanceolato-subulatis tubum dimidium subsuperantibus, corollis glabris, leguminibus ovatis ellipticisve turgidis compressis subtriquetris oblique mucronatis villosis.

A. nummularius. Pall. *Astragal.* p. 70. Nr. 78. — Willd. *Spec. pl. III*, p. 1321. — Dec. *Astragal.* p. 177, Nr. 117, t. 11, f. 2. — Ej. *Prodr. II*, p. 303. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 203; *III*, p. 499. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 56. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 143.

A. exscapi varietas. M. a Bieb. *casp.* app. p. 210.

A. tragacanthoides. HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 111.

Hab. in provinciis caucasicis [in Caucaso orientali (M. a BIEB.), in montibus Talüsch, alt. 800—900 hexap.! (C. A. MEYER, HOHENACK.), m. Ararat! (HEHN *pl. exs.*)]. ♃.

155. *A. diffusus* (WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1321) subacaulis cinereo-hirsutus, foliolis sub 11— (9—13-) jugis oblongis utrinque hirsutis, floribus in racemis brevissimis paucifloris aggregatis brevissime pedunculatis sessilibusve, dentibus calycinis tubum superantibus vel aequantibus bracteisque setaceis hirsutissimis, leguminibus ovatis subtriquetris mucronatis hirsutis.

A. diffusus. DEC. *Prodr. II*, p. 303. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 202; *III*, p. 498. — EICHW. *casp. cauc.* p. 1. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 266. — WILLD. *herb.* Nr. 14,037. fol. 1, 2, 3.

A. depressus (non DEC. *Astragal.* p. 121. Nr. 48.) PALL. *It. I*, p. 239; *III*, p. 503. 505. 509. 537. 653. 682. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1186 (excl. pl. sibir.).

A. tragacanthoides. PALL. *It. I*, p. 148?; *III*, p. 666? 676? — S. G. GMEL. *It. II*, p. 196? — LEPECH. *It. I*, p. 219? — FALK. *Beitr. II*, p. 228? — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1186 (excl. pl. sibir.).

A. dolichophyllus. PALL. *Astragal.* p. 84, Nr. 90, t. 68.

A. subacaulis, floribus radicalibus numerosis subsessilibus. I. foliis oblonge ellipticis, flore luteo. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 52. Nr. 67.

Hab. in Rossia australi [ad Wolgam (FALK) pr. Saratow (LEPECHIN) et Astrachan! (LERCHE ex J. G. GMEL., S. G. GMEL., EICHW.), per totum desertum caspium! (PALL., CLAUS), in campestribus Caucaso adjacentibus (M. a BIEBERST., KOCH *in litt.*)] inque Tauria! (PALL., M. a BIEB.). ♃.

156. *A. humilis* (M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 203; *III*, p. 498) subacaulis cinereus, foliolis 7—10jugis suborbiculato-ellipticis utrinque incumbenti-pilosis subsericeis, floribus in racemis brevissimis paucifloris aggregatis brevissime pedunculatis sessilibusve, calycis hirsuti laciniis tubum dimidium vix aequantibus, leguminibus ovatis acuminatis hirsutis.

A. humilis. DEC. *Prodr. II*, p. 303. — WILLD. *herb.* Nr. 14,032.

Hab. in Caucaso iberico! (M. a BIEB., — Vidi in herb. WILLD.). ♃.

157. *A. testiculatus* (PALL. *Astragal.* p. 82, Nr. 89, t. 67) subcaulescens procumbens cinereo-villosus, foliolis 7—13jugis oblongo-ellipticis, pedunculis aggregatis axillaribus paucifloris brevissimis, calycis cylindrici dentibus tubo longe brevioribus, leguminibus ovatis turgidis acutis dense tomentoso-lanatis.

A. testiculatus. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1320. — DEC. *Prodr. II*, p. 305. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 201; *III*, p. 498. — LESSING *in Linnaea. IX*, p. 169. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 267. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 362.

A. cinereus α. radiciflorus. DEC. *Astragal.* p. 178, Nr. 118, t. 40.

A. depressus. PALL. *It. II*, p. 464. 474; *III*, p. 507. — GEORGI. *It. I*, p. 227?

A. lactiflorus. LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 333. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 103. — BUNGE. *Enum. alt.* p. 73. — BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 93. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 362.

A. subacaulis, floribus radicalibus numerosis subsessilibus. GMELIN. *Fl. sib. IV*, p. 52. Nr. 67 (excl. synon. AMMAN.).

Hab. in Rossia australi [ad Tanain (HENNING), in deserto caspio! (PALL., M. a BIEB., CLAUS)], Tauria! (M. a BIEB., STEVEN *in herb. reg. berol.*), Sibiria uralensi (PALL., LESSING), altaica! (FL. ALT.) ad fl. Irtysch (PALL., KAREL. et KIRIL.), in deserto soongoro-kirghisico (KAREL. et KIRIL.) pr. Krasnojarsk (TURCZ.), ad fl. Jenisei (J. G. GMEL.) et baikalensi pr. Balagansk (TURCZANINOW). ♃.

Corolla lactea aut incarnata: carina apicem versus sature purpurea. Varietas albiflora taurica: villis omnium partium saepe e cinereo rutilantibus, corollis longioribus, ulteriori examine indiget (M. a Bieb. l. c.).

A. lactiflorum, quam olim pro peculiari specie proposui, jam cum hoc conjungo. Differt non nisi magnitudine, caulibus magis elongatis, floribus in quovis pedunculo numerosioribus aliisque notis minoris momenti. Varietas vero in Fl. alt. l. c. memorata, monente am. Bunge l. c. ulterius observanda, quae non solum caule minus elongato, foliolis angustioribus acutioribusque, sed etiam leguminibus pro longitudine angustioribus manifestius triquetris et minus dense lanatis differre videtur, ad sequentem propius accedens.

158. *A. rupifragus* (Pall. *Astragal.* p. 86, Nr. 92, t. 70) subcaulescens procumbens cano-villosus, foliolis 7—11jugis oblongo-ellipticis, pedunculis axillaribus longitudine variantibus saepe brevissimis paucifloris, calycis oblongi turgiduli dentibus tubo paulo brevioribus, leguminibus turgidulis ovato-oblongis acutis lanatis.

A. rupifragus. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1320. — Decand. *Prodr. II*, p. 305. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 203 (excl. synon. Dec.); *III*, p. 499. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 270.

Hab. in Tauria meridionali (Pall., M. a Bieb.) inque montibus uralensibus supra Orenburg (Claus). ♃.

159. *A. eriocarpus* (Dec. *Astragal.* Nr. 135. t. 47, non M. a Bieb.) acaulis villoso-hirsutus, foliolis 21—27 ellipticis obtusis, scapis folia superantibus, spicis ovatis, calyce villoso 5dentato, ovario hirsutissimo.

A. eriocarpus. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 721.

Hab. in tractu Schuragel (C. Koch). ♃.

Flores purpurei ex Dec. — Mihi ignotus.

160. *A. galactites* (Pall. *Astragal.* p. 85, Nr. 91, t. 69) acaulis pilis adpressis bipartitis subincanus, foliolis 2—5- (7- ex Pall.) jugis oblongis, floribus sessilibus v. brevissime pedunculatis 1- v. 2bracteatis, calycis pilosi tubo dentibus 3—4plove longiore, leguminibus calyce membranaceo inclusis bilocularibus: loculis 1—2spermis.

A. galactites. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1321. — Dec. *Prodr. II*, p. 301. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 360.

A. depressus. Pall. *It. III*, p. 210. 215.

A. brevifolius. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 334. — Ej *Ic. pl. Fl. ross.* t. 307.

A. repens, Barbae Jovis foliis, acaulos ferme, polyanthos. Amman. *ruth.* p. 129. Nr. 170.

Hab. in Sibiria altaica! (Fl. alt.) et transbaikalensi! (Pall., Turcz.) inque Davuria (Pall.). ♃.

Duplex datur forma: 1. floribus pedunculo brevi suffultis, unibracteatis: bractea calycem dimidium subaequante, calycibus densius pilosis, corollis quidquam majoribus. 2. floribus sessilibus bibracteatis: bracteis oppositis; altera majori $\frac{1}{4}$ v. $\frac{1}{3}$ calycis tubi aequante, calycibus parce pilosis, corollis paullo minoribus. — Specimen, quod in herbario Willdenowiano sub Nr. 14,038. fol. 1. asservatur, in eo a nostris speciminibus recedit, quod foliola adulta in pagina superiore glabra et calyces densissime villosi sunt. — An duae species hic latent?

161. *A. scabrisetus* (Bongard in Ej. et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 89, t. 5) acaulis, pilis rigidis bipartitis adpressis vestitus, floribus aggregatis prope radicem sessilibus, vexillo plano (nec tubuloso), leguminibus pilosis ovatis acuminatis semibilocularibus subdispermis.

Hab. in Sibiria altaica ad radicem collis, rossice Sopka dicti, in dextra ripa fl. Kurtschum! (Bongard et Meyer). ♃.

Radix perpendicularis, parce ramosa, sordide albida. Caules plures, brevissimi, plerumque hypogaei, residuis foliorum emarcidorum obsiti, apice fasciculos foliorum emittentes. Folia petiolata, imparipinnata, circiter $1\frac{1}{2}$pollicaria et longiora, 2—3juga: foliolis obovatis v. oblongis, obtusis, utrinque setis bipartitis centro affixis rigidis adpressis sub lente noduloso-scabris et splendentibus, uti et petioli, tectis et incanis; extremo impari foliolo caeteris plerumque majore. Stipulae lanceolato-acuminatae, membranaceae, setosae. Flores prope radicem dense in capitulum sessile aggregati. Calyx tubulosus, albo-pilosus, pilis longis simplicibus mollioribus sublaevibus vestitus, 5fidus: laciniis subulatis, tubo multo brevioribus. Corolla calycis tubo longior. Vexillum alas carinamque longitudine superans, oblongum, obtusum, apice irregulariter crenulatum, deorsum in unguem latiusculum attenuatum, albidum, apice saepius caerulescens. Alae carina longiores, oblongae, obtusae, in unguem filiformem attenuatae, albae. Carina parva, longe unguiculata, apice bifida et colore caeruleo suffusa. Stamina diadelpha. Antherae ovatae, cordatae, flavae. Ovarium oblongum, adpresse pilosum. Stylus filiformis. Stigma capitatum. Legumen parvum, ovatum, acuminatum, pilosum, semibiloculare, 1—2spermum. Semina olivacea, scrobiculata.

Quoad habitum A. hypogaeo accedit, foliis paucijugis vero, floribus fere duplo minoribus, vexillo non tubuloso et denique pilorum conformatione differt. A. galactitidi quoque affinis, sed recedit foliis paucijugis, setis vestitis longioribus crassis, floribus minoribus, calycibus pilis simplicibus patentibus hirtis, dentibus calycis multo brevioribus (B. et M. l. c.).

162. *A. hypogaeus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 329. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 95) acaulis pilis albis longis incano-villosus, foliolis 5—13 remotiusculis obovatis, floribus ad radicem aggregatis exacte sessilibus, calycis demum rupti dentibus lineari-subulatis tubum subaequantibus, leguminibus subgloboso-didymis villosis unilocularibus oligospermis subterraneis, vexillo elongato emarginato marginibus connatis medio tubulosis.

Hab. in Sibiriae altaicae collibus et campestribus siccis juxta fl. Tscharysch et Buchtorma inque deserto soongoro-kirghisico! (Fl. alt.). ♃.

163. *A. amygdaliger* (Lessing *in Linnaea IX*, p. 176) acaulis pilis longis flexuosis incanus, foliolis 21—29 adproximatis, floribus racemosis erecto-patentibus, pedunculis folio plus duplo brevioribus, bracteis linearibus pedicellos superantibus, dentibus calycis demum rupti lineari-subulatis tubo plus duplo brevioribus, corollis luteis glabris, vexillo elongato emarginato nusquam tubuloso, leguminibus ovoideo-globosis bilocularibus declinatis brevissime pedicellatis obtusissimis albo densissimeque lanato-tomentosis.

Hab. in Sibiria uralensi pr. Orsk (JANOWSKI ex LESSING). ♃.

Ad Anthylloideas referendus atque omnium A. hypogaeo proximus. Tota planta digitalis. Flores et inflorescentia iis in A. longifloro persimiles. Pubes tubi calycini flavescens, dentium nigrescens. Stipulae longissime semilanceolato-lineares. Pedunculi pedicellique filiformes (LESSING l. c.).

Planta mihi ignota, e diagnosi supra adlegata A. testiculato potius, quam A. hypogaeo affinis videtur.

164. *A. glomeratus* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 327. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 299) subacaulis caespitosus glaucus pilis raris strigosis obsitus, foliolis subnovenis obovatis, racemis axillaribus 4—8floris subsessilibus, calycis demum rupti dentibus lanceolato-linearibus tubum dimidium subaequantibus, leguminibus cylindraceis acuminatis subsericeo-strigosis bilocularibus.

Hab. Sibiria altaica ad fl. Irtysch inter Woroninsk et Nabaty! (FL. ALT.). ♃.

165. *A. Ammodytes* (PALL. *It. II*, app. p. 742, Nr. 119, t. X. — Ej. *Astragal.* p. 7, Nr. 10, t. 5) caespitosus albo-lanatus, caule ramosissimo prostrato, stipulis subvaginantibus oblique truncatis extus dense lanatis, foliolis 5—11 obovato-cuneatis, pedunculis axillaribus brevissimis bifloris, floribus folia subaequantibus, leguminibus (var. β) calyce demum rupto stipatis albo-lanatis bilocularibus : loculis dispermis.

A. Ammodytes. WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1298. — DEC. *Astragal.* p. 88, Nr. 11. — Ej. *Prodr. II*, p. 301. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. Nachtr.* p. 299. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 327. — BONGARD et MEYER. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 88.

A. species singularis. PALL. *It. II*, p. 485.

α. *violascens*: floribus violaceis, pedunculo parum longiore, foliolis 5—7 sericeo-cinerascentibus.

β. *albiflorus*: floribus albis, pedunculo brevissimo, foliolis sub11 albo-lanatis.

Hab. in Sibiria altaica, α. in arena mobili ad marginem pineti pr. Loktewsk! (FL. ALT.), β. ad fl. Irtysch! (FL. ALT.). ♃.

Varietas β. forte distincta species. Superficies potius dense lanato-tomentosa, quam sericea. Foliola semper numerosiora. Flores brevissime pedunculati, albi. — Fructus varietatis α. mihi ignoti sunt, a Pallasio sic describuntur: „Legumina parva, nuda, ventricoso didyma, ovata, lanugine obducta, stylo subincurvo mucronata, farcta seminibus pluribus, reniformibus, luteis, a quorum colore translucente ipsa legumina lutescunt.“

c. *Leguminibus vesicariis.*

166. *A. physocarpus* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 336) subacaulis, foliolis 17—27 ellipticis basi rotundatis cuneatisve mucronatis glaucis utrinque glabris margine pilis raris centro affixis adpressis obsitis, pedunculis folia subaequantibus, floribus dense spicatis, leguminibus inflatis tenuissime membranaceis glabris subglobosis: diametro transversali longitudinalem saepius superante.

A. physodes PALL. *It. II*, p. 474. 486; *III*, p. 314. — SIEVERS in PALL. *n. nord. Beitr. VII*, p. 274.

A. physodes altaicus. PALL. *Astragal.* p. 72, Nr. 80, t. 58, B, f. 2. — DEC. *Astragal.* p. 192, Nr. 137. — Ej. *Prodr. II*, p. 306.

Hab. in Sibiriae altaicae planitiebus siccis subsalsis circa Loktewsk! (Fl. alt.), ad fl. Schulba, Buchtorma et Dschargurban (Schangin et Sievers ex Pall.). ♃.

167. *A. physodes* (L. Sp. 1073) subacaulis, foliolis 21—31 oblongo-linearibus utrinque acutis nudique pilis centro affixis adpressis obsitis subincanis, pedunculis folia subaequantibus, floribus spicatis, leguminibus inflatis chartaceo-membranaceis glabris subglobosis: diametro longitudinali transversalem saepius superante.

A. physodes. L. *Amoen. acad. II*, p. 359. — Pall. *It. III*, p. 507. 537. 586. 653. 676. — S. G. Gmelin *It. II*, p. 196; *IV*, p. 9. — Falk. *Beitr. II*, p. 227. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1186; *Nachtr.* p. 297 (excl. pl. altaica et kamtschatica). — Pall. *Ind. Taur.* — Dec. *Astragal.* p. 192. Nr. 137 (excl. varr. γ. et δ). t. 48. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 197; *III*, p. 495. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 346 in nota. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 266.

A. physodes wolgensis et tauricus. Pall. *Astragal.* p. 71. 72, Nr. 80, t. 58. B, f. 1. — Dec. *Prodr. II*, p. 305.

A. sphaerocarpus. Willd. *herb.* Nr. 14,072.

A. humilis serpylli folia. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 56, Nr. 72 (excl. syn. Buxb.).

Hab. in Rossia australi [ad Wolgam (Lerche ex J. G. Gmel., Pall., S. G. Gmel., Falk), in deserto caspio! (Pall., M. a Bieb., Claus) et Kirghisorum ad lacum Indersk! (Claus)], Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Iberia (Steven ex M. a Bieb. — var. perpusilla). ♃.

168. *A. Pallasii* (Fisch. *Cat. h. gorenk. a. 1812*, p. 71) caulescens a basi ramosus caespitosus, caule albo-lanato, foliolis 9—11 obovato-oblongis utrinque petiolisque patulo-pilosis subincanis, pedunculis folia subaequantibus paucifloris, leguminibus inflatis chartaceo-membranaceis villosis subglobosis: diametro longitudinali transversalem superante.

A. Pallasii. Dec. *Prodr. II*, p. 305. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 336. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 267. — Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 94. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 264. — Willd. *herb.* Nr. 14,071.

A. physodi affinis. Pall. *Astragal.* p. 73. Nr. 80, t. 59.

A. physodes δ. eriocarpus. Dec. *Astragal.* p. 192, Nr. 137.

Hab. in Rossia australi [des. caspio (Pallas)], deserto Kirghisorum ad lacum Indersk! (Claus), ad litt. orient. m. caspii! (Karelin) inque Sibiria altaica inter fl. Irtysch et mont. Arkaul des. soongoro-kirghisici! (Fl. alt., Karel. et Kiril.). ♃.

Quid?: *A. desertorum* (Lehmann ex Spr. *Syst. Veg. III*, p. 300, Nr. 87) pumilus erectiusculus, foliolis obovatis retusis subtus incano-sericeis, spicis pedunculatis axillaribus paucifloris folio brevioribus leguminibus erectis oblongis subinflatis pubescentibus. — In desert. Asiae mediae (Spreng.).

„ *elongatus.* Henning *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. VI*, p. 77 (certe non Willd.). — ad Tanain (Henning).

„ *villosus.* Pall. *It. II*, p. 464. — ad fl. Irtysch (Pall.).

„ *pedunculis radicatis*, folio longioribus, floribus racemosis, laxissimis, leguminibus subulatis, erectis, foliis ex lineari lanceolatis, raris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 60, Nr. 77. — Pr. Irkutzk (Steller ex J. G. Gmel.).

„ *caulibus prostratis diffusis.* Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 329. — in desert. soongoro-kirghisico (Sievers).

„ *acaulos*, floribus amplissimis, variis. Amman. *ruth.* p. 128, Nr. 169. — Non longe a Kurbac fl. ostio in Udam fl. (Messerschmidt ex Amman).

A. spec. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 250. — In territ. Elisabethpol (Hohenack.).

„ „ e sect. Synochreatorum. Weinm. *Tambow.* Nr. 112.

Tribus III. Viciеae. Bronn. *Diss.* p. 133. — Dec. *Prodr. II*, p. 353.

Corolla papilionacea. Stamina 10, diadelpha. Legumen bivalve, continuum. Embryonis cotyledones crassae, per germinationem immutatae sub terra remanentes; radicula incurva. — Folia plerumque abrupte pinnata: petiolo communi in setam v. cirrhum producto.

234. Cicer. Tournef.

Dec. *Prodr. II*, p. 354. — Koch. *Syn.* p. 191. — Meisn. *gen.* p. 92. — *Comment.* p. 65. — Endlicher *gen.* p. 1278.

Calyx basi ad latus superius gibbus, 5partitus: laciniis acuminatis, 2 v. 4 superioribus vexillo incumbentibus. Filamenta apice dilatata. Stylus glaber. Legumen inflatum, membranaceum, uniloculare, dispermum. Semina gibbosa, mucronata.

1. *C. arietinum* (L. Sp. 1040) foliis omnibus impari-pinnatis, foliolis oblongo-ellipticis serratis aequalibus, calycis basi gibbosi laciniis alarum longitudine.

C. arietinum. Dec. *Prodr. II*, p. 354. — Falk. *Beitr. II*, p. 224. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1172. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 721.

Nochotta oleracea. S. G. Gmel. *It. III*, p. 23. t. 3.

Hab. in Tauria (Pall. — an spont.?) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Falk), Iberia (subspontanea — C. Koch) in m. Ararat! (e sem. a cl. Hehn collect. in h. dorpat. enat.)]. ⊙.

2. *C. soongoricum* (Stephan) foliis infimis (paucis) impari-pinnatis, reliquis (plurimis) abrupte pinnatis apice cirrhiferis, foliolis versus apicem decrescentibus, cirrhis subsimplicibus, calycis basi calcarato-gibbosi laciniis alis brevioribus.

C. soongoricum. Dec. *Prodr. II*, p. 354. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 270.

Lathyrus Ciceri arectino similis. Siev. in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 289.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus! (Nordmann) inque Sibiria altaica in mont. Tarbagatai! (Sievers) ad torrentem Tschcharak-Assu (Karel. et Kiril.). ⊙.

235. Pisum. Tournef.

Dec. *Prodr. II*, p. 368. — Koch *Syn.* p. 198. — Meisn. *gen.* p. 92. — *Comment.* p. 65. — Endlicher *gen.* p. 1279.

Calyx 5fidus; laciniis foliaceis, lanceolatis; 2 superioribus brevioribus. Filamenta subulata. Stylus latere inferiore complicato-canaliculatus; superiore carinatus et superne barbatus. Legumen oblongum, polyspermum. Semina globosa, umbilico elliptico.

1. *P. sativum* (L. Sp. 1026) stipulis ovato-semicordatis basi dentatis pedunculum 1- v. 2florum totum subaequantibus v. illius partem

inferiorem floribus denudatam superantibus, foliis 3jugis, foliolis ovatis margine undulatis, seminibus globosis.

P. sativum. Dec. *Prodr. II*, p. 368. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 151.

P. maritimum. Pall. *Ind. Taur.?*

Hab. in Tauria (M. a Bieb.). ⊙.

2. *P. arvense* (L. Sp. 1027) stipulis ovato-semicordatis basi dentatis pedunculum 1—2florum totum subaequantibus v. illius partem inferiorem floribus denudatam superantibus foliis 2—3jugis, foliolis ovatis, seminibus angulato-impressis.

P. arvense. Dec. *Prodr. II*, p. 268. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1163. — Besser. *Enum.* p. 29, Nr. 905. — Lucé *Fl. osil.* p. 244. — Eichw. *Skizze* p. 168.

Hab. in Rossia media [ins. Osilia (Lucé), Volhynia (Eichw.)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.)]. ⊙.

3. *P. elatius* (Steven in M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 151) stipulis ovato-semicordatis basi dentatis pedunculo uni- v. bifloro duplo triplove brevioribus, foliis 3jugis, foliolis ellipticis oblongisve.

P. elatius. C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 148. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 115.

P. elatum. Dec. *Prodr. II*, p. 368.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia (Steven ex M. a Bieb.), territorio Elisabethpol (Hohenack.) inque dumetis et sylvaticis ad radicem mont. Talüsch pr. Kisilagatsch et Lenkoran! (Hansen *pl. exs.*, C. A. Meyer, Hohenack.)]. ⊙.

4. *P. maritimum* (L. Sp. 1027) stipulis inaequilateris cordato-hastatis: angulis acutis, foliis subquadrijugis, foliolis ellipticis integerrimis, pedunculis multifloris, caule angulato.

P. maritimum. Dec. *Prodr. II*, p. 368. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1163. — Wahlenb. *Ind. Lappon.* p. 187. — Prytz *Fl. fenn. breviar.* p. 68. — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 647. — Fellm. *Ind. Kola.* p. 283. — Bong. *de veget ins. Sitcha* p. 130. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 261.

Lathyrus maritimus. Bigel. *Fl. boston.* ed. 2. p. 268. — Torrey et Gray *Fl. bor. am. I*, p. 273.

Lathyrus piliformis. Hooker *Fl. bor. am. I*, p. 158. — Hook. et Arn. in Beechey's *Voyage* p. 113. 123.

Hab. in Rossia arctica [territ. Kola (Fellm.), Lapponia! (Schrenk)], septentrionali [in litt. sinus botnici (Prytz)] et m. albi pr. Archangel! (Fellm.)] et media [litt. m. baltici pr. Windau (Fleisch. et Lindem.)] inque Sibiria orientali pr. Ochotzk! (Turcz., Kruhse *pl. exs.*) et Udskoi (Turcz.) et Kamtschatka! (Chamisso, Eschscholtz, Beechey ex Hooker et Arn.) insulisque oceani orientalis: Sitcha (Bongard) et littoribus arenosis cis et transbeeringianis Asiae et Americae arcticae (Chamisso), ad sin. Kotzebue (Beechey ex Hook. et Arn.). ♃.

A Lathyro pisiformi, quocum a clar. Hooker. (*Fl. bor. am. I*, p. 159) et a cl. cl. Torrey et Gray (*Fl. bor. am. I*, p. 273) conjungitur, non solum stylo latere inferiore marginibus reflexis canaliculato, sed aliis quoque notis diversum. Flores, etiam in speciminibus parvifloris, semper multo majores, germen pubescenti-villosum; legumen (licet immaturum) duplo fere latius, brevius et praeter apicem glabrum dense villosum (in Lathyro pisiformi demum glaberrimum); superficies totius plantae pubescens, cum L. pisiformis, praeter caulis, petioli et rachis alam praesertim in superiore plantae parte ciliatam, totus sit glaber.

236. Ervum. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 366. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 352. — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 154. — Endlicher *gen.* p. 1279.

Calyx 5fidus v. 5dentatus. Filamenta subulata. Stylus filiformis-adscendens, sub stigmate terminali capitato, v. infra apicem introrsum laterali clavato-incrassatus. Legumen 1-polyspermum. Semina subglobosa.

Sect. I. *Lens*. Tournef. — Endlicher l. c. Stylus sub stigmate introrsum laterali ciliatus.

1. *E. Lens* (L. Sp. 1039) pedunculis 1—2floris folium aequantibus aristatis; foliis superioribus cirrho terminatis subsexjugis, stipulis lanceolatis integerrimis, calycibus corollam aequantibus: dentibus tubo 3—4plo longioribus, leguminibus subrhombeis dispermis glabris.

E. Lens. Dec. *Prodr. II*, p. 366. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1171. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 147.

Hab. in Rossia australi (Georgi) inque provinciis caucasicis (C. A. Meyer) [Iberia! (Wilhelms)] hinc inde inter segetes et circa pagos quasi sponte. ⊙.

2. *E. Loiseleurii* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 475 excl. syn. praeter Marsch. casp.) pedunculis 2—6floris folio brevioribus aristatis, foliis cirrho terminatis 6—8jugis, stipulis setaceis, calycibus corolla brevioribus: dentibus tubo duplo longioribus, leguminibus subrhombeis dispermis glabris.

E. Loiseleurii. Dec. *Prodr. II*, p. 367. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 148. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 114.

E. tetraspermum. M. a Bieb. *casp.* p. 185, app. sub. Nr. 55 (ex ipso) non L.

Hab. in Tauria (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [in sylvis mont. Talüsch! (C. A. Meyer) pr. Lenkoran (Hohenack.)]. ♃.

3. *E. nigricans* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 161) pedunculis subbifloris folio longioribus aristatis, foliis mucrone terminatis; mediis 5—6jugis, stipulis semihastatis denticulatis, calycibus corollam aequantibus: dentibus tubo 3—4plo longioribus, leguminibus subrhombeis dispermis glabris.

E. nigricans. Dec. *Prodr. II*, p. 366 (excl. syn. Tenorii). — Eichw. *casp. cauc.* p. 29. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 721.

E. sylvaticum. Fisch. *Cat. h. gorenk.* 1808. p. 116.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb., Stev. *pl. exs.*) et provinciis caucasicis [Somchetia (Eichw.), Armenia (Koch)]. ⊙.

4. *E. Hohenackeri* (Fisch. et Meyer *Ind. IV. sem. h. petropol.* (1837) p. 35) pedunculis subunifloris folio longioribus muticis, foliis cirrho obsoleto simplici terminatis 4—6jugis, stipulis semisagittatis basi dentatis, calycibus corolla brevioribus: dentibus tubo subduplo longioribus, leguminibus subrhombeis dispermis pubescentibus.

E. Hohenackeri. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 114.

Hab. in provinciis caucasicis [provincia Karabagh pr. castellum Schuscha, alt. 250 hexap.! (Hohenack.), in region. occidentalibus! (Nordmann)]. ⊙.

Sect. II. *Ervilia*. Link. *Enum. h. berol. II*, p. 240. — Endlicher l. c. Stylus sub stigmate terminali circacircum pilosus. Ovarium undulato-plicatum. Legumen toruloso-nodosum.

5. *E. Ervilia* (L. Sp. 1040) pedunculis 2—4floris folio brevioribus aristatis, foliis mucrone terminatis 10—14jugis, stipulis semihastatis dentatis, calycibus corolla brevioribus: dentibus tubo duplo longioribus, leguminibus oblongis torulosis submoniliformibus.

E. Ervilia. Dec. *Prodr. II*, p. 367. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 114.

Vicia Ervilia. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1103. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 470. — Eichw. *casp. cauc.* p. 28.

Ervilia sativa. Link l. c.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia! (Wilhelms, M. a Bieb.), Kachetia et Somchetia (Eichw.) provinc. Talüsch tr. Suwant! (Hohenack.)]. ⊙.

Sect. III. *Lenticula.* Endlicher l. c. Stylus sub stigmate terminali circacircum pilosus. Ovarium laeve.

6. *E. hirsutum* (L. Sp. 1039) pedunculis 2—6floris folium subaequantibus aristatis, foliis superioribus cirrho terminatis subsexjugis, stipulis lanceolatis; inferioribus semisagittatis, calycibus corolla brevioribus: dentibus tubum aequantibus v. superantibus, leguminibus oblongis dispermis pubescentibus.

E. hirsutum. Dec. *Prodr. II.* p. 366. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 114. — Gilib. *Fl. lithuan IV*, p. 107. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 266. — Falk *Beitr. II*, p. 224. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 491. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs III*, 4. p. 1171. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 164; *III*, p. 476. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 213. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 187. — Mart. *Fl. mosq.* p. 126. — Prytz. *Fl. fennic. breviar.* p. 69. — Besser *Enum.* p. 29. Nr. 916. — Lucé *Fl. osil.* p. 248. — Höfft *Cat. Kursk* p. 47. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 148. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 289. — Eichw. *Skizze* p. 168. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 289. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 114.

E. pedunculis multifloris, seminibus globosis, binis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 12, Nr. 13.

Vicia hirsuta. Koch. *Syn.* p. 191. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 263.

Hab. in Rossia arctica [territor. Kola et Lapponia (Fellm.)], septentrionali [Lapponia australi (Wahlenb.), Fennia (Prytz)], media [a Newa fl. ad Kama fl. usque (Falk), Petropoli (Gorter, Weinm.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (C. A. Meyer *in litt.*)] et australi [Podolia (Besser, Echw.), ad Tanain (Henning)], Tauria (Pallas, M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Iberia! (Wilhelms), territor. Elisabethpol (Hohenack.) et provinc. Talüsch, alt. 800 hexap.! (C. A. Meyer) pr. Lenkoran! (Hansen *pl. exs.*, Hohenack.)] inque Sibiria uralensi pr. Werchoturie (J. G. Gmel.). ⊙.

7. *E. tetraspermum* (L. Sp. 1039) pedunculis 1—2floris folium subaequantibus muticis, foliis cirrho terminatis 2—4jugis, stipulis semisagittatis, calycibus corolla, dentibus tubo brevioribus, leguminibus oblongis subtetraspermis glabris, umbilico lineari-oblongo latitudine 3plo longiore.

E. tetraspermum. Dec. *Prodr. II*, p. 367. — Gorter *Fl. ingr.* p. 114. — Stephan *Fl. mosq.* Nr. 490. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4 p. 1171. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 164 (excl. var. β). — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 213. — Mart. *Fl. mosq.* p. 126. — Besser *Enum.* p. 29, Nr. 915. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 352. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 148. — Eichw. *Skizze* p. 168. — Ej *casp. cauc.* p. 22. 26. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 114. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 278.

E. glabrum. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 107. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 265.
E. monanthos. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1171, non L.
E. tetragonum. (an mend. calam.?) Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47.
E. pedunculis unifloris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 12, Nr. 14 (excl. synon.).

Hab. in Rossia media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser), ad Tanain (Henning)], Tauria (Pallas, M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Iberia, Mingrelia, Kachetia et Somchetia (Eichw.), territor. Elisabethpol (Hohenack.), provinc. Talüsch pr. Lenkoran! (C. A. Meyer, Hohenack.)] inque Sibiria uralensi pr. Werchoturie (J. G. Gmel.) et altaica! (Fl. alt., Karel. et Kiril.). ⊙.

8. *E. gracile* (Dec. *Cat. h. monspel.* p. 109) pedunculis sub3- (1—4-) floris aristatis demum folio duplo longioribus, foliis cirrho terminatis 3—4jugis, stipulis semisagittatis, calycibus corolla, dentibus tubo brevioribus, leguminibus lineari-oblongis subhexaspermis glabris, umbilico lato-elliptico latitudine subduplo longiore.

E. tetraspermum β. gracile. Dec. *Prodr. II*, p. 367.
E. tenuissimum. M. a Bieb. *casp.* 185, app. Nr. 55. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*. 4. p. 1171. — Pers. *Syn. II*, p. 309.
E. tetraspermum β. tenuissimum. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 184.
E. tetraspermum. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 474.
Vicia gracilis. Loisel. *Fl. gall* ed. 2. p. 148.

Hab. in Tauria (M. a Bieb.). ⊙.

9. *E. monanthos* (L. Sp. 1040) pedunculis unifloris folium subaequantibus, foliis subseptemjugis, stipulis inaequalibus; altera lineari integra sessili; altera semilunari setaceo-dentata petiolata, calycibus corolla brevioribus: dentibus tubo longioribus, leguminibus lato-oblongis subtrispermis.

E. monanthos. Dec. *Prodr. II*, p. 367. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1171. — Eichw. *Skizze*, p. 168.
Lathyrus monanthos. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1083. — Willd. *herb.* Nr. 13,526.
Vicia monantha. Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1170 (non Willd. *Spec. pl. III*, p. 1109). — Koch *Syn.* p. 192.
V. articulata. Willd. *Enum. h. berol.* p. 764.

Hab in Lithuaniae agris quasi sponte (Eichw.). ⊙.

237. Vicia. L.

(Vicia et Faba) Dec. *Prodr. II*, p. 354. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 343. — Koch *Deutschl. Fl.* p. 162. — Endlicher *gen.* p. 1279.

Calyx 5fidus v. 5dentatus. Filamenta subulata. Stylus filiformis, adscendens, apicem versus nunc undique, nunc nonnisi externe piloso-barbatus, rarissime imberbis. Stigma terminale, capitellatum. Legumen 2-polyspermum.

Sect. I. *Faba*. Tournef. Legumen coriaceum, subturgidum, torulosum. Semina elliptica, compressa: umbilico terminali, margini breviori imposito. — Caulis erectus. Cirrhi simplices, subnulli. Pedunculi breviter racemosi, pauciflori.

1. *V. Faba* (L. Sp. 1039) racemis axillaribus 2—4floris brevissimis, foliis mucrone terminatis; superioribus bijugis, foliolis ellipticis obtusis, vexillo glabro, dentibus calycis inaequalibus; tribus inferioribus

lanceolatis; duobus superioribus brevioribus conniventibus, leguminibus subteretibus coriaceis puberulis.

Faba vulgaris. Mönch. *meth.* p. 130. — Dec. *Prodr. II*, p. 354.

Hab. in finitimis m. caspii (Dec.). ⊙.

Sect. II. *Vicia.* Tournef. Legumen oblongum. Semina subglobosa v. lenticularia v. oblonga et tunc umbilico laterali, margini longiori imposito. — Herbae saepius scandentes. Folia cirrhosa: cirrho plerumque ramoso. Pedunculi abbreviati v. elongati.

§. 1. *Flores subsessiles v. breviter pedunculati.*

2. *V. narbonensis* (L. Sp. 1038) racemis axillaribus 2—4floris brevissimis, foliis cirrhosis; superioribus bijugis, foliolis ovatis obtusis dentato-serratis integerrimisve, vexillo glabro, dentibus calycis ovato-lanceolatis inaequalibus; superioribus dimidio brevioribus, leguminibus oblongis compressis oblique reticulatis pilosisve demum glabris suturis muricato-ciliatis.

V. narbonensis. Dec. *Prodr. II*, p. 364. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1169. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 163; *III*, p 474. — Steven *in Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. IV*, p. 53. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722 (*β.* heterophylla Reichenb.).

β. serratifolia: foliolis serratis. Dec. l. c.

V. serratifolia. Jacq. *Fl. austr.* app. t. 8. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1170.

Hab. in Tauria! (M. a Bieb., Steven *pl. exs.*) et provinciis caucasicis [pr. Derbent (Steven, M. a Bieb.), territorio Elisabethpol et provincia Karabagh (Hohenack.), Armenia (C. Koch), provincia Talüsch, alt. 500 hexap. (C. A. Meyer), reg. occidental.! (Nordmann). ⊙.

β. in Tauria (Böber ex Georgi). ⊙.

3. *V. sativa* (L. Sp. 1037 var. *α*) floribus axillaribus subgeminis breviter pedunculatis, foliis subseptemjugis, foliolis obovatis v. oblongo-obovatis omnibus emarginato-retusis, vexillo glabro, dentibus calycinis lanceolato-subulatis tubum aequantibus porrectis, leguminibus erectis oblongis pubescentibus, seminibus globoso-subcompressis.

V. sativa. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1104. — Gorter *Fl. ingr.* p. 113. — Stephan *Fl. mosq.* Nr. 488 — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1168. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 215. — Mart. *Fl. mosq.* p. 126. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 69. — Besser. *Enum.* p. 29, Nr. 911. — Luce *Fl. osil.* p. 416. — Höfft *Cat. Kursk.* p. 47. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147. — Eichw. *Skizze* p. 168. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 113. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 263.
V. sativa *α.* obovata. Sering. in Dec. *Prodr. II*, p. 360.
V. sativa *β.* nemoralis. Pers. *Syn. II*, p. 307.
V. notata. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 105. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 264.

β. uniflora (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722) foliolis oblongis retusis mucronatis, floribus solitariis.

Hab. in Rossia septentrionali? [Fennia inter segetes passim, vix tamen indigena (Prytz)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft), Mosqua (Stephan, Mart.)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.)] inque

provinciis caucasicis [promontor. occidentali, alt. 500 hexap. (C. A. Meyer), Armenia (Koch *in litt.*), m. Ararat! (Hehn *pl. exs.*), provinc. Talüsch inter Sallian et Lenkoran (C. A. Meyer), pr. Kisilagatsch (Hohenack.)]; — var. *β.* in Armenia (C. Koch). ⊙.

Varietatem foliolis omnibus obcordatis, quae forsan speciem distinctam sistit, e Tauria (a cl. Parrot) et provinciis caucasicis (Kachetia et Somchetia, a cl. Eichw. lect.) possideo. Huc pertinet V. angustifolia var. obcordata. Eichw. *casp. cauc.* p. 28.

4. *V. angustifolia* (Roth. *Tent. Fl. germ. I*, p. 310) floribus axillaribus subgeminis breviter pedunculatis, foliis subquinquejugis, foliolis foliorum inferiorum obovatis emarginato-retusis; superiorum lanceolato-linearibus obtusis truncatisve, vexillo glabro, dentibus calycinis lanceolato-subulatis tubum subaequantibus porrectis, leguminibus patentibus linearibus; maturis glabris, seminibus globosis.

V. angustifolia. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1105. — Erndt. *Virid. warsaw.* p. 130. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1170. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 160. — Mart. *Fl. mosq.* p. 126. — Besser *Enum.* p. 29, Nr. 912. — Lucé *Fl. osil.* p. 416. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147. — Eichw. *Skizze* p. 168. — Ej. *casp. cauc.* p. 24. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73.
V. sativa. Pall. *Ind. Taur.*

α. segetalis: foliolis foliorum superiorum oblongo-linearibus.

V. angustifolia *α.* segetalis. Koch *Syn.* p. 197. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Osteeprov.* p. 263.
V. sativa. *β.* segetalis. Ser. in Dec. *Prodr. II*, p. 361.
V. segetalis. Thuill. *Fl. paris.* ed. 2, p. 367. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722.

β. Bobartii (Forster in *Transact. Soc. Linn. XVI*, p. 439) foliolis foliorum superiorum linearibus.

V. angustifolia *β.* Bobartii. Koch l. c. — Fleisch. et Lindem. l. c.
V. sativa *δ.* angustifolia. Ser. l. c.

Hab. in Rossia media [Petropoli (Weinm.), Esthonia (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! et Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser), Kursk (Höfft), Mosqua (Mart.)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser)], Tauria! (Pall., Böber ex Georgi, M. a Bieb., Steven *pl. exs.*) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*, Eichw.), Mingrelia et Imeretia! (Eichw.), territor. Elisabethpol (Hohenack.), Armenia (C. Koch), provincia Talüsch pr. Lenkoran! (Hansen *pl. exs.*, C. A. Meyer) et Drych (C. A. Meyer)]. ⊙.

5. *V. cordata* (Wulfen ex Hoppe ap. Sturm Heft 32) floribus axillaribus subgeminis breviter pedunculatis, foliis subseptemjugis, foliolis foliorum inferiorum obcordatis; superiorum lineari-cuneatis bilobo-emarginatis, vexillo glabro, dentibus calycis lanceolato-subulatis porrectis, leguminibus linearibus.

V. cordata. Dec. *Prodr. II*, p. 362. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722.

β. foliolis latioribus (C. Koch l. c.).

γ. caule ramosissimo (C. Koch l. c.).

Hab. in Armenia (C. Koch). ⊙.

6. *V. incisa* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 471) foliis 5—6jugis foliolis subovalibus basi cuneatis retusis mucronatis inciso-serratis, stipulis semisagittatis dentatis, dentibus calycinis lineari-subulatis ciliatis

subaequalibus tubo longioribus, leguminibus sessilibus subbinatis pubescentibus.

V. incisa. Dec. *Prodr. II*, p. 361.

Hab. in Tauria maxime meridionali (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis! (hortul. Wittmann *pl. exs.*). ⊙.

Simillima V. sativae statura, habitu, pube, stipulis, floribus atque leguminibus. Differt foliolis supra medium utrinque serraturis 2—4 oppositis instar pectinis incisis, fere ut in Potentilla nivea. An varietas singularis V. sativae? (M. a Bieb. l. c.).

7. *V. pilosa* (M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 161; *III*, p. 471) floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis subsexjugis, foliolis superioribus oblongo-linearibus acutis vel acuminatis hirsutis, stipulis semisagittatis basi subdentatis, vexillo glabro, dentibus calycinis lanceolatis tubo paulo brevioribus, leguminibus erectis linearibus hirsutis (demum glabris), seminibus globosis laevibus.

V. pilosa. Dec. *Prodr. II*, p. 362. — Fisch. *Cat. h. gorenk.* p. a. 1812, p. 72. — Eichw. *Skisse* p. 168? (a cl. Besser et Jundzill pro V. villosa habetur). — Ej. *casp. cauc.* p. 24.

Hab. in Rossia media [Lithuania pr. Polangen? (Eichw.)], Tauriae collibus saxosis circa fontes rivi Salgir et circa Sudak! (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [Iberia et Mingrelia (Eichw.)]. ⊙.

8. *V. lathyroides* (L. Sp. 1037) floribus axillaribus solitariis subsessilibus, foliis inferioribus 2—3jugis mucrone terminatis: foliolis oblongis v. oblongo-linearibus, dentibus calycinis subulatis rectis subaequalibus, leguminibus linearibus glabris, seminibus cubicis granulato-scabris.

V. lathyroides. Dec. *Prodr. II*, p. 362. — Güldenst. *It. I*, p. 195. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1169. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 160. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 215. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 113.

V. minima. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 130. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 106. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 264.

V. angustifolia. Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249 (ex ipso).

Hab. in Rossia media [Lithuania (Gilib., Jundz.), Warsawia (Erndt.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*)] et australi [pr. Odessa! (Besser *pl. exs.*)] Tauria pr. Sudak (M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), pr. Baku! (C. A. Meyer), in provinc. Karabagh pr. Schuscha et Talüsch pr. Lenkoran (Hohenack.). ⊙.

9. *V. peregrina* (L. Sp. 1038) floribus axillaribus solitariis breviter pedunculatis, foliis 4—7jugis, foliolis linearibus truncatis v. retusis, vexillo glabro, dentibus calycis lanceolatis acuminatis subaequalibus; superioribus 4 sursum curvatis, leguminisus deflexis oblongis puberulis.

V. peregrina. Dec. *Prodr. II*, p. 362. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1169. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722.

V. megalosperma. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 161; *III*, p. 471. — Eichw. *casp. cauc.* p. 28. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — Ej. *Enum. Talüsch* p. 113. — Willd. *herb.* Nr. 13.588.

Hab. in Tauria! (Pall. in herb. Willd., Böber ex Georgi, M. a Bieb., Steven *pl. exs.*) et provinciis caucasicis [Ossetia (Koch *in litt.*), Iberia! (M. a Bieb., Wilhelms *pl. exs.*), Kachetia et Somchetia (Eichw.), Armenia (C. Koch), territor. Elisabethpol et provinc. Talüsch tr. Suwant, alt. 666—833 hexap. (Hohenack.)]. ⊙.

10. *V. lutea* (L. Sp. 1037) floribus axillaribus solitariis geminisve breviter pedunculatis, foliis 5—8jugis, foliolis linearibus oblongisve obtusis, vexillo glabro, dentibus calycinis lanceolatis acuminatis inaequalibus: superioribus 2 dimidio brevioribus conniventibus; infimo tubo longiore, leguminibus elliptico-oblongis hirsutis: pilis basi bulbosis.

V. lutea. Dec. *Prodr. II*, p. 363. — Güldenst. *It. I*, p. 195. 420; *II*. p. 72. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1169. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 113.

Hab. in Rossia australi [terra Cosaccorum (Güldenst.)] et provinciis caucasicis [ad fl. Terek inque Kachetia (Güldenst.), ad m. caspium inter Sallian et Lenkoran (C. A. Meyer), pr. Lenkoran (Hohenack.)]. ⊙.

11. *V. hybrida* (L. Sp. 1037) floribus axillaribus solitariis breviter pedunculatis, foliis 5—7jugis, foliolis oblongis obovatisve retusis, vexillo piloso, calycis dentibus subulatis inaequalibus porrectis, leguminibus elliptico-oblongis hirsutis: pilis simplicibus.

V. hybrida. Dec. *Prodr. II*, p. 363. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 114.

Hab. in Tauria! (semina collegi, quae in h. dorpat. germinarunt, Steven in herb. am. Zeyher) et provinciis caucasicis [pr. Lenkoran (Hohenack.)]. ⊙.

12. *V. hyrcanica* (Fisch. et Meyer. *Ind. II. sem. h. petropol.* p. 53; *VI*, p. 25) floribus axillaribus subgeminis breviter pedunculatis, foliis 6—9jugis, foliolis oblongis sublinearibusve emarginatis mucronulatis, vexillo glabro (versus basin tenuissime pubescente), calycis dentibus subulatis adscendentibus; 2 superioribus brevioribus; 3 inferioribus tubo sublongioribus, leguminibus oblongis glabris patentibus (subhexaspermis), seminibus subglobosis.

V. hyrcanica. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 114.
V. Biebersteinii. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147 excl. synon. (ex Fisch. et Meyer).

Hab. in provinciis caucasicis [in agris provinc. Talüsch pr. Tatuni, alt. 666 hexap.! (Hohenack.)]. ⊙.

V. tricolori proxima, sed stipulis lanceolatis, floribus unicoloribus flavescentibus et vexillo ampliore diversa; a V. sordida, Biebersteinii et grandiflora distinguitur hilo brevi, vix ⅕ non ⅔ peripheriae seminis occupante; a V. lutea, hybrida et pannonica differt glabritie omnium partium; a V. sativa, laevigata, cordata et affinibus facile dignoscitur calyce obliquo, dentibus calycinis adscendentibus et vexillo ampliato (Fisch. et Meyer l. c.).

13. *V. grandiflora* (Scop. *Fl. carniol. II*, p. 65) floribus axillaribus solitariis geminisve breviter pedunculatis, foliis 4—7jugis, foliolis obovatis v. oblongo-linearibus retusis, vexillo glabro alis duplo longiore, dentibus calycis lanceolato-subulatis ⅔ tubi subaequantibus subaequaliter porrectis, leguminibus lineari-oblongis puberulis glabrisve.

(*α. Scopoliana* (Koch *Syn.* p. 197) foliolis brevibus obcordatis. — In imperio rossico desideratur.)

β. Kitaibeliana (Koch l. c.) foliolis, foliorum inferiorum exceptis, oblongo-cuneiformibus.

V. sordida. Waldst et Kit. *Pl. rar. Hungar. II*, p. 143, t. 133. — Dec. *Prodr. II*, p. 363. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722.

Hab. in Rossia australi [Bessarabia ad Tyram circa Bender (Steven ex M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [pr. Derbent! (Steven *pl. exs.*), in

territor. Elisabethpol (HOHENACK.), Armenia (C. KOCH), provincia Talüsch pr. Lenkoran et Perimbal (C. A. MEYER)]. ⊙.

γ. *Biebersteiniana* (KOCH l. c.) foliolis foliorum superiorum linearibus.

V. Biebersteinii. BESSER. *Enum.* p. 29, Nr. 913. — DEC. *Prodr. II*, p. 363. — M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 472. — EICHWALD. *Skizze* p. 168. — Ej. *casp. cauc.* p. 28.

V. sordida. M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 161. — HENNING *in Mém. de la Soc. des Nat. de Mosc. VI*, p. 77.

V. lutea. PALL. *Ind. Taur.* (ex M. a BIEB.).

Hab. in Rossia australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), gub. Cherson! (LEDEB.), ad Tanain (HENNING)]. Tauria (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [Kachetia et Somchetia (EICHW.), reg. occidental.! (NORDMANN)]. ⊙.

14. ***V. pannonica*** (JACQ. *Fl. austr.* t. 34) racemis axillaribus 2—4 floris brevissimis, foliis 5—8jugis, foliolis oblongis obovatisve obtusis v. retusis, vexillo piloso, dentibus calycinis subulato-setaceis tubum subaequantibus, leguminibus oblongis hirsutis, pilis simplicibus.

V. pannonica. DEC. *Prodr. II*, p. 364. — PALL. *Ind. Taur.* — CLARKE *It. I*, p. 213. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 162; *III*, p. 472. — BESSER. *Enum.* p. 29, Nr. 914. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 147. — EICHW. *Skizze* p. 168. — Ej. *casp. cauc.* p. 28.

V. hybrida. GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1169 (e synon.).

Hab. in Rossia media [Woronesch (CLARK)] et australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER, EICHWALD), gub. Cherson!], Tauria (PALL.) et provinciis caucasicis (pr. Georgiefsk (M. a BIEB.) et Konstantinogorsk (C. A. MEYER), in Iberia! (M. a BIEB., WILHELMS *pl. exs.*), Kachetia (EICHW.) et Somchetia! (EICHW., HOHENACK. *pl. exs.*)]. ⊙.

β. *purpurascens* (SER. in DEC. l. c.) foliorum superiorum foliolis acutis, corollis violaceis: vexillo obscurius lineato; alis carinaque pallidioribus.

V. striata. M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 162 (excl. syn. MÖNCH). — EICHW. *casp. cauc.* p. 28.

Hab. in Tauria! (M. a BIEB., STEVEN in herb. ZEYHERI) et provinciis caucasicis [Kachetia et Somchetia (EICHW.). ⊙.

15. ***V. lineata*** (M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 473) floribus axillaribus solitariis subsessilibus, foliolis lineari-ellipticis pilosis, stipulis notatis; inferioribus insiso-dentatis, calycis tubo glabro, dentibus pilosis, vexillo lineato glabro, leguminibus reflexis hirsutis.

V. lineata. DEC. *Prodr. II*, p. 364.

Hab. in Tauria maxime meridionali pr. Nikita (M. a BIEB.). ⊙.

16. ***V. sepium*** (L. SP. 1038) racemis axillaribus 2—4floris brevissimis, foliis 4—6jugis, foliolis ovato-oblongis ellipticisve obtusis mucronatis, vexillo glabro, dentibus calycinis e basi triangulari subulatis inaequalibus; 2 superioribus conniventibus, leguminibus oblongis glabris reticulatis.

V. sepium. DEC. *Prodr. II*, p. 364. — ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 130. — GORTER *Fl. ingr.* p. 113. — FISCH. *Livl. Zus.* p. 129. — FALK. *Beitr. II*. p. 224. — GÜLDENST. *It. I*, p. 195. 422. 429; *II*, p. 20. 44. 56. 192. 207. 225. 262. 404. — STEPHAN *Fl. mosq.* Nr. 489. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1169. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 163; *III*, p. 473. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 215. — MART. *Fl mosq.* p. 126. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 69. — BESSER *Enum.* p. 73, Nr. 1570. — LUCE *Fl. osil.* p. 146. — HÖFFT *Cat. Kursk.* p. 47. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 351. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 147. — FELLM. *Ind. Kola.* Nr. 286. — EICHW. *Skizze* p. 168. — Ej. *casp. cauc.* p.

28. 30. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 249. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II.* p. 270. — WEINM. *Fl. petropol* p. 73. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 379. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 263. — WIRZÉN *Casan* Nr. 139. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 277.

V. rotundifolia. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 106. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 365.

V. leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis; exterioribus decrescentibus. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 8, Nr. 6.

α. vulgaris: foliolis ovatis; foliorum inferiorum suborbiculatis. KOCH *Syn.* p. 196. — FLEISCH. et LINDEM. l. c.

β. montana: foliolis ovato-oblongis v. ovato-lanceolatis. KOCH l. c. — FLEISCH. et LINDEM. l. c.

γ. caucasica (C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 722) foliolis majoribus oblongo-lanceolatis mucronatis, stipulis integerrimis lanceolatis.

Hab. in Rossia (FALK) arctica [territor. Kola (FELLM.), Lapponia (SCHRENK *in litt.*)], septentrionali [Fennia (PRYTZ), terrae Samojedarum reg. sylvatica et subarctica (SCHRENK *in litt.*)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Nowgorod! (BLUM *pl. exs.*), ins. Osilia! (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT), Volhynia (BESSER), Tschernigow (GÜLDENST.), Kursk HÖFFT), Mosqua (STEPHAN, MART.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZEN), ad Wolgam mediam (CLAUS)], et australi [Kiew (TRAUTV. *in litt.*), Podolia (BESSER), Ucrania et terra Cosaccorum (GÜLDENST.), ad Tanain (HENNING)], provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [ad fl. Terek inque Kabarda (GÜLDENST.), promontor. occidentali alt. 300—400 hexap. (C. A. MEYER), Ossetia (KOCH *in litt.*), Kachetia (EICHW.), Somchetia (GÜLDENST., EICHW.), territor. Elisabethpol et provinc. Karabagh (HOHENACK.), Armenia (GÜLDENST.)] inque omni Sibiria (J. G. GMEL.) usque ad fl. Irtysch (FALK) [uralensi pr. Jekaterinenburg (USPENSKI), altaica! (FL. ALT., KAR. et KIR.) et baikalensi inter thermes turkenses et Bargusin (TURCZ.)]; — var. *γ.* in Ossetia (C. KOCH). ♃.

17. *V. truncatula* (FISCH. *Cat. h. gorenk.* p. a. 1812. p. 72) racemis axillaribus subsessilibus (3—) 6floris abbreviatis, foliis 7—10jugis cirrho terminatis, foliolis ovato-oblongis ellipticisve truncatis retusisve mucronatis, vexillo glabro, dentibus calycinis lanceolato-subulatis tubo brevioribus inaequalibus; 4 superioribus brevioribus sursum curvatis; 2 supremis brevissimis conniventibus, leguminibus oblongis glabris deflexis spice subadscendente.

V. truncatula. M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 473. — DEC. *Prodr. II*, p. 364. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 147. — EICHW. *casp. cauc.* p. 28. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 249.

V. abbreviata. FISCH. in herb. WILLD. Nr. 13,594.

β. glabriuscula: undique minus pubescens, calycis dentibus brevibus subsphacelatis. DEC. l. c. — M. a BIEB. l. c.

V. truncatula? C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 722.

Hab. in provinciis caucasicis! (STEVEN *in herb. reg. berol.*, FISCH. *in herb.* WILLD.) [promont. occident. alt. 300—700 hexap. inque m. Beschtau (C. A. MEYER), pr. Konstantinogorsk (M. a BIEB.), Kachetia et Somchetia (EICHW.), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), provinc. occidentalibus! (NORDM.), Armenia (KOCH *in litt.*), provinc. Talüsch, alt. 4—700 hexap.! (C. A. MEYER). ♃.

Flores ochroleuci. — Specimina a cl. NORDMANN lecta reliquis multo majora (3—4pedalia) sunt, cirrhis plerumque ramosis praedita. — Varietas *β.* forsan species distincta ex C. KOCH l. c.

§. 2. *Floribus pedunculatis: pedunculis elongatis.*

18. *V. pisiformis* (L. Sp. 1034) racemis multifloris folium subaequantibus, folia 4—5jugis; foliolis ovatis obtusis mucronatis venosis; infimis cauli approximatis stipulas semisagittatas dentatas occultantibus, stylo a medio ad apicem aequaliter villosulo.

V. pisiformis. Dec. *Prodr. II*, p. 355. — Pall. *It. I*, p. 192. — Ej. *Ind. Taur.* — Falk. *Beitr. II*, p. 224. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1167. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 158. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 213. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 906. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47. — Eichw. *Skizze.* p. 168. — Claus. *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 270. — Wirzén. *Casan.* Nr. 136.
V. ochroleuca. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 102. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p 262.

Hab. in Rossia media [Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft.), Kasan (Wirzén), Wiätka (Falk), Simbirsk (Pall.). ad Wolgam (Claus)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser, Eichw.), ad Tanain (Henning) et Wolgam (Claus)], Tauria (Pallas, M. a Bieb.) et Caucaso (M. a Bieb.). ♃.

Flores ochroleuci.

19. *V. dumetorum* (L. Sp. 1035) racemis subsexfloris folium subaequantibus v. superantibus, foliis 4—5jugis, foliolis ovatis obtusis mucronatis venosis; infimis a caule remotis, stipulis semilunaribus inciso-multidentatis: dentibus cuspidatis, stylo apice dense barbato.

V. dumetorum. Dec. *Prodr. II*, p. 355. — Georgi. *It. I*, p. 226. — Fisch. *Livl. Zus.* p. 130. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 484. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1168. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 213. — Mart. *Fl. mosq.* p. 125. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 907. — Lucé. *Fl. osil.* p. 246. — Eichw. *Skizze.* p. 168.
V. variegata. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 103. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 263.
V. desertorum (ex Link. *Enum. h. berol. II*, p. 238).
V. pedunculus multifloris, foliolis reflexis ovatis mucronatis, stipulis subdentatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 9. Nr. 9.

β. dentata (Ser. in Dec. l. c.) foliolis minoribus approximatis; inferioribus apicem versus acute dentatis, floribus paucioribus.

V. dentata. Fisch. ex Horn. *h. hafn. suppl.* p. 80. — Dec. *Prodr. II*, p. 360. — Link l. c.

Hab. in Rossia media [Livonia! (Fisch.), ins. Osilia (Lucé), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia! (Besser, Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.)] et australi [Kiew (Trautvetter *in litt.*), Podolia (Besser)] inque omni Sibiria! (J. G. Gmel., Steven *in herb. Zeyheri*) baikalensi (Georgi). ♃.

Flores rubro-violacei, venis saturatioribus. Specimina plantae volhynicae glabra, sibiricae ad caulis angulos inque foliolorum superficie pilosiuscula.

20. *V. Pseudo-Orobus* (Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 41) racemis multifloris folio sublongioribus, foliis 3—5jugis, foliolis subovato- v. oblongo ellipticis acutis v. subretusis mucronatis venis prominulis reticulatis; infimis a caule remotis, stipulis semisagittatis v. semilunaribus grosse dentatis, dentibus calycinis tubo plus duplo brevioribus, stylo a medio ad apicem aequaliter villosulo.

V. Pseudo-Orobus. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 373.

Hab. in Davuriae! pratis (Turcz.). ♃.

Caulis apicem versus, foliola margine et subtus praesertim ad costam mediam et venas, rachis foliorum et foliolorum petioluli pube plus minus dense obtecti sunt.

A V. pisiformi, cui similis, dignoscitur foliolis angustioribus, infimis a caule remotis et floribus violaceis; a V. dumetorum racemo multifloro, foliolis coriaceis reticulatis, stylo apice non barbato, sed, uti in V. pisiformi, a medio ad apicem aequaliter villosulo et florum colore; a V. amoena dentium calycinorum brevitate et foliorum angustia atque numero.

21. *V. amoena* (Fisch. ex Dec. *Prodr. II*, p. 355) racemis multifloris folium superantibus, foliis 5—7jugis, foliolis ellipticis oblongisve mucronatis costatis stipulisque semisagittatis dilatatis radiatim elongato-dentatis subcoriaceis subtus glaucis, dentibus calycinis inaequalibus; inferioribus tubum subaequantibus, alis vexillum subaequantibus carinam superantibus, stylo supra medium piloso (leguminibus immaturis polyspermis).

V. amoena. Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 343. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 481. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 372.
V. jeniseensis. Willd. *herb.* Nr. 13,565.
V. hedysaroides. Fisch. (ex Steven *in herb. Zeyheri*).
V. multiflora, maxima, hirsuta, Glycyrrhizae foliis rigidis et nervosis. Amman. *ruth.* p. 110. Nr. 147.

Hab. in Sibiria uralensi!, altaica! (Fl. alt.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi! (Turcz., Schtschukin, Kruhse) et orientali! inter Aldan et Ochotzk (Turcz.) inque Davuria! (J. G. Gmel. et Messerschm. ex Amman., Turcz., Frisch *pl. exs.*). ♃.

Variat superficie plus minus villoso-pubescente, caule tetraquetro v. teretiusculo, foliolis stipulisque latioribus et angustioribus. In speciminibus angustifoliis foliolorum numerus subinde ad 18—20 augetur, quae forma medium quasi tenet hanc inter et V. megalotropidem, foliolis tamen obtusis mucronatis, nec sensim acuminatis haud aegre dignoscenda.

22. *V. cassubica* (L. Sp. 1035) racemis multifloris folium subaequantibus v. illo brevioribus, foliis multijugis, foliolis ovato-oblongis lanceolatisve obtusis mucronatis venosis, stipulis semihastatis integerrimis, dentibus calycinis aequalibus; infimo tubum pedicellumque subaequante, alis carinam superantibus vexillo brevioribus, stylo versus apicem piloso, leguminibus subrhombeis.

V. cassubica. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1096. — Pall. *It. III*, p. 654. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 486. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1168. — Clark. *It. I*, p. 216. — M. a Bieberst. *Fl. t. c. II*, p. 158 (excl. syn. Gerard *gallopr.* t. 19, ex cl. Koch V. Gerardi Dec. spect.); *III*, p. 466. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 214. — Mart. *Fl. mosq.* p. 125. — Eichw. *Skizze.* p. 168. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 112.
V. cassubica α. glabriuscula. Ser. in Dec. *Prodr. II*, p. 356.
V. frutescens. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 104. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 263.

Hab. in Rossia media [Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Mosqua (Stephan, Mart.), Woronesch (Clark.)] et australi [ad Tanain (Henning) et Wolgam pr. Zaritzyn (Pall.)], Tauria et provinciis caucasicis (M. a Bieberst.) [Ossetia? (Koch *in litt.*), region. occidental.! (Nordmann) et provincia Talüsch in sylvis et nemorosis pr. Lenkoran et versus tr. Suwant, alt. 66—500 hexap. (Hohenack.)]. ♃.

23. *V. abbreviata* (Fisch. ex Spreng. *pugill. I*, p. 50, excl. syn.) pedunculis multifloris folio impari- (?) pinnata brevioribus, foliolis oblongis utrinque rotundatis mucronulatis subpubescentibus, stipulis obsoletis.

V. abbreviata. Dec. *Prodr. II*, p. 356. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 146.
Orobus caucasicus. Spreng. *Syst. Veg. III*, p. 261 (excl. syn. M. a Bieb.?).

Hab. in provinciis caucasicis [ad sylvarum margines (Sprengel), in promontorio occidentali, alt. 400 hexap. (C. A. Meyer), in Somchetia (Koch *in litt.*), in sylvis pr. Lenkoran (C. A. Meyer)]. ♃.

Simillima V. cassubicae, differt: caule stricto, non flexuoso, glaberrimo; stipulis minutissimis, semisagittatis; foliis non cirrhiferis, sed impari-pinnatis (?); calycibus villosis (Sprengel l. c.).

An varietas praecedentis?

24. *V. monosperma* (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 721) ramosa erecta adpresse pubescens, caule 4angulari, foliolis 18—25 lineari-oblongis mucronatis, pedunculis subaequalibus paucifloris, floribus ad partem abortivis, stylo superne undique piloso, stigmate glaberrimo, legumine glaberrimo monospermo.

Hab. in alpibus altioribus Ossetiae (C. Koch). ♃.

Maxime accedit ad V. cassubicam L., sed longe differt caule majori ramosiori, pedunculis paucifloris et leguminibus monospermis; seminum color etiam olivaceo-brunneus (C. Koch l. c.).

25. *V. pallida* (Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 374) pedunculis multifloris folium subaequantibus, foliis subnovemjugis, foliolis ellipticis v. ovato-ellipticis obtusis retusisve mucronulatis venosis subtus glaucis pilosis, stipulis bifido-subsemihastatis: laciniis linearibus, dentibus calycinis inaequalibus; infimo tubum dimidium subsuperante, petalis subaequilongis, stylo versus apicem piloso, leguminibus . . . . .

V. pedunculis multifloris, floribus imbricatis, stipulis sagittatis integris, foliis ovatis splendentibus. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 10. Nr. 10?

Hab. in umbrosis Davuriae ad fl. Schilka! (Turcz.), in transbaikalensibus? (J. G. Gmel.). ♃.

Species distinctissima. Caulis sulcatus, racemosus, apicem, versus villoso-pubescens, in nostro specimine 2 ped. longior. Folia 5—6 pollices longa. Foliola plerumque alterna, supra pallide viridia glabra, subtus glauca pilosa, 10—13 lin. longa, 6 lin. lata. Rachis puberula, supra canaliculata, cirrho ramoso terminata. Racemus 2—2½ poll. longus, multiflorus, secundus, unacum pedunculo 3 circiter poll. longo folium subaequans. Calyx parce pilosus: tubo basi superne gibboso; dentibus inaequalibus; 2 superioribus brevioribus, apicibus sursum curvatis; 3 inferioribus porrectis; intermediis superiores parum superantibus; infimo longiore. Pedicelli tubo calycis parum breviores. Bracteae setaceae, minutissimae.

26. *V. sitchensis* (Bong. *de Vegel. ins. Sitcha.* p. 129) pedunculis multifloris folium aequantibus, foliis subduodecimjugis, foliolis oblongis obtusiusculis mucronulatis venosis subtus adpresse pilosis supra (sub lente) albido-punctulatis (lepidotis?), stipulis lanceolato-semisagittatis basi inciso-dentatis, dentibus calycinis inaequalibus; inferioribus tubum subaequantibus, stylo versus apicem piloso, leguminibus oblongis.

Hab. in insula Sitcha! (Mertens ex Bongard). ♃.

Planta plures pedes alta. Caulis subsimplex, teretiusculus, strictus, glabriusculus, hinc inde et praesertim ad petiolorum originem

pilosus. Folia alterna, sessilia, pinnata: foliolis circiter 24, alternis, oblongis, brevissime petiolulatis, obtusiusculis, mucronulatis, integerrimis, pilis sparsis adpressis albis (subtus) pubescentibus, sub lente albopunctulatis, 10 lineas usque ad pollicem longis, 3 lin. medio latis. Petiolus angulosus, supra canaliculatus, pilis sparsis obsitus, apice in cirrhum ramosum desinens. Stipulae pilosiusculae. Pedunculi axillares, pubescentes, folia longitudine aequantes. Flores racemosi, 12—18, secundi, breviter pedicellati, 6 lin. circiter longi. Calyx 6dentatus: dentibus inaequalibus; inferioribus majoribus, subulatis, pilosis. Vexillum oblongum, apice leviter emarginatum. Alae vexillo paulo breviores, lamina oblonga, basi dente recurvo instructa, ungue tenui longo. Carina obtusiuscula. Ovarium lineare; stylus filiformis, incurvus. Legumen oblongum, compressum, basi attenuatum et incurvum, apice hamato, sesquipollicem et ultra longum, 5 lin. latum, glaberrimum. Semina circiter 6, globulosa, fusca (?), hilo lineari subcirculari (Bongard l. c.).

27. *V. megalotropis* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 344. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 368) pedunculis multifloris folium subaequantibus v. eo brevioribus, foliolis numerosis lanceolato-linearibus alternis oppositisve sensim acuminatis, stipulis angustissimis ciliatis linearibus v. semisagittatis, dentibus calycinis inaequalibus: infimo tubo pedicellum subaequante parum breviore, petalis aequilongis, stylo versus apicem pilosiusculo, leguminibus oblongis glabris 3—4spermis.

V. megalotropis. Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 271.

V. davurica. Willd. *herb.* Nr. 13,566 (Specimina vulgo minora).

V. biennis pumila daurica. Pallas *in herb.* Willd. (An huc Pallas *It. III*, p. 230 ?).

Vicia. Gmel. *Fl. sib. IV*, t. 2.

Hab. in Sibiria altaica! (Fl. alt.), ad torrentem Terekty circa mont. Tarbagatai (Karel. et Kiril.) inque Davuria! (Pall. *in herb.* Willd.). ♃.

28. *V. Cracca* (L. Sp. 1035) racemis multifloris confertis folium aequantibus v. superantibus, foliis multijugis, foliolis oblongis v. oblongo-linearibus nervoso-venosis pubescentibus, stipulis semihastatis integerrimis, calycis tubo pedicellis duplo longiore; dentibus superioribus e lata basi abrupte subulatis brevissimis, vexilli alis carinaque longioris lamina longitudine unguis, stylo piloso, leguminibus oblongis glabris stipitatis: stipite tubo calycis breviore.

V. Cracca. Dec. *Prodr. II*, p. 357. — Gorter. *Fl. ingr.* p. 113. — Georgi. *It. I*, p. 226. — Fisch. *Livl.* p. 272. — Lepech. *It. III*, p. 42. — Falk. *Beitr. II*, p. 224. — Güldenst. *It. I*, p. 195; *II*, p. 182. 187. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 487. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1186. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 159; *III*, p. 467. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 214. — Wahlenb. *Fl. lappon.* p. 186. — Mart. *Fl. mosq.* p. 125. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 69. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 910. — Lucě. *Fl. osil.* p. 246. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 349. — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 547. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 146. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 287. — Eichw. *Skizze.* p. 168. — Fellm. *Ind. Lappon.* Nr. 263. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 270. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 376. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 112. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 262. — Wirzen. *Casan.* Nr. 138. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 275.

V. imbricata. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 104. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 264.

V. pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 9. Nr. 7.
Cracca. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 34.
Hab. in Rossia (FALK) arctica [territor. Kola (FELLM.), Lapponia! (WAHLENB., FELLMANN, SCHRENK *pl. exs.*)], septentrionali [Fennia (PRYTZ.)], media [Petropoli (GORTER, WEINM.), Esthonia! (FLEISCHER et LINDEM.), ins. Osilia! (LUCÉ), Livonia! (FISCH., FLEISCH. et LINDEM.), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Kursk (HÖFFT.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN)] et australi [Kiew [TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER), Ucrania (GÜLDENST.), ad Tanain (HENNING), in deserto caspio (CLAUS) et cumanensi pr. Stawropol!], Tauria (PALLAS, M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [ad fl. Terek (GÜLDENST.), in promontorio totius Caucasi, alt. 150—800 hexap., m. Beschtau et circa castellum Grosnaja (C. A. MEYER), Ossetia et Iberia (KOCH *in litt.*), territor. Elisabethpol (HOHENACK.), Armenia (KOCH *in litt.*), mont. Talüsch (C. A. MEYER, HOHENACK.)] inque Sibiria (J. G. GMELIN) uralensi pr. Jekaterinenburg (USPENSKI) et Turinsk (LEPECH.), usque ad fl. Irtysch (FALK), altaica! (FL. ALT.), pr. Semipalatinsk (KAREL. et KIRIL.), in deserto soongoro-kirghisico (FALK), pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), baikalensi (GEORGI, TURCZ.) pr. Irkutzk (SCHTSCHUKIN) et orientali inter Irkutzk et Wiluisk! (KRUHSE)], Davuria (TURCZ.) et Kamtschatka (REDOWSKI ex CHAMISSO). ♃.

β. longiflora (C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 721) pedunculis longissimis.
Hab. in Armenia (C. KOCH). ♃.

Ab antecedente praeter alias notas foliis nervoso-venosis et pedicellis tubo calycis duplo brevioribus dignoscenda.

„Varietatem speciosam, V. Craccae, polyphyllae et tenuifoliae proximam, sed ab omnibus discrepantem" commemorat cl. WEINM. *Tambow.* Nr. 105.

29. *V. branchitropis* (KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 274) adpresse piloso-canescens, racemis multifloris folium superantibus aut aequantibus, foliolis numerosis lanceolato-oblongis alternis oppositisve longiuscule mucronatis parvis subparallelis simpliciusculis, vexillo alas paulo carinam fere duplo excedente, stylo utrinque barbato, leguminibus oblongis coriaceis 5—6spermis.

Hab. in Sibiriae altaicae sylvaticis ad fl. Uldschar circa mont. Tarbagatai (KAREL. et KIRIL.). ♃.

V. Craccae habitu, at robustior et omnibus partibus major. Folia longiora et flores majores, racemi magis elongati, floribus copiosioribus. Stipulis, praeter infimas, linearibus indivisis et proportione carinae ad vexillum differt (KAREL. et KIRIL. l. c.).

30. *V. lilacina* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 348. — Ej. *Ic. pl. Fl. alt.* t. 366) racemis multifloris folium superantibus, foliis 4—8jugis, foliolis ovato-ellipticis alternis oppositisve mucronatis nervosis reticulato-venosis subtus adpresse pilosiusculis, stipulis oblongis linearibusve ciliatis; infimis semisagittatis, calycis tubo pedicellis 2—3plo longiore; dentibus superioribus brevissimis, vexilli carinam superantis alis subbrevioris lamina longitudine unguis, stylo superne piloso, leguminibus oblongis stipitatis: stipite tubo calycis duplo breviore.

Hab. in Sibiria altaica! (FL. ALT.). ♃.

Superficie subglabra, habitu teneriore, stipulis saepius integris, foliolis paucioribus latioribus membranaceis, corollis pallidioribus, alis

vexillum subsuperantibus, pedicellis brevioribus et leguminibus brevius stipitatis a V. Cracca dignoscenda.

31. *V. tenuifolia* (ROTH. *Tent. fl. germ. I*, p. 309) racemis multifloris confertis folio longioribus, foliis subdecemjugis, foliolis lanceolatis nervoso-venosis subtus patulo-pilosis, stipulis semihastatis integerrimis, lamina vexilli ungue duplo longiore, calycis dentibus superioribus e lata basi abrupte subulatis brevissimis, leguminibus lineari-oblongis.

V. tenuifolia. DEC *Prodr. II*, p. 358. — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1170. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 159. — MART. *Fl. mosq.* p. 126. — BESSER. *Enum.* p. 73. Nr. 1569. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 350. — EICHWALD *Skizze.* p. 168. — TURCZ. *Cat. Baikal.* Nr. 377. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 112. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 721.

Hab. in Rossia media [Mosqua (MART.), Lithuania (EICHW.)] et australi [Podolia (ANDRZ. ex BESSER. EICHW.), gub. Cherson (EICHW.), ad Tanain (HENNING)], Tauria! (M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [territorio Elisabethpol pr. Helenendorf (HOHENACK.), Armenia (KOCH)] inque Sibiria altaica! (FL. ALT.) pr. Krasnojarsk (TURCZ. *in litt.*), baikalensi et Davuria (TURCZ.). ♃.

V. tenuifolia var.? (KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 276) A genuina V. tenuifolia recedit: racemis confertis brevibus, foliolis paucioribus (9—16), stipulis omnibus semisagittatis, leguminibus oligospermis atque superficie piloso-cana. Ad V. lilacinam ex foliolorum numero parum accedit, sed habitus rigidus, strictus aliaeque notae removent. — An species propria? (K. et K. l. c.)

32. *V. villosa* (ROTH. *Tent. fl. germ. II.* 2, p. 182) racemis multifloris confertis folium aequantibus v. superantibus, pedicellis calycis tubo brevioribus, foliis 5—8jugis, foliolis oblongis nervoso-venosis patenter pubescentibus v. villosis, stipulis semisagittatis hastatisve, calyce basi saccato, vexilli lamina ungue duplo breviore, leguminibus elliptico-subrhombeis, hilo ambitu seminis octuplo breviore.

V. villosa. DEC. *Prodr. II*, p. 359. — BESSER. *Enum.* p. 73. Nr. 1568. — EICHWALD. *Skizze.* p. 168. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 113.

V. polyphylla. M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 159; *III*, p. 467 (non DESF.). — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 909. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 146. — EICHW. *Skizze.* p. 168. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 722.

β. glabrescens (KOCH. *Syn.* p. 194) caule subglabro, foliolis glabriusculis v. minus pilosis: pilis magis adpressis.

Hab. in Rossia media [Lithuania (EICHW.), Volhynia (BESSER, EICHW.)] et australi [Podolia (BESSER, EICHW.), gub. Cherson! (LEDEB.), ad Tanain (HENNING)], Tauria (M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [pr. Derbent (C. A. MEYER), in provinc. Karabagh (HOHENACK.), Armenia (C. KOCH) monasterium pr. Etschmiadsin! (cult. ab am. C. A. MEYER commun.), provinc. Talüsch inter Sallian et Lenkoran! (C. A. MEYER)]. ⊙.

33. *V. sylvatica* (L. SP. 1035) racemis multifloris folio longioribus, foliis suboctojugis; foliolis oblongo-ellipticis obtusis mucronatis glabris tenuissime reticulato-venosis, stipulis semilunaribus inciso-multidentatis: dentibus setaceo-cuspidatis, vexillo alas carinamque parum superante, stylo a medio aequaliter villosulo, leguminibus oblongis glabris stipitatis: stipite calycis tubum aequante v. superante.

V. sylvatica. DEC. *Prodr. II*, p. 355. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 113. — PALL. *It. I*, p. 370. — GEORGI. *It. I*, p. 226. — FALK. *Beitr. II*, p. 224. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 485. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1168. — JUNDZ.

Fl. lithuan. p. 214. — Mart. *Fl. mosq.* p. 125. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 69. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 908. — Lucé. *Fl. osil.* p. 246. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 347. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 288. — Eichw. *Skizze.* p. 168. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 270. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 375. — Fleischer et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 262. — Wirzén. *Casan.* Nr. 137. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 273.

V. foetens. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 103. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 263.

V. pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, stipulis denticulatis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 11. Nr. 12.

Hab. in Rossia (Falk) arctica [territor. Kola! (Fellm.), Lapponia! (Schrenk *in litt.*)], septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia!, ins. Osilia (Lucé), Livonia! et Curonia! (Fleischer et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Volhynia (Besser. Eichwald), Kursk (Höfft.), Nowgorod! (Blum *pl. exs.*), Mosqua (Stephan, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén), pr. Orenburg (Claus) et Slatoust (Nesterofski), Saratow (Claus)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.), ad infer. fl. Ural (Pall.)] inque omni Sibiria (J. G. Gmel.) [usque ad fl. Irtysch (Falk), altaica! (Fl. alt., Karel. et Kiril.), baikal. (Georgi) et transbaikalensi ad thermas turkenses! (Turcz.)]. ♃.

34. *V. costata* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 346. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 108) **racemis 3-multifloris folium subaequantibus, foliis subsexjugis, foliolis subalternis petiolulatis ovato-oblongis mucronatis costatis subglaucescentibus subcoriaceo-rigidulis, stipulis semisagittatis hastatisve, calycis dentibus inaequalibus; infimo longiore tubo duplo breviore, vexillo alisque carinam paulo superantibus stylo versus apicem parce piloso, leguminibus elliptico-oblongis glabris 2—4spermis stipitatis: stipite calyce tubum subsuperante.**

V. costata. Bongard et Meyer. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 98.
Lathyrus spissus. Stephan *herb.!*

Hab. in Sibiria altaica! (Fl. alt.). ♃.

35. *V. biennis* (L. Sp. 1036) **racemis multifloris folio parum longioribus, foliis 5—7jugis, foliolis alternis oblongis mucronatis subtus parce pilosis, stipulis petiolatis ciliatis; inferioribus semisagittato-hastatis; superioribus lineari-setaceis, calycis dentibus inaequalibus; infimo longiore tubum subaequante, alis vexillo brevioribus carinam superantibus, stylo a medio piloso, leguminibus oblongis glabris 5—7spermis stipitatis: stipite calycis tubum subaequante.**

V. biennis. Dec. *Prodr. II*, p. 359. — Pall. *It. II*, p. 676; *III*, p. 230. 326. — Lepech. *It I*, p. 221. 237. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1168. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 351.

V. pedunculis multifloris, petiolis sulcatis subdodecaphyllis, foliolis lanceolatis glabris. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 10. Nr. 9 (excl. ic. t. 2).

Hab. in Rossiae mediae reg. orient. [Saratow (Lepech.)] inque Sibiria a fl. Ural ad fl. Jenisei usque (J. G. Gmel.), altaica! (Fl. alt.), ad fl. Jenisei (Pallas), in Davuria (Pall.). ⊙?

36. *V. picta* (Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 41) **racemis multifloris longitudine foliorum, foliis 4—5jugis, foliolis lanceolatis mucronulatis; infimis caule approximatis, stipulis semisagittatis integerrimis, calycis dentibus tubo brevioribus; superioribus brevissimis, alis vexillo brevioribus carina rostrata paulo longioribus, leguminibus glabris stipitatis sublinearibus subhexaspermis.**

Hab. in Armenia ad fl. Araxes (Fisch. et Meyer). ⊙.

Annua, subglabra. — Corolla albida, vexillum venis violaceis pulchre pictum, carina apice violacea in rostrum erectum producta, qua nota species nostra a V. Pseudo-Cracca et V. consentina bene distincta; a V. Cracca et affinibus, neglectis aliis notis, optime distinguitur radice annua, nec perenni; a V. pontica differt foliolis 8 rarius 10, nunquam 20—27, nec non racemis saepe longitudine foliorum, interdum istis brevioribus, ramis paulo longioribus, sed nunquam ita elongatis, ut in illa (F. et M. l. c.).

37. *V. variegata* (Willd. *Spec. pl. III*, p. 1096) racemis multifloris confertis folio sublongioribus, foliis 7—12jugis, foliolis elliptico-oblongis obtusis villosis, stipulis semisagittato-hastatis: lacinia superiore ovata, calycis dentibus tubo brevioribus subinaequalibus; supremis paulo brevioribus, alis vexillum subaequantibus carina $\frac{1}{3}$ longioribus, stylo apice barbato, leguminibus (immaturis) leviter pubescentibus.

V. variegata. Desf. *Choix de pl. du coroll. de* Tournef. p. 86. t. 65. — Decand. *Prodr. II*, p. 356. — Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 52. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 467. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 146.

Hab. in regione alpina Caucasi occidentalis, alt. 1100—1400 hexap.! (C. A. Meyer) inque alpestribus Caucasi orientalis circa Chinalug (Steven, M. a Bieb.). ♃.

38. *V. purpurea* (Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Moscou IV*, p. 53) racemis suboctofloris confertis folio sesqui v. duplo longioribus, foliis 6—10jugis, foliolis ellipticis oblongisve mucronulatis villosiusculis, stipulis reflexis semisagittato-hastatis: laciniis linearibus subintegerrimis, calycis dentibus tubo subduplo brevioribus inaequalibus; superioribus brevissimis, stylo supra medium piloso, leguminibus oblongis glabris stipitatis: stipite tubum calycis superante.

V. purpurea. Dec. *Prodr. II*, p. 356. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 468. — Eichw. *casp. cauc.* p. 4.

Hab. in alpestribus Caucasi orientalis circa Chinalug (Steven, M. a Bieb.), ad litt. m. caspii pr. Tarki! (Eichw.). ♃.

Varietas minor parvifolia pallidiflora in regione alpium nivi proxima (Steven, M. a Bieb.).

Praecedente minor minusque villosa. Foliola minora mucronulata. Stipulae angustiores lineares. Pedunculi longiores. Dentes calycis minus villosi breviores. Corolla purpurea. — Cirrhi variant simplices et 2—3fidi.

39. *V. alpestris* (Steven *in Mém. de la Soc. des Natur. de Mosc. IV*, p. 53) racemis subsexfloris confertis folio longioribus, foliolis elliptico-obovatis mucronulatis villosis, stipulis semisagittatis subintegerrimis, calycibus villosis: dentibus tubo multo brevioribus; superioribus obsoletis, leguminibus . . . . .

V. alpestris. Dec. *Prodr. II*, p. 356. — M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 469. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 146.

Hab. in regione alpina Caucasi orientalis, alt. 1300—1400 hexap. (C. A. Meyer), in pascuis alpestribus montis Schagdagh rarior (Steven, M. a Bieb.). ♃.

Species a praecedente vix diversa (M. a Bieb. l. c.).

40. *V. multicaulis* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 345. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 50) racemis sub 4- (—8-) floris folio longioribus, foliis 4—8jugis,

foliolis oblongo-ellipticis apice rotundatis mucronatis alternis oppositisve, stipulis subsemihastatis; inferioribus latioribus subdentatis, calycis dentibus tubo brevioribus inaequalibus; superioribus abbreviatis conniventibus; infimo reliquis longiore setaceo, vexillo alas carinamque aequante, stylo supra medium piloso, leguminibus oblongis glabris stipitatis: stipite tubum calycis superante.

V. multicaulis. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 378. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 272.

V. alpina. Pall. *It. II*, p. 568.

Hab. in Sibiria altaica! (Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz.) et baikalensi! inque Davuria (Turcz.). ♃.

Variat superficie glabra et pilosa. Cirrhi plerumque simplices, rarius bipartiti, subinde nulli eorumque loco mucro brevissimus.

41. *V. cinerea* (M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 470) pedunculis subbifloris folio brevioribus, foliis 6—8jugis, foliolis oblongis v. oblongo-linearibus obtusis retusisve villosiusculis, stipulis bipartitis elongato-subdentatis, calycibus villosis: dentibus triangularibus tubo duplo brevioribus; superioribus abbreviatis, alis vexillo emarginato mucronato brevioribus carinam superantibus, stylo apice villoso, leguminibus elliptico-oblongis glabris stipitatis: stipite tubo calycis breviore.

V. cinerea. Dec. *Prodr. II*, p. 356. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 112.

V. biflora. C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 147 (non Desf.). — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 249.

Hab. in provinciis caucasicis [Iberia pr. Tiflis! (Steven ex M. a Bieb., Wilhelms *pl. exs.*), territorio Elisabethpol pr. Helenendorf (Hohenack.), pr. Baku! et Sallian (C. A. Meyer)]. ⊙?

42. *V. bithynica* (L. Sp. 1038) pedunculis 1—2floris folium dimidium aequantibus longioribusve, foliis superioribus bijugis, foliolis ellipticis oblongisve utrinque acutis, stipulis semisagittatis ovatis lanceolatisve dentatis: dentibus setaceis, calycis dentibus lanceolato-subulatis subaequalibus porrectis tubum aequantibus, stylo apice dorso barbato, leguminibus lineari-oblongis villosis.

V. bithynica. Güldenst. *It. I*, p. 423. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1169. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 163. — Eichw. *casp. cauc.* p. 24.

Lathyrus bithynicus. Lam. *Encycl. méth. II*, p. 706. — Dec. *Prodr. II*, p. 374. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 149.

Hab. in Tauria! (Pall., M. a Bieb., Steven) et provinciis caucasicis [Iberia! (Güldenst., Wilhelms, Eichw.), Mingrelia (Eichw.), provinc. Talüsch, alt. 300—400 hexap.! (C. A. Meyer)]. ⊙.

Quid?: *V. pedunculata.* Güldenst. *It. I*, p. 195. — Ad fl. Terek (Güldenstädt).

238. Lathyrus. L.

Dec. *Prodr. II*, p. 369. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 353. — Koch. *Deutschl. Fl. V*, p. 49. 138. — Meisn. *gen.* p. 92. — *Comment.* p. 65. — Endlicher *gen.* p. 1279.

Calyx 5fidus v. 5dentatus. Filamenta subulata. Stylus linearis v. sursum dilatatus, latere superiore planus ibidemque sub stigmate

recto v. recurvo deorsum pilosus. Legumen 2-polyspermum. — Folia (excepto L. Nissolia) cirrho terminata.

§. 1. *Folia ad cirrhum reducta: foliolis nullis. Stipulae maximae.*

1. *L. Aphaca* (L. Sp. 1029) pedunculis uni- v. bifloris, petiolis filiformibus aphyllis in cirrhum abeuntibus, stipulis maximis ovatis basi auriculato-sagittatis.

L. Aphaca. Dec. *Prodr. II*, p. 372. — Güldenst. *It. I*, p. 195. 423. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1165. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 154; *III*, p. 464. — C. A. Meyer. *Ind cauc.* p. 148. — Eichwald. *casp. cauc.* p. 27. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Ej. *Enum. Talüsch.* p. 115. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722.

Vicia exstipulata. S. G. Gmel. *It. III*, p. 307, t. 33, f. 2.

Hab. in Rossia australi [ad Tanain (Henning)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [ad fl. Terek inque Imeretia (Güldenst.), in Mingrelia (C. Koch), Kachetia et Somchetia (Eichw.), territorio Elisabethpol (Hohenack.), Armenia (Koch), inter Sallian et Lenkoran (C. A. Meyer), pr. Lenkoran! (Hansen *pl. exs.*, Hohenacker) et Arkewan (Hohenacker), ins. Sara m. caspii! (Kiesseritzki *pl. exs.*)], in litt. orient. m. caspii (Karelin). ⊙.

§. 2. *Petioli dilatati, filiformes, cirrho destituti. Foliola nulla.*

2. *L. Nissolia* (L. Sp. 1029) pedunculis 1—2floris, petiolis filiformibus lanceolatis cirrho destitutis, stipulis subulatis basi semihastatis.

L. Nissolia. Dec. *Prodr. II*, p. 372. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1165. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 155. 463; *III*, p. 465. — Eichw. *casp. cauc.* p. 27. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 115.

Hab. in Rossia australi [in gub. Cherson pr. Dubossari ad Tyram! (Ledeb.), ad Tanain (Henning)], Tauria! (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*), Kachetia et Somchetia (Eichwald), pr. Lenkoran (Hohenack.)]. ⊙.

§. 3. *Petioli omnes folioligeri, cirrhosi.*

† Radix annua.

a. *Semina laevia.*

3. *L. inconspicuus* (L. Sp. 1030) pedunculis unifloris petiolo brevioribus basi articulatis muticis, foliis unijugis, foliolis nervosis versus apicem nervoso-venosis, leguminibus elongatis linearibus 4—10spermis turgidis puberulis reticulato-venosis: venis obliquis subprominulis, seminibus ovalibus utrinque truncato-obtusis laevibus.

L. inconspicuus. Dec. *Prodr. II*, p. 372. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722.

Hab. in Armenia (C. Koch). ⊙.

4. *L. sphaericus* (Retz. *Obs. III*, p. 39) pedunculis unifloris petiolo brevioribus basi articulatis aristatis, foliis unijugis, foliolis nervosis, leguminibus elongatis linearibus 8—10spermis turgidis puberulis striato-venosis, venis prominulis, seminibus globosis laevibus.

L. sphaericus. Dec. *Prodr. II*, p. 372. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 148.

Hab. in montibus Talüsch pr. pagum Sivirs (C. A. Meyer) inque insula Sara m. caspii! (Kiesseritzki *pl. exs.*, C. A. Meyer). ⊙.

β. pilosus (DEC. l. c.) caulibus hirsutis, foliolis ciliatis.

L. angulatus. GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1165? — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 155? — STEVEN *in litt.* ex DEC. l. c.

Hab. in Tauria (STEVEN ex DEC., M. a BIEB.). ⊙.

Planta Biebersteiniana ob „semina ad lentem tantum punctis minimis inaequalia" huc pertinere videtur.

5. *L. sativus* (L. SP. 1030) pedunculis unifloris folio brevioribus superne articulatis minute bracteolatis, foliis unijugis, petiolis anguste alatis omnibus folioligeris, leguminibus elliptico-oblongis plano-compressis reticulato-venosis glabris subtetraspermis, margine superiore curvato bialato, seminibus angulatis laevibus.

L. sativus. DEC. *Prodr. II*, p. 373. — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 899. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 148. — EICHW. *Skizze*, p. 168.

Hab. in Rossia australi [Podolia australi (BESSER, EICHW.), gub. Cherson (EICHWALD), deserto caspio! (CLAUS *pl. exs.*)] inque provinciis caucasicis [Armenia (KOCH *in litt.*), provincia Lenkoran (C. A. MEYER)]. ⊙.

6. *L. Cicera* (L. SP. 1030) pedunculis unifloris folio brevioribus superne articulatis minute bracteolatis, foliis unijugis, petiolis linearibus anguste alatis omnibus folioligeris, leguminibus (maturis) oblongis compressis turgidulis reticulato-venosis glabris subtetraspermis, margine superiore recto anguste bialato, seminibus angulatis laevibus.

L. Cicera. DEC. *Prodr. II*, p. 373. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1165. — M. a BIEB. *Fl. t. c. III*, p. 465. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 148. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 722.

Hab. in Tauria! (M. a BIEB.) et provinciis caucasicis [Iberia media (M. a BIEB.), Armenia (C. KOCH), pr. Baku! (C. A. MEYER)]. ⊙.

b. *Semina tuberculato-scabra.*

7. *L. annuus* (L. SP. 1032) pedunculis 1—2floris folio brevioribus ad pedicellos minute bracteolatis, foliis unijugis, leguminibus lineari-oblongis compressis reticulato-venosis glabris hexaspermis, seminibus globosis tuberculato-scabris.

L. annuus. DEC. *Prodr. II*, p. 373. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 148. — HOHENACKER. *Enum. Talüsch.* p. 115.

Hab. in provincia Talüsch inter Sallian et Lenkoran! (C. A. MEYER), pr. Lenkoran et Kisilagatsch (HOHENACK.). ⊙.

8. *L. angulatus* (L. SP. 1031) pedunculis unifloris folio longioribus apice articulatis aristatis, foliis unijugis, leguminibus anguste linearibus laevibus aveniis glabris dubdecaspermis, seminibus cubicis tuberculato-scabris.

L. angulatus. DEC. *Prodr. II*, p. 372.
Orobus tener. WILLD. *herb.* Nr. 13,515?
Orobus angustifolius. PALL. in WILLD. *herb.* l. c.?
Hab. in Armenia (KOCH *in litt.*). ⊙.

9. *L. leptophyllus* (M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 155; *III*, p. 465) pedunculis unifloris brevissime aristatis; floriferis brevibus; fructiferis folio longioribus, foliis unijugis, leguminibus lineari-oblongis compressis glabris, seminibus globosis tuberculato-scabris.

L. leptophyllus. DEC. *Prodr. II*, p. 373. — HOHENACKER. *Enum. Elisabethpol.* p. 248.

L. sphaericus? M. a Bieb. *casp.* p. 210. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1166.

Hab. in provinciis caucasicis [territorio Elisabethpol (Hohenack.), Caucaso orientali, ad rivum Aksu, circa Schamachi (M. a Bieb.)]. ⊙.

10. *L. hirsutus* (L. Sp. 1032) pedunculis sub 2floris folio longioribus, foliis unijugis, leguminibus lineari-oblongis hirsutis: pilis basi bulbosis, seminibus globosis tuberculato-scabris.

L. hirsutus. Dec. *Prodr. II*, p. 373. — Güldenst. *It. I*, p. 195. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1165. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 156; *III*, p. 465. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 148. — Eichw. *casp. cauc.* p. 27. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 115.
L. Cicer. Habl. *taur.* p. 125 (ex M. a Bieb.).
L. siliqua hirsuta. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 67.

Hab. in Rossia media occident. [Warsawia (Erndt.)] et australi [ad Tanain (Henning)], Tauria (Habl., Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis [ad fl. Terek (Güldenst.), in Iberia! (Wilhelms), Kachetia et Somchetia (Eichwald), territorio Elisabethpol pr. Helenendorf (Hohenack.), pr. Sallian! (Hansen *pl. exs.*), inter Sallian et Lenkoran! (C. A. Meyer, Hohenack.), in ins. Sara m. caspii! (Kieseritzki *pl. exs.*)]. ⊙.

†† Radix perennis.

a. *Caulis angulosus apterus.*

11. *L. altaicus* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 355. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 53) pedunculis 2—4floris folio longioribus, foliis 3—5jugis calycis dentibus superioribus brevioribus, leguminibus lineari-oblongis pubescenti-villosis subreticulato-venosis, seminibus laevibus.

L. altaicus. Karel. et Kiril. Nr. 282.

β. humilis: foliolis sublatioribus, cirrhis plerumque simplicissimis vel nullis.

L. humilis. Fisch. *in litt.* ad Dec. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 382.
Orobus? humilis. Ser. in Dec. *Prodr. II*, p. 378.
Vicia pedunculis unifloris, floribus laxis, foliolis ovatis, infra glaucis. Gmelin. *Fl. sib. IV*, p. 11, Nr. 11, t. 3. (Icon certe huc pertinet.)

Hab. in omni Sibiria (J. G. Gmel.) [altaica! (Fl. alt.), mont. Aktschavly et Tarbagatai (Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi! et transbaikalensi! (Turcz., Schtschukin)] inque Davuria! (Turcz., Frisch *pl. exs.*). ♃.

12. *L. tuberosus* (L. Sp. 1033) pedunculis multifloris folio 3—4plo longioribus, foliis unijugis, calycis dentibus superioribus brevioribus latioribus leguminibus lineari-oblongis glabris reticulato-venosis, seminibus obsolete tuberculatis.

L. tuberosus. Dec. *Prodr. II*, p. 378. — Pallas. *It. I*, p. 370; *II*, p. 472. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 127. — Georgi. *It. II*, p. 713. — Fisch. *Livl.* p. 271. — Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 98. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 259. — Falk. *Beitr. II*, p. 223. — Güldenst. *It. II*, p. 44. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1166. — Clark. *It. I*, p. 353. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 156. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 216. — Mart. *Fl. mosq.* p. 124. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 900. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 353. — Eichwald. *Skizze.* p. 168. — Ej. *casp. cauc.* p. 27. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 268. — Weinm. *Tambow.* Nr. 103. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 281. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 723.
L. arvensis. Erndt. *Virid. warsaw.* p. 67.
L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis, foliolis ovalibus, internodiis nudis. Gmel. *Fl. sib. IV.* p. 6. Nr. 2.

Hab. in Rossia media [Livonia (Fisch.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichwald), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Mosqua (Mart.), Tambow (Weinm.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), inter Simbirsk et Saratow (Falk), Ufa (Georgi)] et australi [Podolia (Besser, Eichw.), gub. Cherson! (Eichw.), pr. Taganrog! (Elsingk *pl. exs.*), in terra Cosaccorum (Güldenst.), ad fl. Kuban (Clark.), Tanain (S. G. Gmel., Henning) et Ural (Pall., Falk, Claus)], Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [Iberia (Koch), Kachetia et Somchetia (Eichw.), territorio Elisabethpol (Hohenacker)] inque Sibiria uralensi ad fl. Ischim (J. G. Gmel.), altaica! (Fl. alt.) ad fl. Irtysch (Pall., Karel. et Kiril.), in deserto barabensi (Falk) et soongoro-kirghisico (Karelin et Kirilow) ad fl. Jenisei super. (J. G. Gmel.). ♃.

13. *L. pratensis* (L. Sp. 1033) pedunculis multifloris folio longioribus, floribus undique patentibus, foliis unijugis puberulis, stipulis semisagittatis, calycis dentibus ovario brevioribus, omnibus lanceolato-subulatis, leguminibus lineari-oblongis oblique venosis: venis prominulis, seminibus globosis laevibus.

L. pratensis. Dec. *Prodr. II*, p. 370. — Erndt. *Virid. warsaw.* p. 67. — Gort. *Fl. ingr.* p. 112. — Pall. *It. II*, p. 472. — S. G. Gmel. *It. I*, p. 127. — Georgi. *It. I*, p. 226. — Fisch. *Livl.* p. 271. — Falk. *Beitr. II*, p. 224. — Güldenst. *It. I.* p. 195. — Steph. *Fl. mosq.* Nr. 479. — Pall. *Ind. Taur.* — Georgi. *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1166. — M. a Bieberst. *Fl. t. c. II*, p. 157. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 216. — Mart. *Fl. mosq.* p. 124. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 68. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 901 (c. var. major. canescente). — Lucé. *Fl. osil.* p. 245. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 353. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 148. — Fellm. *Ind. Kola.* Nr. 284. — Eichw. *Skisse* p. 168. — Ej. *casp. cauc.* p. 27. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Claus. *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 271. — Weinm. *Fl. petropol.* p. 73. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 380. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 115. — Fleisch. et Lindem. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 260. — Wirzén. *Casan.* Nr. 142. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 279.

L. denudatus. Gilib. *Fl. lithuan. IV*, p. 98. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 260.

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis; foliolis lanceolatis. Gmelin. *Fl. sibir. IV*, p. 5. Nr. 1.

Hab. in Rossia arctica [territorio Kola (Fellmann)], septentrionali [Fennia (Prytz.)], media [Petropoli (Gorter, Weinm.), Esthonia! (Fleisch. et Lindem.), ins. Osilia (Lucé), Livonia! (Fisch., Fleisch. et Lindemann), Curonia (Fleisch. et Lindem.), Lithuania (Gilib., Jundz., Eichw.), Warsawia (Erndt.), Volhynia (Besser, Eichw.), Kursk (Höfft.), Mosqua (Stephan, Mart.), Pensa! (Jacquet *pl. exs.*), Kasan (Wirzén)] et australi [Kiew (Trautvett. *in litt.*), Podolia (Besser), ad Tanain (S. G. Gmelin, Henning) et Wolgam inferiorem (Falk), in des. casp. (Claus)], Tauria (Pall., M. a Bieb.) et provinc. caucas. (M. a Bieb.) [ad fl. Terek (Güld.), in promont. Caucasi occident. versus fl. Kuban, alt. 400 hexap. (C. A. Meyer), Kachetia et Somchetia (Eichw.), territorio Elisabethpol, provinc. Karabagh et Talüsch versus tract. Suwant (Hohenack.)] inque omni Sibir. (J. G. Gmel.) [uralensi ad m. Taganai (Lessing *in herb. reg. berol.*), altaica! (Fl. alt.), ad fl. Irtysch (Pall., Karel. et Kiril.), in deserto barabensi (Falk) et soongoro-kirghisico circa mont. Tarbagatai (Karelin et Kirilow), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi (Georgi, Turcz.), transbaikalensi et Davuria (Turcz.)]. ♃.

b. *Caulis evidenter alatus.*

14. *L. sylvestris* (L. Sp. 1033) caule alato: ala diametro caulis latiore, pedunculis multifloris folio longioribus, foliis unijugis, petiolis late alatis, alis caulis et petiolorum foliisque margine aculeolato-ciliatis, stylo versus apicem intus dense piloso, leguminibus oblongo-linearibus glabris, seminibus rugulosis: hilo dimidium semen cingente.

L. sylvestris. Dec. *Prodr. II*, p. 369. — Stephan. *Fl. mosq.* Nr. 480. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1167. — Jundz. *Fl. lithuan.* p. 216. — Mart.

Fl. mosq. p. 124. — PRYTZ. *Fl. fenn. breviar.* p. 68. — BESSER. *Enum.* p. 29. Nr. 902. — LUCÉ. *Fl. osil.* p. 245. — EICHW. *Skisse.* p. 168. — WEINM. *Fl. petropol.* p. 72. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 260 — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 140.

L. sylvaticus. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 67.

L. variegatus. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 99. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 260.

Hab. in Rossia septentrionali [Fennia (PRYTZ.)], media [Petropoli (WEINMANN), ins. Osilia (LUCÉ), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHWALD), Warsawia (ERNDT.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (WIRZÉN)] et australi [Kiew (TRAUTVETTER *in litt.* — var. *β.* platyphyllus), Podolia (BESSER, EICHWALD)]. ♃.

15. ***L. latifolius*** (L. SP. 1033) **caule alato: ala diametro caulis latiore, pedunculis multifloris folio longioribus, foliis unijugis, alis caulis et petiolorum margine aculeato-ciliatis, foliolis integerrimis, stylo versus apicem intus dense piloso, leguminibus oblongo-linearibus glabris, seminibus tuberculato-rugosis: hilo vix tertiam seminis partem cingente.**

L. latifolius. DEC. *Prodr. II*, p. 370. — GORTER. *Fl. ingr.* p. 112. — LEPECH. *It. III*, p. 144. — FALK. *Beitr. II*, p. 224. — STEPHAN. *Fl. mosq.* Nr. 481. — PALL. *Ind. Taur.* — GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. III.* 4. p. 1167. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 157. 464. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 216. — MART. *Fl. mosq.* p. 124. — HÖFFT. *Cat. Kursk.* p. 47. — C. A. MEYER. *Ind. cauc.* p. 148. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL. *It. II*, p. 271. — FLEISCH. et LINDEM. *Fl. d. Ostseeprov.* p. 260. — WIRZÉN. *Casan.* Nr. 141. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 722.

L. purpureus. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 199. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 260.

L. flore purpureo. ERNDT. *Virid. warsaw.* p. 67.

Hab. in Rossia [a Newa fl. ad Wolgam inferiorem usque (FALK)] media [Petropoli (GORTER), Curonia (FLEISCH. et LINDEM.), Lithuania (GILIB., JUNDZ.), Warsawia (ERNDT.), Kursk (HÖFFT.), Mosqua (STEPHAN, MART.), Pensa! (JACQUET *pl. exs.*), Kasan (C. A. MEYER *in litt.*, WIRZEN), Wiätka (LEPECH.), ad super. Ural fl. (CLAUS)] et australi [ad Tanain (HENNING) et Wolgam (CLAUS)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [in promontorio Caucasi occidentalis versus fl. Kuban, alt. 400 hexap. (C. A. MEYER), territorio Elisabethpol ad rivulum Gandscha (HOHENACK.), Armenia (KOCH)]. ♃.

Plura synonyma huic adscripta forsan ad antecedentis varietatem atifoliam sunt amandanda.

16. ***L. peduncularis*** (POIRET. *Encycl. méth. Suppl. II*, p. 773) **caulibus crassis cylindricis striatis alatis ramosis, foliis unijugis, foliolis ovalibus nervosis mucronatis, stipulis semisagittato-lanceolatis apice setaceis, pedunculis multifloris rigidis striatis longissimis, bracteolis setaceis, leguminibus . . . ., seminibus . . . . .**

L. peduncularis. DEC. *Prodr. II*, p. 370.

Hab. in Tauria (POIRET). ♃? — Patria ignota (DEC.).

Affinis L. latifolio (POIRET). Flores pallide rosei (DEC.). — Mihi ignotus.

17. ***L. rotundifolius*** (WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1088) **caule alato: ala diametro caulis plus duplo angustiore, pedunculis multifloris folio longioribus, foliis unijugis, petiolis anguste alatis, alis caulis et petiolorum foliolisque integerrimis, stylo versus apicem parce ciliato caeterum glabro, leguminibus oblongo-linearibus glabris, seminibus . . . . .**

L. rotundifolius. Dec. *Prodr. II*, p. 370. — Willd. *herb.* Nr. 13,536. — M. a Bieb. *casp.* p. 184. app. Nr. 54. — Ej. *Fl. t. c. II*, p. 156; *III*, p. 466. — C. A. Meyer. *Ind. cauc.* p. 148. — Eichw. *casp. cauc.* p. 27. 30. — Hohenacker. *Enum. Elisabethpol.* p. 248. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 271. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 115. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 722.

β. ellipticus (Ser. in Dec. *Prodr. l. c.*) caule alis latioribus, stipulis majoribus, foliolis omnibus ellipticis, cirrhis magis compositis, corollis miniatis. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 466.

Hab. in Rossia media [in sylvis pr. Orenburg (Claus)], Tauria! (Böber in Willd. *herb.*, M. a Bieb., Steven *pl. exs.*) et provinciis caucasicis (M. a Bieb.) [in m. Beschtau (C. A. Meyer), Kachetia et Somchetia (Eichwald), territorio Elisabethpol (Hohenack.), mont. Daratschitschagh (Koch), mont. Talüsch, alt. 200—500 hexap. (C. A. Meyer), tract. Drych, alt. 416 hexap. (Hohenack.]; — *β.* in m. Beschtau! (M. a Bieb., Hohenacker *pl. exs.*), Iberia! (Wilhelms *pl. exs.*). ♃.

18. *L. heterophyllus* (L. Sp. 1034) caule petiolisque late alatis: ala margine ciliata, pedunculis multifloris folio longioribus, foliis superioribus 2—3jugis, stylo versus apicem dense piloso, leguminibus oblongo-linearibus glabris reticulatis, seminibus tuberculato-scabris: hilo vix tertiam seminis partem cingente.

L. heterophyllus. Dec. *Prodr. II*, p. 371. — Lepech. *It. III*, p. 142. — Falk. *Beitr. II*, p. 224. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1167. — Prytz. *Fl. fenn. breviar.* p. 68.

L. intermedius. Eichw. *Skisse.* p. 168.

Hab. in Rossia septentrionali [prato subhumido praedii Benvik Ostrobothniae australis (Bladh ex Prytz)], media [Ingria (Georgi), Lithuania (Eichwald), Wiätka (Lepech.), ad Wolgam pr. Sysran (Falk)]. ♃.

19. *L. pisiformis* (L. Sp. 1034) caule late alato: ala ciliata, pedunculis multifloris demum folio longioribus, foliis subquadrijugis: petiolo rachique marginatis ciliatis, stipulis semisagittato-ovatis infra medium subdentatis foliolo ovato-elliptico latioribus, stylo versus apicem intus piloso, leguminibus linearibus demum glabris, seminibus laevibus: hilo octavam v. sextam seminis partem cingente.

L. pisiformis Dec. *Prodr. II*, p. 371. — Pallas. *It. I*, p. 176. 192; *II*, p. 38. 93. 441. 443. 557; *III*, p. 326. — Georgi. *It. I*, p. 226. — Lepechin. *It. I*, p. 206; *III.* p. 48. — Falk. *Beitr. II*, p. 224. — Steph. *Fl. mosq.* Nr. 483. — Böber in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 261. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1167; *Nachtr.* p. 294. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 158. — Besser. *Enum.* p. 29. Nr. 904. — Höfft. *Cat. Kursk.* p. 47. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 354. — Eichw. *Skisse.* p. 168. — Claus *Ind. des. in* Göbel. *It. II*, p. 271. — Weinm. *Tambow.* Nr. 104.

L. pedunculis multifloris, cirrhis heterophyllis, foliolis ovatis, stipulis maximis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 7, Nr. 4, t. 1.

Planta herbacea, sesquipedalis et ultra. Caules e radice plures, ramosi, parum angulosi, pube adpressa cani. Folia 6—7juga: foliolis oppositis v. quandoque subalternis, oblongo-lanceolatis, obtusiusculis v. etiam acutis, supra glabriusculis, sub lente punctulates, subtus pube adpressa alba canis, ½—1 poll. longis, 1—3 lin. latis. Stipulae oblongae, acutae. Flores subspicati, rosei. Pedunculi axillares, elongati, folio duplo fere longiores. Bracteae membranaceae, lanceolato-acuminatae, puberulae, pedicello longiores. Calyx basi bracteolis duabus linearibus suffultus, pube adpressa canus, 5partitus: laciniis e lanceolato-subulatis. Corolla calyce duplo longior. Vexillum complicatum, obcordatum, quam carina paulo brevius. Alae obtusae, parvae. Carina obtusa, alis duplo longior. Stamina diadelpha. Ovarium subellipticum, incanum. Stylus filiformis, curvus. Leguminis articuli 2 v. 3, subelliptici, puberuli setisque apice hamatis tecti (B. et M. l. c.).

8. *H. echinocarpum* (KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. alt.* Nr. 265) caule erecto, foliis 7jugis, foliolis oblongis obtusis mucronulatis supra

glabris subtus scabris, pedunculis folio duplo v. triplo longioribus, spicis demum elongatis, dentibus calycinis subulatis tubo longioribus, leguminis articulis 4—5 suborbiculatis compressis tomentosis utrinque aculeolis gracilibus dense obtectis.

Hab. in Sibiriae altaicae rupestribus montium Tarbagatai ad torrentem Dschanybek inque campestribus circa montes Aktschavly (Karel. et Kiril.). ♃.

Leguminis aculeolis gracilibus longis ab omnibus ejusdem subdivisionis facile dignoscitur (Karel. et Kiril. l. c.).

Species mihi ignota, forsan ab antecedente non diversa, licet diagnoses a cl. auctoribus propositae non omnibus partibus conveniunt. Foliola H. echinocarpi dicuntur obtusa, mucronulata, subtus scabra, quae in antecedente acuta, subtus pilis adpressis subincana sunt. Legumina in H. echinocarpo 4—5-, in H. soongorico 2—3articulata: articulis in illo tomentosis, aculeolis gracilibus dense obtectis; in hoc setis apice hamatis tectis.

††† Caulescentes, calycis laciniis elongatis subulatis, fructibus pilosis aut pubescentibus, rugosis: rugis cristatis aut reticulatis.

9. *H. setigerum* (Turcz. in Fisch. et Meyer. *Ind. I. sem. h. petropol.* p. 29. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 364) caulescens v. subacaule, foliis 5—8jugis ellipticis oblongisve supra parce pilosis glabrisve punctatis subtus sericeo-argenteis, dentibus calycinis tubo duplo longioribus alis duplo brevioribus, carina vexillum aequante alas paulo superante, leguminis articulis ellipticis rugosis villosis muricato-setosis.

Hab. in Sibiria altaica pr. Krasnojarsk, baikalensi! ad fl. Angara pr. Balagansk, transbaikalensi! et orientali inter Jakutzk et Ochotzk inque Davuria! (Turcz.). ♃.

Variat caule elongato v. abbreviato, subnullo, spicis brevioribus compactis v. elongatis laxiusculis, floribus purpurascentibus v. albis. — Subsequenti affine.

10. *H. polymorphum* (Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 338) caule adscendente v. erecto, foliis 5—9jugis, foliolis ellipticis v. oblongis supra adpresse pilosis glabrisve punctatis subtus subsericeis v. adpresse pilosis, spicis pedunculatis confertis, carina vexillo paulo breviore alas superante, leguminibus erectis: articulis rugosis albo-villoso-tomentosis v. pubescenti-incanis.

α. pumilum: caulibus adpresse pilosis prostratis caespitosis, foliis 5—6jugis, foliolis lato-ellipticis subtus albo-sericeis supra adpresse pilosis, vexillo carinam subaequante, calycis dentibus tubo duplo longioribus, leguminis articulis subquinque transverse rugosis pubescenti-incanis.

H. polymorphum α. pumilum. Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 226.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Tschuja! (Fl. alt.), in deserto soongoro-kirghisico ad rivulum Tschakyrty (Karel. et Kiril.). ♃.

β. prostratum: caulibus patenter pilosis prostratis caespitosis, foliis 6—8jugis, foliolis lato-ellipticis subtus albo sericeis supra parce pilosis, vexillo carinam parum superante, calycis dentibus tubo plus duplo longioribus, leguminis articulis subquaternis transverse rugosis pubescenti-incanis, subinde setis crassis rarissimis e pube emergentibus.

H. procumbens. Schangin in Pall. *n. nord. Beitr. VI*, p. 33.

H. prostratum. Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 262. 265.

H. roseum. STEPHAN *herb.* — DEC. *Prodr. II*, p. 342. — SIMS *in Botan. Mag.* t. 996? — AIT. *h. kew. ed. 2. IV*, p. 346?

Hab. in Sibiria altaica frequens! (FL. ALT., SCHANGIN), in deserto soongoro-kirghisico ad riv. Dschargurban (SIEVERS). ♃.

γ. *adscendens*: caulibus adpresse pilosis adscendentibus subcaespitosis, foliis 7—9-jugis, foliolis ellipticis subtus sericeis supra parce pilosis; junioribus argenteis, vexillo carinam parum superante, calycis dentibus tubo sesquilongioribus, leguminis articulis 3—5 transverse rugosis pubescenti-incanis.

H. polymorphum γ. adscendens. LEDEB. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 51. — KARELIN et KIRILOW. *Enum. pl. alt.* Nr. 226.
H. rytidocarpum. DEC. *Prodr. II*, p. 341.
H. prostratum. PALL. *in herb.* PATR. ex DEC. l. c.
H. grandiflorum. SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 45?

Hab. in convallibus montium altaicorum! (FL. ALT.), Arkalyk deserti soongoro-kirghisici (KAREL. et KIRIL.). ♃.

δ. *suberectum*: caulibus adpresse pilosis suberectis, foliis 6—8jugis, foliolis ellipticis subtus subsericeis supra pilosis; junioribus subargenteis, vexillo carinam superante, calycis dentibus tubo sesquilongioribus, leguminis articulis subternis reticulato-rugosis pubescenti-incanis.

H. Gmelini. LEDEB. in *Mém. de l'Acad. des scienc. de St. Petersb. V*, p. 551.
H. altaicum. FISCH. ex DEC. *Prodr. II*, p. 342.
H. venustum. FISCH. ex DEC. *Prodr. II*, p. 342.
H. roseum. CHAMISSO *in Linnaea VI*, p. 547.
H. ibericum. WILLD. *herb.* Nr. 13,870 ex CHAMISSO.
H. obscurum. GEORGI *Beschreib. d. Russ. R. Nachtr.* p. 295 (ex cit. GMEL.).
H. foliis pinnatis, leguminibus articulatis lanatis, caule diffuso. GMEL. *Fl. sib. IV*, p. 29, Nr. 37, t. 12.

Hab. in omni Sibiria (J. G. GMEL.) altaica! (FL. ALT.) et orientali! (REDOWSKI) inter Jakutzk, Olekminsk et Wiluisk! (KRUHSE *pl. exs.*). ♃.

ε. *elatum*: caule erecto pilis brevissimis adpressis, foliis 8—9jugis, foliolis ovato-ellipticis subtus pilis brevissimis adpressis supra glabris, vexillo carinam superante, calycis dentibus tubo triplo longioribus, leguminis articulis . . . . .

Hab. in Sibiria altaica pr. Salair! (GEBLER, FL. ALT.), ad fl. Abakan in Jenisei fl. defluentem! (LESSING *in herb. reg. berol.*). ♃.

Planta maxime varians superficie, caulium altitudine et directione, foliolorum numero et forma, spica longius vel brevius pedunculata, magis v. minus elongata, multi- v. pauciflora, longitudine dentium calycis, magnitudine petalorum omnium et in specie vexilli, demum leguminis articulorum numero et superficie.

11. *H. tauricum* (PALL. *in nov. Act. petropol. X*, p. 315) caule erecto, foliis 4—6jugis, foliolis oblongis utrinque parce adpresse pilosis subtus subincanis, calycis incanis dentibus tubo paulo longioribus, vexillo emarginato alis longiore carina breviore, leguminis articulis reticulato-venosis incanis.

H. tauricum. DEC. *Prodr. II*, p. 342. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 177; *III*, p. 482 (excl. H. roseo Botan. Mag.). — Ej. *Cent. rar. ross.* t. 85 (ex *Fl. t. c. III.*).

Hab. in Tauria! (PALL., M. a BIEB.). ♃.

12. *H. Razoumowianum* (HELM et FISCHER ex DECAND. *Prodr. II*, p. 342) caule erecto, foliis 6—7jugis, foliolis lineari-oblongis oblongisve utrinque parce adpresse pilosis supra (subinde glabris) punctatis, racemis cum pedunculo folio plus duplo longioribus, calycis pilosi dentibus lanceolato-subulatis tubo duplo longioribus, corolla calyce duplo

longiore, carina alis sesquilongiore vexillo emarginato paulo breviore, leguminis articulis rugoso-cristatis: cristis submuriculatis pubescenti-villosis.

H. Razoumowianum. CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 270.

Hab. in Rossiae mediae parte maxime orientali: in montibus supra Orenburg! (HELM, CLAUS, KARELIN *pl. exs.*). ♃.

Varietatem foliolis latioribus subtus magis incanis, carina nonnihil majore, apice ad angulum exteriorem rotundato vexillum vix aequante, legit am. CLAUS in montibus Guberlinsk!

13. *H. ibericum* (STEVEN in M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 177) caule erecto, foliis 4—5jugis, foliolis ellipticis mucronatis supra glabris subtus parce adpresse pilosis, racemis laxis cum pedunculo folio subduplo longioribus, calycis pilosi dentibus e lata basi subulatis tubo duplo longioribus, corolla calyce plus duplo longiore, carina vexillum emarginatum aequante alas paulo superante, leguminis articulis laevibus incanis margine crenulatis.

H. ibericum. DEC. *Prodr. II*, p. 342.

Hab. in Iberia! (STEVEN, M. a BIEB.). ♃.

Legumina non vidi.

14. *H. incanum*: caule erecto v. adscendente pilis adpressis subincano foliis 8—10jugis, foliolis elliptico-oblongis supra glabris punctatis subtus pilis adpressis incanis, racemis cum pedunculo folio plus duplo longioribus, calycis pilosi dentibus e lata basi subulatis tubum superantibus, corolla calyce triplo longiore, carina alas aequante vexillo emarginato vix breviore, ovario 3articulato densissime albo-villoso-tomentoso, leguminibus . . . . .

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (NORDMANN). ♃.

Ab H. nitido (WILLD. *Spec. pl. III*, p. 1205), cui affine videtur, differt tomento caulis foliolorum pedunculorum et calycis nullo, foliolorum numero et superficie in pagina superiore glaberrima nec nitido-sericea.

Caulis pedalis circiter, simplex, plus minus incanus et apicem versus flexuosus. Stipulae membranaceae v. scariosae, oppositifoliae; superiores sensim profundius bifidae; supremae subdistinctae. Folia plerumque 10juga cum impari. Foliola petiolulata, oblonga v. elliptica, apice rotundata mucronulata v. rarius acutiuscula, 5—7 lin. longa, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ lin. lata, supra glaberrima, punctata, subtus pilis breviusculis arcte adpressis incana. Racemi longe pedunculati densi v. laxiusculi, bracteati: bracteis calycem subaequantibus, deciduis. Pedunculus adpresse pilosus, folio $1\frac{1}{2}$ v. 2plo longior. Pedicelli superficie pedunculi, calycis tubo paulo breviores. Calyx adpresse pilosus: tubo campanulato, basi fusco; dentibus e lata basi subulatis, ciliatis, tubo subsesquilongioribus; supremis ab invicem magis distantibus. Bracteolae 2 ad basin calycis lanceolato-lineares, tubo breviores. Corolla (in sicco videtur) ochroleuca v. lutea: alis carinaque apice violaceis.

†††† Caulescentes, calycis dentibus abbreviatis, leguminibus pubescentibus pilosisve, rugosis aut subcristatis.

15. *H. scoparium* (Fischer et Meyer *in Enum. pl. nov.* a. clar. Schrenk lect. p. 87 in nota) caule fruticoso erecto, foliis inferioribus 3—5jugis: foliolis oblongis utrinque (subtus densius) adpresse pilosis; rachidibus foliorum superiorum longissimis efoliolatis, calycibus subbilabiatis, alis calyce vix longioribus, vexillo carinam paulo superante, leguminis articulis villosis rugosis inermibus.

Hab. in Sibiria altaica [deserto soongoro-kirghisico versus lacum Noor-Saisan! (Fischer et Meyer)]. ♄.

Frutex 3—6pedalis, erectus, ramosissimus; truncus ramique cortice flavescente secedente vestiti, stricti. Foliorum inferiorum rachis 3—4 poll. longa, compresso-teretiuscula foliola profert 7—11, oblonga, obtusiuscula, glauca et utrinque pube simplici sparse incumbente adspersa. Foliorum superiorum rachis longissima, 4—6 poll. longa, teres, nullis foliolis instructa, neque ullis cicatricibus notata, apiculo recurvato spinuloso fragili terminata. Hae rachides junciformes, efoliolatae characterem praebent valde singularem. Racemi pauciflori, axillares; foliorum rachide breviores; pedunculi interdum longissimi, subpedales, apice floriferi. Flores breviter pedicellati, bractea brevissima lata fulti. Calyces pubescentes, basi bracteolis binis minutis aucti, bilabiati: labio superiore 2-; inferiore 3dentato: dentibus filiformibus, saepe reflexis et cito deciduis. Corolla quoad magnitudinem, formam et colorem H. fruticoso similis. Legumina 6—10 lin. longa, erecta, corolla persistente tecta: articulis crassis subovatis, ad suturam superiorem linea compressa notatis, villosissimis, transverse rugosis, sed nullis spinulis armatis (F. et M. l. c.).

16. *H. fruticosum* (L. *fil. Suppl.* 333) caule fruticoso erecto, foliis 5—7- (rarius 9-) jugis, foliolis alternis ellipticis oblongisve obtusis submucronulatis supra glabris punctatis subtus adpresse pubescentibus, racemis paucifloris folium subaequantibus, floribus paucis distantibus, calycis pilosi dentibus ovatis tubo dimidio vix longioribus, alis carinae unguem vix superantibus, vexillo carina paulo longiore, leguminis articulis pubescenti-villosis rugoso-cristatis subreticulatis: rugis echinatis v. inermibus.

H. fruticosum. Dec. *Prodr. II*, p. 342. — Pall. *It. III*, p. 259. 432. app. p. 753. Nr. 126. t. F, f. — Sievers in Pall. *n. nord. Beitr. VII*, p. 174. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 365.

H. frutescens. Pall. *It. III*, p. 321. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1179 (excl. patria Tauria et reg. tanaicensi).

Astragalus caulibus ramosis erectis, foliolis et floribus dissitis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 45. Nr. 60, t. 22.

Hab. in Sibiria transbaikalensi! et Davuria! (Pall., Sievers, Turcz., Schtschukin *pl. exs.*, Kruhse *pl. exs.*). ♄.

Sect. II. *Leiolobium.* Dec. l. c.

Leguminum articuli reticulati, laeves, glabri v. pilosi.

17. *H. glaucescens*: caule erecto ramoso, foliis sub7jugis, foliolis glaucescentibus subglabris ellipticis mucronulatis, racemis pedunculatis: pedunculo folium aequante, bracteis pedicellum subaequantibus subdeciduis,

bracteolis calycis tubo brevioribus, calycis pilosi dentibus subaequalibus e lata basi subulatis tubo longioribus, petalis subaequilongis, germine albo-villoso, leguminibus . . . . .

Hab. in provinciis caucasicis [Kachetia! (HOHENACK. *pl. exs.*)]. ♃.

Tota planta pilis raris adpressis hinc inde adspersa est. Caulis 1½pedalis, ramosus, inferne videtur sublignescens, superne flexuosus. Foliolorum paria plerumque 7, rarius pauciora, cum impari, magis quam in affinibus ab invicem remota, ita ut interstitia foliolorum longitudinem saepe superant, qua nota habitus alienus evadit. Stipulae inferiores in unam oppositifoliam concretae; superiores distinctae, ovatae, acuminatae, herbaceae. Racemi versus caulis et ramorum apicem ex foliorum axillis, multiflori, erecti. Pedunculi folia adaequant v. superant. Corolla calyce (tubo cum dentibus) triplo circiter longior. Petala omnia ejusdem longitudinis; rarissime alae paulo sunt breviores. Legumina ignota, ex germine videntur laevia, pubescentia.

18. *H. cretaceum* (FISCH. ex DEC. *Prodr. II*, p. 342) caule erecto, foliis 4—7jugis, foliolis oblongis v. elliptico-oblongis utrinque rotundatis apice submucronulatis glabris, racemis elongatis gracilibus, bracteis pedicello brevioribus deciduis, bracteolis minutissimis, calycis subbilabiati pilosi dentibus tubo duplo brevioribus, vexillo alas superante carina breviore, leguminis articulis 2—3 laevibus pubescentibus.

H. cretaceum. CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 270. — LESSING *in Linnaea IX*, p. 154. 177.

Hab. in Rossia australi [ad Wolgam! (FISCH. ex DEC. et CLAUS)] inque montuуralensibus inter Miask et Slatoust inque sylva pr. Freudenthal non procul a Slatoust (LESSING). ♃.

Vidi duo specimina florifera e museo Acad. petropol. cum herb. reg. berol. communicata, quibus characterem supra indicatum adaptavi, quique a Decandolleano non differt nisi foliolorum apice (acuto ex DEC.) et alis (calyce duplo longioribus ex DEC.), quae in speciminibus a me visis calycem ter v. quater superant. Planta uralensis, a cl. LESSING observata, ob vexillum alis brevius a wolgensi differre videtur, mihi vero ignota est.

19. *H. neglectum* (LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 340. — Ej. *Ic. pl. Fl. ross.* t. 482) caule erecto, foliis 7—10jugis, foliolis ovato-oblongis vel oblongis ellipticisve mucronulatis subtus pubescentibus, racemis longe pedunculatis: pedunculo folium superante, bracteis pedicello longioribus persistentibus, bracteolis subsetaceis, calycis pilosi dentibus inferioribus tubum subaequantibus; 2 superioribus brevioribus, vexillo alas aequante carina breviore, leguminis articulis ellipticis pubescentibus membranaceo-marginatis.

H. neglectum. BUNGE *Enum. alt.* p. 74. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt* Nr. 267.
H. caucasicum. M a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 178. — DEC. *Prod. II*, p. 343. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 144.
H. lasiocarpum. LEDEB. *Ind. sem. h. dorpat. 1824.* p. 4. — DEC. *Prodr. II*, p 341.
H. alpinum. SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 47?
H. altaicum. SCHANGIN in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 68?

Hab. in provinciis caucasicis [in Caucaso occidentali et in monte Kaischaur,

alt. 1000—1100 hexap. (C. A. Meyer), in Caucasi iberici alpestribus (M. a Bieb.)] et Sibiriae altaicae alpestribus subumbrosis! (Fl. alt.), in subalpinis m. Tarbagatai ad torrentem Tscheharak-Assu inque alpibus ad fl. Narym (Karel. et Kiril.). ♃.

Variat pedunculo longiore vel breviore, racemo densiore v. laxiore, leguminibus pendulis v. suberectis; leguminum articuli vero semper (etiam, teste am. C. A. Meyer, in speciminibus herbarii M. a Bieb.) pube adspersi sunt, ita ut H. neglectum et caucasicum in unam speciem conjungendae videntur. Nomen antiquius (H. caucasicum) conservassem, nisi patriam nimis arcte limitatam indicaret.

Variat quoque floribus albis.

20. *H. dasycarpum* (Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. 1840.* p. 68) caule adscendente ramoso, foliis 4—6jugis, foliolis ellipticis oblongisve mucronulatis supra glabris subtus pubescentibus, racemis pedunculatis: pedunculis folium superante, bracteis pedicello brevioribus, bracteolis tubo calycis subbrevioribus, calycis pilosi dentibus subaequalibus tubum subaequantibus, carina vexillum paulo alas duplo superanto, leguminis articulis ellipticis pubescentibus immarginatis.

β. depauperatum: racemis brevius pedunculatis paucifloris.

Hab. in Sibiria orientali inter Jakutzk et Ochotzk! (Turcz.). ♃.

Caules basi glabri, ad apicem cum petiolis pedunculisque pubescentes. Flores violacei, magnitudine et colore affinium (Turcz. l. c.).

Maxime affine antecedenti et praeter dentes calycinos, qui in speciminibus defloratis subaequales mihi visi sunt, leguminisque articulos immarginatos, qui in antecedente semper margine membranaceo cincti observantur, aegre dignoscitur.

21. *H. obscurum* (L. Sp. 1057) caule erecto, foliis 4—9jugis, foliolis ovato-oblongis v. oblongis ellipticisve mucronulatis subtus margineque pubescentibus, racemis longe pedunculatis: pedunculo folium subsuperante, bracteis pedicello longioribus, bracteolis setaceis, vexillo carinam subaequante v. illa breviore, leguminis articulis ellipticis glaberrimis membranaceo-marginatis.

H. obscurum. Dec. *Prodr. II*, p. 343. — Pall. *It. III*, p. 25. 34. 314. 326 (excl. syn. Gmel. in nota alleg.). 368. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1179. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 341 (excl. syn. Gmel.). — Chamisso *in Linnaea VI*, p. 547. — Bunge *Enum. alt.* p. 73. — Erman. *Verzeichn.* Nr. 146. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt.* Nr. 268.

H. alpinum. Pall. *It. II*, p. 180. 280. 559. 568; *III*, p. 316. — Lepech. *It. III*, p. 72.

H. alpinum var. *β*. L. l. c.

H. consanguineum. Dec. *Prodr. II*, p. 343. — Bunge *Enum. alt.* p. 73.

H. inundatum. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 366.

Hab. in Rossia arctica (Lapponia! et reg. arct. terrae Samojedarum (Schrenk *in litt.*)] inque Sibiria uralensi! (Pall., Lepech., Erman *in herb. reg. ber.*), altaica! (Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.), ad fl. Jenisei (Pall.), baikalensi! (Turcz.), orientali inter Aldan et Ochotzk! (Turcz.), et arctica [ad sinum Karicum m. glacialis (Sujef ex Pall.)]. ♃.

Variat caule elato v. humili; vexillo carina breviore (forma vulgaris) v. illam aequante (H. consanguineum); floribus majoribus v. minoribus (H. inundatum); calycis laciniis setaceis subaequalibus tubo

longioribus v. latioribus inaequalibus, inferioribus tubum vix aequantibus, 2 superioribus brevioribus; bracteolis calyce longioribus v. brevioribus; foliolis latioribus v. angustioribus, subtus magis v. minus pubescentibus; stipulis majoribus v. minoribus, saturate fuscis v. pallidioribus. — Inter omnes has formas limites certas nullas invenire potui. Leguminis articuli glaberrimi, membranaceo-marginati unicam notam characteristicam praebent.

22. *H. sibiricum* (Poir. *Encycl. méth. suppl. V*, p. 17. — Lam. *Illustr.* t. 628. f. 3) caule erecto, foliis 4—9jugis, foliolis ovato-oblongis v. oblongo-ellipticis obtusis retusisve submucronulatis subtus puberulis, racemis elongatis longe pedunculatis: pedunculo folio longioribus, bracteis pedicello brevioribus, bracteolis calycis tubo brevioribus, calycis pubescentis dentibus tubo brevioribus inaequalibus, vexillo alas aequante carina breviore, leguminis articulis oblongo-ellipticis glaberrimis immarginatis.

H. sibiricum. Dec. *Prodr. II*, p. 343 (excl. synon Gmel.). — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 367.
H. alpinum. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1207. — Georgi. *It. I*, p. 226. — Ej. *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1179 ex parte.
H. alpinum var. *α.* L. Sp. 1057.
H. elongatum. Fisch.
H. foliis pinnatis, leguminibus articulatis glabris pendulis, caule erecto. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 26, Nr. 35, t. 10.
H. saxatile, siliqua laevi, floribus purpureis, inodorum. Messerscum. in Amman. *ruth.* p. 116, Nr. 152.

β. albiflorum.

H. vicioides. Turcz. *in Bullet. de la Soc des Natur. de Mosc. 1840.* p. 69.
H. saxatile, siliqua laevi, floribus albis, inodorum. Messerschmidt in Amman *ruth.* p. 116, Nr. 153.

Hab. in Sibiria altaica ad fl. Jenisei pr. Soktu et Tscheresch (Messerschm.), Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*) et Mangasea usque ad m. glaciale (J. G. Gmel.), baikalensi! (Georgi, Turcz., Schtschukin *pl. exs.*) et Davuria! (Turcz., Fisch. *pl. exs.*); — var. *β.* in Sibiria altaica ad fl. Jenisei (Messerschm.) et orientali ad viam ochotensem pr. Allach! (Turcz.). ♃.

23. *H. esculentum* (Ledeb. *in Denkschr. der bot. Ges. zu Regensb. III*, p. 112) caule erecto, foliis 8—9jugis, foliolis lineari-oblongis glabris, pedunculo (praeter racemum) folium subaequante, bracteis pedicello longioribus (corollis ochroleucis), vexillo alas superante carina breviore, leguminis articulis obovatis glabris.

H. foliis pinnatis, pinnis linearibus, leguminibus articulatis glabris pendulis, floribus racemosis ochroleucis congestis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 28, Nr. 26, t. 11.

Hab. in Sibiria orientali ad fl. Jana, Indigirka, Judoma et Ochota (J. G. Gmel.). ♃.

Florum colore ab affinibus differre videtur. — An tamen praecedentis varietas? — Radix, teste Gmelino, a Jacutis comeditur.

24. *H. boreale* (Nutt. *gen. amer. II*, p. 110) caule erecto stricto basi decumbente, foliis subsessilibus, foliolis 8—12jugis oblongis subtus pilosiusculis, stipulis coalitis vaginantibus: laciniis subulatis, racemis elongatis longe pedunculatis, floribus numerosis subsecundis subimbricatis reflexis, vexillo alisque carina multo brevioribus, leguminis articulis 3—4 suborbicularibus glabris pubescentibusve reticulatis compressis (Hooker).

H. boreale. DEC. *Prodr. II*, p. 343. — HOOKER et ARN. in BEECHEY's *Voyage* p. 122. — HOOK. *Fl. bor. am. I*, p. 155. — TORREY et GRAY *Fl. bor. am. I*, p. 456.

Hab. in America arctica ad sin. Kotzebue (BEECHEY ex HOOK. et ARN.). ♃.

Quid?: *Hedysarum purpureum*. GÜLDENST. *It. I*, p. 168. — ad fl. Terek (GÜLDENSTÄDT).

246. Onobrychis. TOURNEF.

DEC. *Prodr. II*, p. 344. — LEDEB. *Fl. alt. III*, p. 342. — KOCH *Deutschl. Fl. V*, p. 210. — MEISN. *gen.* p. 91. — *Comment.* p. 65. — ENDLICHER *gen.* p. 1286.

Calyx 5fidus: laciniis lineari-subulatis, subaequalibus. Corolla vexillo obovato v. oblongo: carina oblique truncata, alas superante. Filamenta diadelpha, subulata. Legumen uniarticulatum, compressum, indehiscens, mono- rarissime di-spermum, lacunoso-reticulatum, margine superiore seminifero crassiore recto; inferiore tenuiore recto saepissime dentato, spinoso v. lobato.

Sect. 1. *Eubrychis*. DEC. l. c.

Legumen obliquum, in dorso rugosum v. aculeatum, hinc dentatum v. interrupte cristatum.

1. *O. sativa* (LAM. *Fl. franc. II*, p. 652) caule adscendente, foliolis oblongo-ellipticis v. oblongo-linearibus glabris v. subtus plus minus pubescentibus, alis calyce brevioribus, carina vexillum superante v. eo paulo breviore (v. rarius eodem longiore), leguminibus margine inferiore carinatis discoque elevato-reticulatis spinoso-dentatis.

O. sativa. DEC. *Prodr. II*, p. 344. — BESSER *Enum.* p. 29, Nr. 926. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 145. — EICHW. *Skizze.* p. 167. — Ej. *casp. cauc.* p. 23. 30. 31. — HOHENACK. *Enum. Elisabethpol.* p. 247. — CLAUS *Ind. des. in* GÖBEL *It. II*, p. 270. — WEINM. *Tambow.* Nr. 108. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 111.
O. sativa tatarica. FISCH. ex DEC. l. c.
O. vulgaris. GÜLDENST. *It. II*, p. 19. 33.
O. incana. GÜLDENST. *It. II*, p. 19. 33.
O. tanaitica. SPRENG. *n. Entdeck. II*, p. 162.
Onobrychis. PALL. *It. II*, p. 280. 297. — GÜLDENST. *It. II*, p. 2.
Hedysarum Onobrychis. L. SP. 1059. — PALL. *It. I*, p. 154. 196. — S. G. GMEL. *It. I*, p. 127; *IV*, p. 9. — GEORGI *It. II*, p. 713. — GÜLDENST. *It. I*, p. 74. 112. 195. 422. 423; *II*, p. 10. 126. 145. 174. 178. 179. 192. 210. 270. 273. 329. 344. — PALL. *Ind. Taur.* — BÖBER in PALL. *n. nord. Beitr. VI*, p. 258. — GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1180 (excl. pl. sibir.). — CLARK. *It. I*, p. 225. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 179; *III*, p. 484. — JUNDZ. *Fl. lithuan.* p. 219. — HÖFFT *Cat. Kursk.* p. 48.
Hedysarum echinatum. GILIB. *Fl. lithuan. IV*, p. 109. — Ej. *Exerc. phytol. I*, p. 267.

Hab. in Rossia media [Livonia non procul a Dünaburg (EICHW.), Lithuania (GILIB., JUNDZ., EICHW.), Volhynia (BESSER, EICHW.), Kursk (BÖBER, HÖFFT), Tambow (WEINM.), Simbirsk (PALL.), Orenburg (GEORGI)] et australi [Kiew (GÜLDENST., TRAUTVETTER *in litt.*), Podolia (BESSER, EICHW.), Ucrania (GÜLDENST.), Jekaterinoslaw (GÜLDENST.), pr. Taganrog! (ELSINGK *pl. exs.*), ad Tanain (S. G. GMEL., GÜLDENST., CLARK, HENNING) et Wolgam pr. Zaritzyn (S. G. GMEL.), in des. caspio (CLAUS)], Tauria! (PALL., M. a BIEB.) et provinciis caucasicis (M. a BIEB.) [ad fl. Terek (GÜLDENST.), in Kabarda (GÜLDENST.), prom. totius Caucasi inque m. Beschtau, alt. 150—500 hex. (C. A. MEYER), Iberia et Mingrelia (EICHW.), Somchetia (GÜLDENST., EICHW.), territ.

Elisabethpol! et provinc. Karabagh (Hohenack.), provinc. Talüsch ad ostia Cyri fl. (Hohenack.) inque mont. altior., alt. 700—800 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.)] in litt. orient. m. caspii! (Karel.) inque Sibiria uralensi (Pall.) pr. Jekaterinenburg (Uspenski). ♃.

β. caulibus subdecumbentibus, leguminibus pubescentibus, dorso denticulatis, lateribus rugosis.

O. montana. Dec. *Prodr. II*, p. 344. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 145.
O. conferta. Dec. l. c. (excl. var. *β*). — Besser *Enum.* p. 74, Nr. 1574. — Eichw. *Skizze*. p. 167.
Hedysarum confertum. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 180; *III*, p. 484 (ex C. A. Meyer).

a. latifolia.

b. angustifolia.

Hab. in Rossia australi [Podolia (Andrz. ex Besser, Eichw.)] et provinciis caucasicis [in pratis, subalpinis et alpinis totius Caucasi (C. A. Meyer), Iberia (M. a Bieb.)]. ♃.

γ. caulibus procumbentibus, leguminibus pubescentibus, dorso denticulatis, lateribus rugosis subaculeatis, dentibus spinisque longioribus.

O. procumbens. Steven ex Dec. l. c.
Hedysarum Onobrychis var. iberica. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 484 ex Dec. l. c.

Hab. in Iberia (Steven ex M. a Bieb. et Dec.). ♃.

δ. caulibus erectis v. adscendentibus, leguminibus pubescentibus: aculeis disci abbreviatis; marginis longioribus.

O. arenaria. Dec. *Prodr. II*, p. 345. — Ledeb. *Fl. alt. III*, p. 342. — Lessing *in Linnaea IX*, p. 154. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. alt* Nr. 269.

O. carpathica. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 369.

Onobrychis. Pall. *It. II*, p. 523.

Hedysarum Onobrychis. Georgi *It. I*, p. 227. — Falk. *Beitr. II*, p. 227. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1180 (quoad pl. sibiricam).

Hedysarum foliis pinnatis, leguminibus monospermis aculeatis, corollarum alis calyce brevioribus, caule elongato. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 31, Nr. 40.

a. latifolia, caule adscendente, foliolis oblongis, floribus majoribus saturate purpureis.

b. angustifolia, caule erecto, foliolis oblongo-linearibus, floribus minoribus pallidioribus.

Hab. in omni Sibiria (J. G. Gmel., Falk) uralensi (Lessing), altaica! (Pall., Fl. alt., Karel. et Kiril.), pr. Krasnojarsk (Turcz. *in litt.*), baikalensi (Georgi) et transbaikalensi! (Turcz.) inque Davuria (Turcz.). ♃.

ε. caule erecto, leguminibus villosis, dorso lateribusque aculeatis.

O. maeotica (non mareotica). Steven ex Dec. *Prodr. II*, p. 345.

Hab. in Rossia australi [ad paludes maeoticas (Steven ex Dec.)]. ♃.

ζ. caule adscendente, leguminibus glabris remosis, cristatis: crista apice dentata.

O. glabra. Desv. *Journ. bot. 1814, I*, p. 82 ex Dec. *Prodr. II*, p. 345.

Hab. in Tauria (Desv. ex Dec.). ♃.

2. *O. gracilis* (Besser *Enum.* p. 74, Nr. 927) caule adscendente, foliolis oblongo-linearibus mucronatis pilosiusculis, alis vix calycis tubo longioribus, vexillo recurvato carinam superante, leguminibus suborbiculatis canescentibus aculeato-dentatis.

O. gracilis. Dec. *Prodr. II*, p. 345. — Eichw. *Skizze*. p. 167.
O. petraea. Besser *Enum.* p. 29, Nr. 927 (teste ipso auct.).

Hab. in Rossia australi [Podolia australi! (ANDRZ. ex BESSER, EICHW.), gub. Cherson (EICHW.)]. ♃.

β. foliolis latioribus acutissimis, floribus dimidio majoribus, leguminis dentibus duplo longioribus.

Hab. in Bessarabia (BESSER l. c.). ♃.

Habitu ad O. petraeam, alis brevibus ad O. sativam accedit. Ab utraque diversa. Legumina mihi ignota.

3. *O. petraea* (DESV. *Journ. bot. 1824*, *I*, p. 82) caule erecto, foliolis oblongo-linearibus mucronatis subtus pilosiusculis, alis calyce duplo longioribus, carina vexillo paulo breviore, leguminibus pilosis dorso cristato denticulato, lateribus rugosis edentulis.

O. petraea. DEC. *Prodr. II*, p. 345. — C. A. MEYER *Ind. cauc.* p. 145.

Hedysarum petraeum. GEORGI *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1180. — M. a BIEB. *Fl. t. c. II*, p. 180; *III*, p. 484.

Hab. in provinciis caucasicis [promontorio caucasico, alt. 490—600 hexap.! (C. A. MEYER, PARROT *pl. exs.*), in subalpinis petrosis, praesertim calcareis! (M. a BIEB., STEVEN)]. ♃.

4. *O. Caput galli* (LAM. *Fl. franc. II*, p. 651) caule erecto v. diffuso, foliolis oblongis v. cuneato-obovatis mucronatis pilosis, calycis dentibus persistentibus, carina vexillo paulo breviore alas calyce longiores superante, leguminibus pubescentibus semiorbiculatis dorso lateribusque aculeatissimis.

O. Caput galli. DEC. *Prodr. II*, p. 346. — HOHENACK. *Enum. Talüsch.* p. 111.

Hedysarum Caput galli. L. SP. 1059.

Hab. in provincia Schirwan (HOHENACKER). ⊙.

5. *O. micrantha* (SCHRENK *Enum. pl. nov.* p. 85) caule erecto, foliolis sublinearibus acutis, calyce fructifero dentibus demum deciduis margine truncato, carina longitudine vexilli alis calycem superantibus paulo longiore, leguminibus velutinis obovatis basi attenuatis disco aculeatis margine in lacinias oblongas denticulatas inermes divisis.

Hab. in Sibiria altaica [in promontorio montium Labassy, locis declivibus aridis (SCHRENK)]. ⊙.

Species certe distinctissima, ab O. Crista galli differt foliolis acutis, calyce fructifero margine truncato, leguminibus basi in stipitem alatum attenuatis, stipulis elongatis etc.

Caulis semipedalis. Stipulae e lata basi setaceae, elongatae. Foliola 5—7juga. Racemi axillares, elongati, pedunculo longissimo fulti. Bracteae setaceae, pedicellorum longitudine. Flores minuti, vix 2 lin. longi. Calycis dentes setacei, tubo longiores, demum decidui. Corolla calyce duplo fere longior, sordide flavescens. Carina apice purpurea. Alae angustae, acutae, calyce longiores. Legumen monospermum, pube minuta velutinum, obovatum, basi in stipitem longum alatum attenuatum, in utroque disco nervis prominentibus reticulatum atque spinosum, ad suturam superiorem truncatum, ad suturam inferiorem vero cristatum: crista in lacinias oblongas acutas denticulatas muticas v. mucronulatas (nunquam pungentes) divisa. Semen majusculum, olivaceum (SCHRENK l. c.).

Sect. II. *Hymenobrychis.* Dec. l. c.

Legumen falcatum v. suborbiculatum, in disco rugosum v. subaculeatum, dorso toto in cristam membranaceam vix subdentatam expanso.

6. *O. heterophylla* (C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 146) incano-subsericea, stipulis distinctis, foliis radicalibus simplicibus ternatisque; caulinis 2—3jugis, foliolis ovatis suborbiculatisve mucronulatis, racemis folio multo longioribus, alis acuminatis basi unidentatis calyce longioribus carinaque glabris, leguminibus villosissimis disco margineque aculeatis: aculeis setaceis elongatis.

O. heterophylla. Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 112.

Hab. in siccis lapidosis provinciae Talüsch pr. pagum Suwant, alt. 670 hexap. (C. A. Meyer) et Tatuni! (Hohenack.). ⊙.

Corolla flavescens, nunc unicolor, nunc venis fuscis pulcherrime picta (C. A. Meyer l. c.)

7. *O. ornata* (Desv. *Journ. bot. 1814, I*, p. 81) subincana, caule erecto flexuoso patenter piloso, stipulis distinctis, foliis sub4- (3—5-) jugis, foliolis ellipticis v. lato-ovatis orbiculatisve mucronatis supra adpresse pilosis subtus subsericeis, racemis folio subduplo longioribus, alis lanceolatis subfalcatis obtusiusculis calyce longioribus vexillo duplo brevioribus carinaque pilosis, leguminibus (ex Willd.) semiorbiculatis villosis aculeis longis patentibus obsitis.

O. ornata. Dec. *Prodr. II*, p. 347.
Hedysarum ornatum. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1215.
Hedysarum coronatum. Poir. *Encycl. méth. VI*, p. 439 (ex Dec. l. c.).

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ♃.

8. *O. Tournefortii* (Desv. *Journ. bot. 1814, I*, p. 81) caule erecto velutino, stipulis distinctis, foliis 4—5jugis, foliolis ovato-oblongis mucronatis supra glabris subtus velutinis, racemis longissimis folio triplo v. ultra longioribus, alis dilatatis subfalcatis semisagittatis obtusis calycis tubum superantibus carinaque glabris, leguminibus (immaturis) villosissimis disco aculeatis margine dentatis.

O. Tournefortii. Dec. *Prodr. II*, p. 347.
Hedysarum Tournefortii. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1214.

Hab. in provinciis transcaucasicis occidentalibus versus fines turcicas! (Nordmann). ♃.

Cum descriptione Willdenowiana exacte convenit praeter alas, quae calyce longiores dicuntur, in nostra planta vero tubum calycis tantum superant.

9. *O. vaginalis* (C. A. Meyer *in Mém. présent. à l'Acad. Imp. de St. Petersb. III.* — Id. *in Bull. de l'Acad. de St. Petersb. II*, p. 36) stipulis (plerisque) concretis, foliis 5—8jugis, foliolis ovatis oblongisve obtusis acutisve subtus cauleque suberecto patenter pilosis, racemis folio longioribus, alis semisagittatis obtusis calyce brevioribus carinaque glabris, leguminibus piloso-villosis spinuloso-denticulatis.

α. vernalis: stipulis maximis.

O. vaginalis. C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 145.

β. aestivalis: stipulis superioribus minoribus.

O. Buxbaumii. M. a Bieb. in Fisch. *Cat. h. gorenk. 1812.* p. 73.
O. radiata. M. a Bieb. *Cent. pl. ross.* t. 55 (excl. synon. Desfont.). — Dec. *Prodr. II*, p. 347 (excl. synon. Willd., Desfont. et Desv.). — Eichw. *casp. cauc.* p. 27.
O. radiata *β*. C. A. Meyer l. c. (excl. syn.).
O. Buxbaumiana. Eichw. *casp. cauc.* p. 23.
Hedysarum radiatum. M. a Bieb. *Fl. t. c. III*, p. 483 (excl. syn. Tournef. et Desfont.).
Hedysarum Buxbaumianum. (M. a Bieb.) Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1181 (quoad pl. caucasicam).
Hedysarum circinnatum. Hoffm. *h. mosq* p. a. 1808, Nr. 1537 (non Willd.).
Hedysarum Buxbaumii. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 179 (excl. syn. Buxbaum. ?).
Hedysarum species elegans floribus striatis. Pall. *It. III*, p. 591.

Hab. in provinciis caucasicis [in promontorio Caucasi occidentalis inque m. Beschtau (C. A. Meyer), ad fl. Terek pr. Mosdok (Pall.), in Iberia! (M. a Bieb, Eichw.), Mingrelia, Kachetia! et Somchetia (Eichw.) pr. Baku! (C. A. Meyer) in Armenia (Koch *in litt.*)], in litt. orientali m. caspii! (Karelin *pl. exs.*). ♃.

Species O. Pallasii proxima, satis tamen ab illa distincta foliolis subtus pilis rarioribus patentibus hirtis (in illa pilis incumbentibus sericeo-incanis), nec non leguminibus villis longis tectis (in O. Pallasii pube brevissima subincanis); ab O. circinnata nostra species differt stipulis majoribus concretis, alis obtusis et praesertim lomentis villosissimis; ab O. Hohenackeriana haud aegre dignoscitur foliolorum forma, stipulis aliisque notis (C. A. Meyer *in Mém. pr. l. c.*).

10. *O. Pallasii* (M. a Bieb. *Cent. pl. ross.* t. 35) stipulis distinctis, foliis 4—7jugis, foliolis ovatis acutis subtus pilis adpressis sericeo-incanis, caule erecto patenter piloso, racemis folio multo longioribus, alis semisagittatis obtusis calyce brevioribus carinaque glabris, leguminibus pube brevi canescentibus margine subdenticulatis.

O. Pallasii. Dec. *Prodr. II*, p. 347 (excl. syn. Buxbaum. et Desv.?). — C. A. Meyer l. l. c. c.
Hedysarum Pallasii. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1214. — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 178; *III*, p. 483.
Hedysarum Buxbaumianum. Pall. (*Ind. Taur.*) *in nov. Acad. petropol. X*, p. 316. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1181 (quoad pl. tauricam).

Hab. in Tauriae collibus cretaceis! (Pall., M. a Bieb.). ♃.

Species foliolis subtus pilis adpressis sericeo-incanis ab affinibus distincta; praeterea differt ab O. vaginali et Hohenackeriana leguminibus pube minutissima canescentibus (non piloso-villosis); ab O. circinata alis obtusis et leguminibus inermibus (C. A. Meyer l. c.).

11. *O. circinata* (Desv. *Journ. bot. 1814*, *I*, p. 81) stipulis (plerisque) distinctis, foliis 5—10jugis, foliolis oblongis orbiculatisve obtusis v. acutiusculis mucronulatis subtus cauleque erecto patenter pilosis (subglabris), racemis folio longioribus, alis semisagittatis acutis calyce brevioribus carinaque glabris, leguminibus pube minuta canescentibus margine spinuloso-dentatis.

O. circinata. C. A. Meyer l. l. c. c. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 111.
O. Buxbaumiana. Hohenack. *Enum. Elisabethpol* p. 247.
O. Michauxii. Dec. *Prodr. II*, p. 347? (ex C. A. Meyer).
Hedysarum circinatum. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1213 (excl. syn. Buxb.).
Hedysarum radiatum. Desv. *in Annal. du Mus. d'hist. nat. XII*, p. 112, t. 13.

Hab. in **provinciis caucasicis** [in collibus lapidosis territorii Elisabethpol et provinciae Karabagh (Hohenack.), Armenia (Desf.)]. ♃.

Differt ab O. Pallasii statura graciliori, foliolis subtus pilis raris patulis adspersis et alis acutis; ab O. vaginali dignoscitur stipulis minoribus liberis, alis acutis et leguminibus non pilis longis villosis; leguminis indumento, nec non foliolorum alarumque forma ab O. Hohenackeriana satis distincta.

12. *O. Hohenackeriana* (C. A. Meyer l. l. c. c.) stipulis distinctis foliis 5—7jugis, foliolis (plerisque) oblongo-lanceolatis acutis subtus cauleque erecto patenter pilosis, racemis folio multo longioribus, alis semisagittatis obtusis calyce brevioribus carinaque glabris, leguminibus pilis elongatis villosissimis margine setoso-spinosis.

O. Hohenackeriana. C. A. Meyer *in Ind. III. sem. h. petropol.* p. 41. — Hohenacker *Enum. Talüsch.* p. 112.
O. radiata *γ*. C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 145.
O. major fructu alato. Buxb. *Cent. II*, p. 41, t. 42?

Hab. in siccis lapidosis mont. Talüsch, praesertim in tr. Suwant, rarius (Hohenacker). ♃.

Proxima O. vaginali, sed distincta stipulis parvis liberis, foliolis angustis et leguminibus margine dentibus elongatis armatis; ab O. circinata dignoscitur alarum foliolorumque forma et leguminis indumento; simillima etiam O. ptolemaicae Dec., sed in nostra legumina spinulis longis armata, in illa brevissime denticulata, in nostra alae rectae semisagittatae, in illa securiformes (C. A. Meyer l. l. c. c.).

13. *O. pulchella* (Schrenk *Enum. pl. nov.* p. 87) stipulis concretis, foliis 3—4jugis, foliolis linearibus acutis subtus cauleque erecto basi patenter pilosis, racemis folio longioribus, leguminibus puberulis inermibus margine hyalino crenulato cinctis.

Hab. in **Sibiria altaica** [in promontorio montium Labassy, locis declivibus aridis (Schrenk). ⊙.

Species distinctissima. Caulis subpedalis, ima basi pilosus, caeterum glaber. Foliola 7 lin. longa, lineam vix lata. Racemi fructiferi elongati. Bracteola brevis ad basin pedicellorum. Flores parvi. Calyx quinquedentatus: dentibus setaceis, tubo longioribus, in fructu deciduis. Legumen obovatum, pube minuta incumbente adspersum, in utroque disco lacunosum atque nervis crassis prominentibus rugosum, inerme, margine hyalino crenulato nervis viridibus notato cinctum, qua nota nostra planta ab omnibus speciebus hujus generis adhuc descriptis longe differt. Semen solitarium, majusculum (Schrenk l. c.).

Sect. III. *Dendrobrychis.* Dec. l. c.

Legumen laeve, inerme, ecristatum. — Caules frutescentes.

14. *O. cornuta* (Desv. *Journ. bot. 1814*, *I*, p. 81) caule erecto fruticoso ramosissimo, foliolis oblongis (versus basin saepius angustioribus) pilosis subsericeis, pedunculis paucifloris demum spinescentibus divaricatis, alis calyce longioribus, vexillo glabro, leguminibus pilosiusculis.

O. cornuta. Dec. *Prodr. II*, p. 347. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 146. — Hohenacker. *Enum. Talüsch.* p. 112.

Hedysarum cornutum. L. Sp. 1060. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1189 (excl. pl. Pallasiana). — M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 181.

Hab. in provinciis caucasicis [in subalpinis Caucasi orientalis! (M. a Bieb.), in siccis lapidosis tr. Suwant provinc. Talüsch!, alt. 670—1100 hexap. (C. A. Meyer, Hohenack.), Armenia (Szovits ex C. A. Meyer)]. ♄.

Vexillum in nostra planta ita ut (teste am. Meyer) in armeniaca a cl. Szovits lecta glabrum, in orientali a Tournefortio descripta villosum. Foliola etiam in icone Tournefortiana longe breviora et latiora. — An species diversae?

Quid?: *Hedysarum cornutum.* Pall. *It. I*, p. 442. — In deserto Kirghisorum non procul ab ostiis fl. Ural (Pall.).

" *saxatile.* Pall. *It. II*, p. 107. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1180. — In Sibiria uralensi ad fl. Samara, Ui, Ural super. (Pall.).

247. Lespedeza. Michaux.

Fl. bor. am. II, p. 70. t. 39. 40. — Dec. *Prodr. II*, p. 348. — Meisn. *gen.* p. 91. — *Comment.* p. 65. — Endlicher *gen.* p. 1286.

Calyx basi bibracteolatus, 5partitus: laciniis subaequalibus. Corolla vexillo obovato; carina transversim obtusa. Stamina diadelpha. Legumen lenticulare, compresso-planum, inerme, indehiscens, monospermum.

1. *L. juncea* (Pers. *Syn. II*, p. 318) erecta, foliis breviter petiolatis, foliolis oblongis mucronatis utrinque (supra parcius) adpresse pilosis, racemis subumbellatis axillaribus subsessilibus, leguminibus laevibus adpresse pilosis calycem aequantibus.

L. juncea. Dec. *Prodr. II*, p. 348. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 370.

Hedysarum junceum. L. Sp. p. 1053. — Linn. *fil. Dec. I*, t. 4. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1179.

Hedysarum triphyllum flosculis albis, polyanthos, silicula laevi. Amman. *ruth.* p. 116, Nr. 154.

Hedysarum foliis ternatis oblongis acuminatis, floribus sparsis. Gmel. *Fl. sib. IV*, p. 31, Nr. 39.

Trifolium cytisoides. Pall. *It. III*, p. 266.

Trifolium hedysaroides. Pall. *It. III*, app. p. 751, Nr. 124, t. D, d, f. 3 et A. — Dec. *Prodr. II*, p. 204. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III.* 4. p. 1194.

Cytisus saxatilis, Meliloti folio ad caulem adpresso, floribus in foliorum alis, pluribus confertim, exiguis, albidis. Messerschm. in Amman. *ruth.* p. 203, Nr. 281.

Hab. in Sibiria transbaikalensi et Davuria! (Messerschm. ex Amman., Pall., Turcz.). ♄.

2. *L. trichocarpa* (Pers. *Syn. II*, p. 318) erecta, foliis superioribus breviter petiolatis, foliolis ellipticis mucronatis subtus adpresse pilosis supra demum glabriusculis reticulato-venosis: venis utrinque eximie conspicuis, racemis subumbellatis axillaribus subsessilibus, calycibus corolla paulo brevioribus legumine elliptico-orbiculato laevi adpresse piloso duplo fere longioribus.

L. trichocarpa. Dec. *Prodr. II*, p. 349. — Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 371.

Hedysarum trichocarpum. Willd. *Spec. pl. III*, p. 1194.

Trifolium davuricum. Laxm. *in nov. Comment. Acad. petropol. XV*, p. 560, t. 30, f. 5. — Pall. *It. III*, p. 321. — Georgi *Beschreib. d. Russ. R. III*, 4. p. 1194.

Hab. in Sibiria transbaikalensi! et Davuria! (Laxm., Turcz.). ♄.

3. *L. bicolor* (Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. 1840*, p. 69) petiolis elongatis, foliolis ellipticis obtusis mucronatis subtus puberulis, racemis axillaribus folio longioribus, calycis pubescentis corolla triplo brevioris dentibus obtusis tubum aequantibus, leguminibus . . . . .

Hab. ad fl. Amur (Turcz.). ♄?

Flores in genere magni. Carina rosea, alae et vexillum violaceae. Legumen ignotum (Turcz. l. c.).

Subtribus III. Alhageae. Dec. *Prodr. II, p. 352.*

Flores racemosi v. spicati. Legumina teretiuscula.

248. Alhagi. Tournef.

Desv. *Journ. bot. III*, p. 120, t. 4, f. 4. — Dec. *Prodr. II*, p. 352. — Meisn. *gen.* p. 90. — *Comment.* p. 64. — Endlicher *gen.* p. 1287. — (Manna) Don *Prodr. Fl. nepal.* p. 246.

1. *A. camelorum* (Fisch. *Ind. h. gorenk. 1812*, p. 72) foliis glabris oblongis spinas aequantibus illisve brevioribus, dentibus calycinis (saepissime) obsoletis, ovariis glaberrimis.

A. camelorum. Dec. *Prodr. II*, p. 352. — C. A. Meyer *Ind. cauc.* p. 146. — Eichw. *casp. cauc.* p. 3. 6. — Hohenack. *Enum. Elisabethpol.* p. 251. — Claus *Ind. des. in* Göbel *It. II*, p. 268. — Hohenack. *Enum. Talüsch.* p. 112. — Fisch. et Meyer in Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 84 in nota.

Alhagi Pseudalhagi. Desv. l. c.

Hedysarum Alhagi. Pall. *It. I*, p. 376. 380; *III*, p. 537. 556. — S. G. Gmel. *It. II*, p. 41. 197, t. 29; *IV*, p. 8. 12. 44. — Lepech. *It. I*, p. 270. — Falk *Beitr. II*, p. 227. — Georgi *Beschr. d. Russ. R. III*, 4. p. 1178.

Hedysarum Pseudalhagi. M. a Bieb. *Fl. t. c. II*, p. 174; *III*, p. 491.

Manna caspica. Don. *Fl. nepal.* p. 247.

Hab. in Rossia australi orientali [a Tanai fl. ad Ural fl. usque (Falk), in deserto caspio! (Pall., S. G. Gmel., Lepech, Falk, Eichw., Claus)], ad lacum Indersk (Pall., Falk)] et provinciis caucasicis [Iberia meridionali (M. a Bieb.), provinc. Schirwan et Karabagh (Hohenack.), in campis siccis versus m. caspium! (M. a Bieb., C. A. Meyer) pr. Kisilagatsch (Hohenack.), insula Swätoi m. caspii (S. G. Gmel.)], in litt. orientali m. caspii! (Karelin). ♃.

Folia infima spinis saepe paulo longiora, media illarum longitudine, superiora spinis breviora. Calyces saepissime apice quasi truncati atque edentuli, interdum, praesertim in florifera planta, dentibus brevibus instructi (Fisch. et Meyer l. c.).

2. *A. Kirghisorum* (Schrenk *Enum. pl. nov.* p. 84) foliis glabris obovatis spinas superantibus, calycibus quinquedentatis, ovariis glaberrimis.

Hab. in Sibiriae altaicae reg. maxime meridionali ad fl. Baskan et Urdschar (Schrenk). ♃.

Tota planta glaberrima, magnitudine et habitu I. thalictroidis, sed huic radix fasciculato-fibrosa et nectaria breviora semiovata stipite minuto filiformi suffulta. — Radix in nostro hinc inde vaginifera, sepala alba, nectaria aurantiaca (K. et K. l. c.).

2. *I. grandiflorum.* — Add. syn.: Turcz. *Flor. baikal. davur.* Nr. 56. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 34. — In

fissuris rupium summarum alpium Alatau ad fl. Lepsa, Baskan, Sarchan et Aksu (K. et K.).

3. *I. fumarioides.* — Add. syn.: Turcz. *Flor. baikal. davur.* Nr. 55.

21. Nigella.

2. *N. foeniculacea.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 246.

3. *N. arvensis.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 246. — In Arm.

3. a. *N. verrucosa* (C. Koch *in Linnaea XV*, p. 246) glaberrima, antheris breviter apiculatis, stylis oblique patentibus ex apice solum revolutis, capsulis ad apicem connatis verrucosis et impresso-punctatis, caule ramoso.

Hab. in Armenia pr. Kulp (C. Koch). ☉.

5. *N. sativa.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 246.

22. Aquilegia.

1. a. *A. Sternbergii?* (Reichenb. *Fl. excurs.* Nr. 4733) calcaribus (valde) uncinatis laminam rotundatam stamina superantem aequantibus, sepalis ovato-acuminatis patentissimis, parastemonibus linearibus truncato-mucronulatis, foliolis semitrifidis rotundato-paucicrenatis.

A. Sternbergii. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 36.

Hab. in montosis sylvaticis m. Alatau (K. et K.). ♃.

Ab icone Reichenbachiana recedit tantum foliis majoribus. — An potius varietas A. vulgaris? (K. et K.)

2. *A. glandulosa.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 34. — Turcz. *Flor. baikal. davur.* Nr. 59.

A. jucunda ex Fisch. et Lallem. sequentibus notis ab A. glandulosa differt: labello rotundato (in A. glandulosa acutato); staminibus incipiente anthesi recto-parallelis (in glandul. divergentibus); fructu ovoideo, basi umbilicato (in gland. turbinato, basi contracto); sepalis ovatis (in gland. oblonge ovalibus); labellis obovato-subrotundis, ochroleucis, toto latere invicem contiguis (in gland. oblonge cuneiformibus, supra acutatis, apice obtusiusculo violaceo-caeruleis aut raro albis, spatio fere ad basin usque ab invicem separatis); antheris anguste ovalibus (in gland. linearibus); pistillis 6—10 (in gland. 8—15); seminibus longitudinaliter sub5carinatis (in gland. minute granulosis 3carinatis). — An species distincta?

3. *A. sibirica.* — Add. syn.: Turcz. *Flor. baikal. davur.* Nr. 57.

5. *A. viridiflora.* — Add. syn.: *Flor. baik. davur.* Nr. 60.

A. flava. Lam. *Encycl. méth. I*, p. 149 excl. syn. (ex Turcz.).

Variat foliis subtus glabris aut plus minusve pubescentibus. Capsulae 3—4 pubescentes. Flores parvi luteo-virescentes (Turcz. l. c.).

6. *A. atropurpurea.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 61.

Specimina in uno eodemque loco lecta variant foliis subtus glabris aut plus minusve pubescentibus, petalis sepala parum superantibus aut aequantibus, stylis breviter aut longius exsertis, ita ut limites inter varietates a cel. Dec. propositas omnino nullas esse credo. Sepala

sordide caerulea apice et ad margines saepe virescentia. Petala atrocaerulea v. atrorubentia. Distinguitur a praecedente praeter colorem florum sepalis obtusis et calcaribus brevioribus (Turcz l. c.).

7. a. *A. lactiflora* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 35) pubescens, calcaribus rectis aut apice tantum incurvis lamina rotundata fere duplo longioribus, stylis stamina vix excedentibus, sepalis lanceolatis stamina stylosque superantibus, ovariis 5 villosis.

Hab in rupestribus umbrosis m. Tarbagatai ad torrentes Dschanybek et Tereckty (K. et K.) ♃.

Ab A. leptocerate distinguitur herba tota floribusque pubescentibus, floribus lacteis, sepalis lanceolatis, petalorum lamina rotundata et ovariis villosis; ab A. viridiflora et atropurpurea jam sepalis laminam petalorum excedentibus; a reliquis speciebus calcaribus gracilibus elongatis aliisque notis (K. et K. l. c.).

8. *A. leptoceras.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 58.

Accedit foliis et calcaribus ad A. canadensem, sed sepalis dilatatis stamina stylosque excedentibus, ovariis glaberrimis aliisque notis satis diversa; ab A. sibirica haud aegre dignoscitur calcaribus rectis interdum obliquis, sed nunquam hamatis, capsulis apice divergentibus, foliis in lacinias angustiores sectis etc., ab A. parviflora petalorum lamina plana (in A. parviflora cucullata), praeter alias notas, diversissima. Flores magnitudine et forma A. vulgari (si calcaria elongata recta praetermittis) similis, pulchre caerulei, petalorum lamina apice flavescens (Fisch. et Meyer l. c.).

9. *A. parviflora.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 62.

Variat foliorum pagina inferiore glabra aut pubescente.

23. Delphinium.

1. *D. camptocarpum.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 247. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 37.

β. soongoricum (K. et K. l. c.) foliorum inferiorum segmentis profunde tripartitis: laciniis elongatis linearibus bilobis integrisve: lobulis omnium in mucronem callosum abeuntibus, sepalis pallide caerulescentibus oblongo-ellipticis ad basin parum angustatis; mediis lateralia latitudine vix excedentibus, ovariis albo-sericeis. — Forsan propria species, sed fructus nobis ignoti.

Hab. in arenosis des. soongoro-kirghisici ad fl. Lepsa (K. et K.). ⊙.

2. *D. Ajacis.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 247.

4. *D. divaricatum.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 247.

7. *D. grandiflorum.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 63. — D. pubiflorum. Turcz. *pl. exs. 1829* (ex ipso).

8. *D. cheilanthum.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 64.

α. segmentis foliorum oblongo-rhombeis subtus glaucis, sinu baseos angulum obtusum formante, petalis inferioribus (plerumque) integris.

β. segmentis foliorum rhombeis subtus vix pallidioribus, sinu baseos angulum acutum formante, vel clauso, petalis inferioribus (plerumque) bifidis.

D. sylvaticum. Turcz. *pl. exs. 1832* (ex ipso).

8. a. *D. parviflorum* (Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 65) glabrum caule erecto subsimplici, foliis palmatim 5partitis: laciniis rhombeis

trifidis inciso-dentatis, petalis inferioribus dilatatis suborbiculatis integerrimis sepala adaequantibus, calcare sepalis longiore, capsulis (junioribus) pubescentibus.

Hab. in Sibiria baikalensi ad fl. Bargusin in lapidosis sylvaticis subalpinis (Turcz.). ♃.

Folia fere omnia conformia, utrinque concolora aut subtus vix glaucescentia. Flores duplo minores, quam in praecedente, cujus forte varietas parviflora.

11. *D. hybridum*. α. a. — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 247. — γ. D. hybridum. β. albiflorum C. Koch l. c. — δ. D. hybridum floribus ochroleucis. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 38. — In pratensibus m. Alatau.

13. a. *D. dasyanthum* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 42) petiolis basi vaginatis, foliis circumscriptione subrotundis basi cordatis paulo ultra medium trilobis: lobis bifidis incisis, bracteolis in apice pedicellorum binis lineari-oblongis, sepalis undique hirsutis, petalis discoloribus (atris) medio barbatis.

Hab. in lapidosis summarum-alpium Alatau ad fl. Sarchan et Baskan (K. et K.). ♃.

Caulis sesquipedalis, parte inferiore lapidum fragminibus obruta, plus minus pubescens, basi interdum glaber. Folia illis Geranii eriostemonis sat similia, marginibus et ad nervos puberula, caeterum glabra. Pedicelli cum bracteolis dense pubescentes. Bracteolae flori plus minus approximatae. Sepala intense caerulea, majuscula, ad nervos praesertim villis prostratis sat dense vestita. Calcar apice incurvum, crassum, sepalis plerumque brevius. — Ab affinibus floribus majoribus, sepalis hirsutis, calcaribus brevioribus, nec non foliorum conformatione bene distincta species (K. et K. l. c.).

17. *D. laxiflorum* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 37. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 41? — In sylvaticis pr. Semipalatinsk inque pratensibus m. Alatau ad fl. Baskan.

Planta nostra ambigit inter D. laxiflorum et dictyocarpum; cum priore convenit sepalis petala duplo superantibus; cum posteriore carpellis glaberrimis, margine tantum hinc inde pilos raros ferentibus. An hae duae species in unam conjungendae? — A D. intermedio et palmatifido petalis cum sepalis concoloribus caeruleis statim dignoscitur (K. et K. *En. pl. Soong.* l. c.).

19. *D. elatum*. α. — Add. syn.: D. intermedium. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 36. — D. intermedium fol. glabris. Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 39 et var.? (foliis cum petiolis patenter pilosis, calycibus ciliatis). Ibid. Nr. 40. — In sylvaticis et pratensibus subalpinis m. Tarbagatai et Alatau.

β. a. — D. elatum. Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 66 β.

„ b. — Turcz. l. c. α.

„ c. — D. flexuosum. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 247.

Varietatibus adde: (D. elatum L.) ε armenum (C. Koch l. c.), 6—8pedale. Racemi saepe bipedales. Bracteae glaberrimae.

Sepala ex parte ciliata. — D. specioso M. a Bieb., varietati δ. D. elati L., simile sed diversum (C. Koch).

21. *D. triste.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 67. Inter spec. ignot. del. D. parviflorum.

24. Aconitum.

1. *A. Anthora.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 38. — A. anthoroideum. Ibid. Nr. 39.

2. *A. Lycoctonum.* α. a. — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 68. α.
   » »* — » » A. excelsum. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 43. c. var. fl. pallide roseis. — In m. Alatau.
   α. b. — » » A. Vulparia. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 43.
   β. b. — » » A. pallidum? Kar. et Kir. *Enum. pl. Soong.* Nr. 44. — In m. Alatau.

3. *A. barbatum.* α. — Add. syn.: A. barbatum. Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 69.
   β. — » » A. Gmelini. Turcz. l. c. Nr. 70.

5. *A. ranuculoides* jam inter varietates A. Lycoctoni recensetur in Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 68. — An jure?

6. *A. nasutum.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 247.

8. *A. macrorhynchum.* — Add. syn.: A. tenuifolium (Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 75) nectariis inflatis erectis, calcare uncinato, ramis adscendentibus multifloris, floribus congestis, capsulis junioribus convergentibus, seminibus argute triquetris transverse plicatis: plicis dorsalibus alatis membranaceis undulatis, foliis pedatisectis subtus pubescentibus: segmentis pinnatisectis: laciniis linearibus angustissimis margine revolutis integris aut lacinula auctis.

   Caulis, pedunculi, petioli, foliorumque pagina inferior villis patentibus mollibus pubeque brevi adpressa vestiti. Species bene distincta foliorum laciniis angustissimis margine revolutis, praeterea differt ab affinibus nectariis erectis et floribus ad apicem ramorum congestis (Turcz. l. c.).

9. *A. tortuosum.* — Add. syn.: A. tortuosum (Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 74) nectariis inflatis dependentibus, calcare uncinato, ramis adscendentibus uni- (rarius 2-) floris, capsulis junioribus subparallelis, seminibus . . . ., foliis pedatipartitis: partitionibus multipartitis: laciniis linearibus integerrimis v. subincisis.

   Caulis gracilis, interdum apice subvolubilis. Folia inferiora petiolata: petiolis vix longitudine foliorum; superiore subsessilia. Cassidis rostrum rectum, dorso parallelum. Habitus peculiaris ob ramos adscendentes, saepissime unifloros, caulem gracilem atque folia superiora subsessilia. Differt ab A. ambiguo pedunculis in ramis adscendentibus, non erectis, atque nectariis inflatis; a caeteris nectariis dependentibus et habitu (Turcz. l. c.).

10. a. *A. Sczukini* (Turcz. *in Bull. de la Soc. des Natur. de Mosc. 1840*, p. 61) calcare nectarii inflati erecti adunco, cassidis conicae fornicatae rostro acuto porrecto, filamentis glabris, foliis palmatim 5partitis: segmentis rhombeis incisis, caule volubili.

Hab. in Sibiriae orientalis rupestribus ad fl. Lena, circa urbes Kirensk et Jakutzk, nec non in graminosis ad fl. Amur (Turcz.). ♃.

Caulis basi glaber, versus apicem et in pedunculis plus minus pubescens. Folia glabra margine ciliolata. Natura caulis cum A. volubili et A. villoso congruit, sed foliorum forma satis diversum, ab A. Fischeri autem caule volubili, foliis ciliolatis atque casside clausa recedit (Turcz. l. c.).

11. *A. villosum.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 40.

14. *A. Napellus.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 42. — Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 71. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 45. (Medium quasi inter hoc et A. Kusnetzowii, cum priore cassidis forma, cum posteriore nectariis inflatis conveniens.)

A. ambiguum. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 41. — Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 72.

15. *A. Kusnetzowii.* — Add. syn.: A. Kusnetzowii (Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 73) nectariis inflatis erectis v. oblique inclinatis, calcare uncinato, racemis basi ramosis subaequalibus, capsulis junioribus parallelis v. divergentibus, foliis pedatifidis: segmentis oblongo-cuneatis v. cuneato-rhombeis incisis subtrifidis.

Patriae add.: Davuria (Turcz.).

Flores caerulei, unicolores. Cassis erecta. Rostrum rectum. Racemi aequales aut ramis inferioribus magis productis, subpyramidatis. Ad varietates A. variegati in Synopsi flor. germ. a cl. Koch enumeratas valde accedit et forte illis adnumerandum, recedit racemis demum non paniculatis, rostro recto, aliisque notis levioribus (Turcz. l. c.).

16. a. *A. rotundifolium* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 46) casside naviculari, nectarii calcare truncato ovato labium excedente, foliis cordatis orbiculatis ultra medium 7lobis: lobis multifidis incisis: laciniis obtusiusculis puncto calloso terminatis, caule multifloro.

Hab. in alpinis et subalpinis lapidosis Alatau ad fl. Sarchan (K. et K.). ♃.

Radix grumosa, plerumque e caruncúlis duabus constans. Folia fere Geranii rotundifolii. Flores caeruleo-lilacini. Filamenta glabra. Ovaria juniora pilosa. Fructus ignoti. — Species in genere tam confuso satis videtur distincta, cassidis forma ad A. semigaleatum Pall. accedens. Calcaria fere A. biflori Fisch. at crassiora, a caeteris speciebus hujus generis magis discrepantia (K. et K. l. c.).

25. Actaea.

1. *A. spicata.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 45. β. erythrocarpa. — Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 76. α. et β.

26. Actinospora.

1. *A. davurica.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 77.

Loco „Acta paeterosperma" lege: Actaea pterosperma.

Herba perennis. Caulis 3—4pedalis basi glaber aut vix ad genicula puberulus, apice ramosus, paniculatus, pube molli obtectus. Folia 2—3ternatim secta, glabra v. ad nervos paginae inferioris interdum pilis raris et sparsis vestita. Segmenta lateralia inaequilatera inciso-dentata; terminalia confluentia. Paniculae inferiores axillares, remotae; superiores bracteis setaceis stipatae, magis approximatae; omnes alternae, e racemis alternis compositae. Flores dioici v. polygami, magnitudine Cimicifugae foetidae. Sepala oblongo-obovata, basi plerumque attenuata, sordide alba, decidua. Filamenta sterilia fusca, per paria ultra medium connata, singula anthera sterili orbiculari candida terminata; fertilia cum antheris exsertis alba. Ovaria 3 – 8; juniora pubescentia; maturantia calvescunt. Capsulae omnino glabrae, intus dehiscentes, gibbosae, stipitatae, circiter 4spermae. Semina ovato-oblonga, rugulosa, ala membranacea fimbriato-lacera appendicibus squamarum Jaceae satis simili cincta. — Planta florifera odorem laevem non ingratum spargit; fructifera instar Cimicifugae foetet (Turcz. l. c.).

27. Cimicifuga.

1. *C. foetida α.* — Add. syn.: C. foetida. Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 78. Racemi paniculati, aequales. Ovaria 2—3, sericeo-villosa capsulaeque (fere glabrae) stipite multoties longiores.

1. *C. foetida β.* — Add. syn.: C. simplex. Turcz. l. c. Nr. 79. Racemi solitarii elongati aut subpaniculati; terminali caeteris multo longiore. Ovario 2—5 (plerumque 4) sericeo-villosa, stipitem aequantia. Capsulae subglabrae, stipite vix duplo longiores. — Odor plantae florentis non ingratus; fructiferae minus foetidus, quam in *α*.

27. a. Trautvetteria. Fisch. et Meyer.

Ind. I. sem. h. petropol. (1835) p. 22. — Meisn. *gen.* p. 1. — *Comment.* p. 2. Endlicher *gen.* p. 850.

Calyx petaloideus, regularis, 4—5sepalus. Corolla nulla. Stamina numerosa, omnia fertilia. Carpella numerosa, sessilia, sicca, indehiscentia. Semen unicum, erectum.

1. *T. palmata.* F. et M. l. c. — Torrey et Gray. *Fl. bor. am. I*, p. 37. 662.

Actaea palmata. Dec. *Prodr. I.* p. 64. — Hook. *Fl. bor. am. I*, p. 26.
Cimicifuga palmata. Michaux. *Fl. bor. am. I*, p. 316.
Thalictrum ranunculinum. Mühlenb. fide specim. in herb. Willd. (ex Torr. et Gray).
Thalictrum vitifolium. Schlechtend. *in herb. reg. berol.*

Hab. in insula Kodiak! (Pall. *in herb. reg. berol.*). ♃.

Specimen in herb. supra indicato asservatum medium tenet inter T. palmatam et grandem Nuttal (Cimicifugam palmatam Hook.), utramque in unam speciem conjungens. Folia membranacea, reticulata; panicula fastigiata, parum ramosa, 7flora.

28. Paeonia.

1. a. *P. officinalis* (L. Sp. 747 var. α) capsulis villoso-tomentosis; maturis erecto-patulis apice recurvatis, foliis biternatim v. ternato-bipinnatim sectis: segmentis oblongis lanceolatisve supra nitidis subtus pallidis glaucescentibusve; terminalibus semitrifidis; lateralibus integris.

P. officinalis. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 246.

Hab. in Armenia (C. Koch). ♃.

5. *P. intermedia.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 44. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 47. — In rupestribus m. Aktschavly, Tarbagatai et Alatau.

6. *P. anomala.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 80.

7. *P. albiflora.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 81.

29. Menispermum.

1. *M. davuricum.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 82.

30. Berberis.

1. *B. vulgaris.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250. — Excl. syn. „Falk. *Beiträge*“ et patria „des. soongoro-kirghisicum.“

1. a. *B. heteropoda* (Schrenk. *Enum. pl. novar.* p. 102) ramis floriferis purpureis, spinis simplicibus tripartitisve, foliis obovatis obtusis basi cuneatis subintegerrimis, pedunculis unifloris racemisque 3—4-floris in foliorum axillis folio subbrevioribus, petalis integerrimis, baccis subglobosis oblongisve.

B. heteropoda. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 48. — Walpers *Repert.* p. 101.

B. sphaerocarpa. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 46. — Walpers *Repert. I*, p. 101.

B. vulgaris. Falk. *Beitr. II*, p. 163.

Hab. circa m. Tarbagatai (Karel. et Kiril.) inque m. Alatau! (Schrenk, Kar. et Kir.). ♄.

Species ab affinibus bene distincta racemis geminis v. saepissime racemo subsessili paucifloro pedunculoque elongato unifloro (racemo depauperato) in foliorum axillis sitis.

Rami floriferi purpurascentes. Spinae validae, simplices v. 3partitae. Folia saepissime late obovata, apice rotundata mucroneque minuto apiculata, basi cuneata et in petiolum brevem attenuata: majora 2 poll. (cum petiolo) longa, 14 lin. lata; alia minora aliaque ad apicem ramorum floriferorum oblonga, 14 lin. longa, 6 lin. circiter lata; omnia viridia v. glaucescentia, integerrima v. obsolete denticulata v. (rarissime) crebro serrata: serraturis mucronatis. Racemi fructiferi (pedunculique simplices uniflori) cernui, folio non v. vix longiores, pauciflori, subsessiles, rachide abbreviata, pedicellis elongatis apice incrassatis. Bractea parva, lanceolata, acuminata ad basin pedicellorum. Flores magnitudine B. vulgaris. Fructus acidi, atropurpurei, subglaucescentes, subglobosi v. oblongi, stigmate magno subsessili terminati (Schrenk l. c.).

3. *B. sibirica.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 47. — Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 83.

32. Leontice.

1. *L. vesicaria.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 49. — In des. soongoro-kirghisico prope lacus salsos „Kly" dictos inter fl. Ajagus et Lepsa.

2. *L. altaica.* — Add. syn.: C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 8. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 48. — In m. Dolen-Kara (M. et B.) et Tarbagatai, praesertim ad torrentem Tscheharak-Assu (K. et K.).

35. Nymphaea.

1. *N. alba.* — Add. syn.: Kar. et Kir. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 49. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 50. — In fl. Irtysch pr. Krasnye Jarki inque lacubus des. soongoro-kirghisici pr. fl. Lepsa. — Excl. syn. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 87 et patria „Irkutzk".

1. a. *N. Basniniana* (Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 84) foliis subrotundo-ellipticis profunde cordatis: lobis baseos ob sinum rectilineum oblique ovatis, ovario usque ad apicem staminibus obsesso, stigmate 9radiato: radiis inflexis.

N. alba. Turcz. *Cat. Baikal.* Nr. 87.

Hab. in Sibiriae baikalensis lacubus frequens! (Turcz.). ♃.

Folia ut in N. alba, sed non perfecte rotunda, flores majores et praecipue stigmata 9 distinctionem ab illa suadent (Turcz. l. c.).

Media inter antecedentem et subsequentem, foliorum forma illi, stigmate 9-radiato huic magis affinis. Flores in speciminibus a me visis, quae benevolentiae cl. auctoris debeo, minores quam in speciminibus grandifloris N. albae. — Ulterius observanda.

4. *N. pygmaea.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 85.

5. *N. punctata* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 50) foliis cordato-orbiculatis v. cordato-ellipticis repandis subdenticulatis supra impresse punctatis glabris: lobis baseos confluentibus, petiolis laevibus nigro-punctatis, ovario usque ad apicem staminibus obsesso, stigmate 6-radiato.

Hab. in fl. Irtysch pr. Krasnye Jarki (K. et. K.). ♃.

Flos magnitudine N. pygmaeae. Petala alba.

36. Nuphar.

1. *N. luteum.* — Add. syn.: Kar. et Kir. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 51. — Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 86.

2. *N. intermedium.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 87.

3. *N. pumilum.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 88.

38. Papaver.

1. *P. alpinum.* — Add. syn.: P. nudicaule. Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 89.

1. *P. alpinum α.* — Add. syn.: P. nudicaule. Kar. et Kir. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 52. — In m. Tarbagatai ad torrentem Tschebarak-Assu.

» » *γ.* — Add. syn.: P. nudicaule flor. croceis. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 51. — In m. Alatau.

2. *P. hybridum.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soong.* Nr. 52. — In Somchetia tractu Bortschalo (C. Koch); in arenosis deserti soongoro-kirghisici ad fl. Lepsa (K. et K.).

7. *P. commutatum.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250, c. var. minima, 2—3-pollicari.

8. *P. dubium β. subglabrum.* — Add. syn.: P. dubium β. laevigatum. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250. — Capsula (ex cl. Koch) brevior, subovata nec oblonga. — In Ossetia et Radscha.

38. Chelidonium.

1. *C. majus.* — Add. syn.: C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 9. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 53. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250. — Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 90. α. et β. — Ad lacum Noor-Saisan (M. et B.) et circa m. Tarbagatai hinc inde (K. et K.).

39. Roemeria.

1. *R. hybrida.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250.

40. Glaucium.

1. *G. luteum.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250.

1. a. *G. squamigerum* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 53) foliis radicalibus petiolatis lyrato-pinnatifidis; caulinis sessilibus paucis minutis plerumque trifidis, capsulis squamis basi dilatatis obtectis, septis fenestratis.

Hab. in rupestribus et glareosis m. Alatau ad fl. Baskau, Sarchan et Aksu (Kar. et Kir.). ♃?

Herba glabra, magnitudine G. lutei et corniculati. Foliorum lobi mucrone cartilagineo terminati. Flores aurei, duplo fere quam in supra commemoratis minores. Capsulae et in speciminibus junioribus pedunculi, imo caules et folia squamis longiusculis albis basi dilatatis, primo mollibus, dein (in capsulis maturis) spinescentibus obtectae. Capsulae maturae a basi ad apicem dehiscunt. Semina reniformia, punctato-muriculata, G. lutei. — Species tam habitu quam characteribus a congeneribus distinctissima (K. et K. l. c.).

2. *G. corniculatum δ. tricolor.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250.

41. Chiazospermum.

1. *C. erectum* (*Bernhardi*) petalis exterioribus subtrilobis, capsulis erectis.

C. erectum. Turcz. *Fl. baikal. dacur.* Nr. 91.

Hypecoum erectum. C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 10. — Ad lacum Noor-Saisan.

2. *C. lactiflorum* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 55) petalis exterioribus trapeziformibus integris, capsulis erectis.

Hab. in des. soongoro-kirghisici collibus sabulosis pr. Arganaty (K. et K.). ☉.

Habitus et characteres fere C. erecti. Flores majusculi, minores tamen quam in illo. Petala lactea, intus striis longitudinalibus violaceis picta; exteriora trapeziformia, integra; interiora profunde divisa, antheram perfectam bilocularem pollineque impletam in bifurcatura gerentia. Stamina interna per paria sub antheris concreta, basi antherisque libera. Capsulae et semina ut in antecedente (K. et K. l. c.).

42. Hypecoum.

1. *H. caucasicum.* — Add. syn.: H. pendulum. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 250.

2. *H. parviflorum* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 54) capsulis compressis rectis pendulis sub epidermide continua articulatis, petalis exterioribus integris ovalibus; inferioribus trilobis: lobis subaequalibus; medio spathulato margine ciliato-fimbriato.

Hab. in des. soongoro-kirghisici arenosis ad fl. Lepsa (K. et K.). ☉.

Herba magnitudine et habitu antecedentis, flores ejusdem dimensionis. Sepala caduca, albido-membranacea, petalis duplo breviora. Petala lutea, lobus medius interiorum aureus. Epidermis capsulae maturae secedit et jam articulis delapsis persistit. Semina oblonga, compressa (K. et K. l. c.).

44. Corydalis.

Sect. I. *Leonticoides.* Dec. Radix fusiformis. Caulis simplex. Folia caulina duo opposita.

1.* *C. Ledebouriana* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 54. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 56) caule simplicissimo bifolio, foliis biternatim sectis, petiolo medio interdum iterum biternatim secto: segmentis obovato-oblongis, pedunculis floriferis erectis bractea lato-lanceolata brevioribus; fructiferis horizontaliter patentibus bracteam superantibus, calcare recto flore longiore intus processu aucto, capsulis ovalibus utrinque acutis.

Hab. in rupestribus m. Tarbagatai ad torrentem Tschcharak Assu frequens, in umbrosis rupestribus m. Aktschavly inque fruticetis des. soongoro-kirghisici pr. Ajagus (K. et K.). ♃.

Petala exteriora atropurpurea, versus basin pallidiora, calcare roseo; interiora inferne purpurascentia, superne extus albida, intus macula atropurpurea notata. Semina juniora membranaceo-alata; matura compressiuscula, nitida, atra, carunculata: caruncula majuscula, concava, basin seminis cingente.

Sect. II. *Corydalidium.* C. Koch *in Linnaea XV*, p. 252. Radix tuberosa. Caulis simplex. Folia duo opposita.

1.** *C. alpina.* C. Koch l. c. — Sola adhuc hujus sectionis.

Sect. I. *Capnites* mutetur in Sect. III.

1. *C. pauciflora.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 92. — Petala exteriora in altaica planta purpureo-violacea; in baikalensi caerulea. Individua in Sibiria orientali ad viam ochotensem lecta florum colore cum baikalensibus conveniunt, foliorum lobis oblongis subdivergentibus pedicellisque longiusculis bracteas fere superantibus parum differunt (Turcz. l. c.).

4. *C. longiflora.* — Add. syn: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 57. — In des. soongoro-kirghisico inter Semipalatinsk et Ajagus.

5. *C. Marschalliana.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 251.

10. *C. solida.* — Add. syn.: C. bulbosa. Fisch. et Meyer. *Ind. VIII. sem. h. petropol.* p. 6. — Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 93.

11. *C. angustifolia.* — Add. syn.: Fisch. et Meyer. *Ind. VIII. sem. h. petropol.* p. 5. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 251.

15. *C. bracteata.* — Add. syn.: Fischer et Meyer. *Ind. VIII. sem. h. petropol.* p. 5.

16. *C. nobilis.* — Add. syn.: C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 11. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 55. — Ad lacum Noor-Saisan (Meyer et Bongard), in mont. Aktschavly et Tarbagatai (K. et K.).

Capnogorium nobile. Bernh. *Ind. sem. h. erfurt.* 1841. ex Endlicher *gen. suppl. II*, p. 107.

Sect. II. *Capnoides.* mutetur in Sect. IV.

17. *C. paeoniaefolia.* — Add. syn.: Turcz. *Fl. baik. davur.* Nr. 94. — Planta davurica ob ochotensi discrepat bracteis latioribus lanceolatis utrinque acuminatis nec oblongo-linearibus, floribus et praesertim calcaribus minoribus. Planta fragilissima. Flores carnei, cum pedicellis articulati, unde valde caduci et fructus raro maturant (Turcz. l. c.).

18. a. *C. Gortschakowii* (Schrenk. *Enum. pl. nov.* p. 100) perennis, radice cylindracea, caule erecto simplicissimo toto folioso, foliis bipinnatisectis: segmentis pinnatifidis: laciniis oblongis sublinearibusve acutiusculis, racemo elongato, bracteis herbaceis linearibus acuminatis pedicello longioribus; inferioribus subbipinnatifidis, sepalis palaribus suborbiculatis incisis, calcare petala obtusa aequante, capsulis (immaturis) ellipticis.

C. Gortschakowii. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 59.

Hab. in alpinis et subalpinis Dschillkaragai et Alatau! ad fl. Baskan (Schrenk), Lepsa et Sarchan (Kar. et Kir.). ♃.

Radix lignosa, crassitie pennae columbinae, horizontalis v. obliqua, radiculis fibrosis aucta, caeterum simplex et certe perennis. Caulis solitarius, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ ped. altus, erectus, simplicissimus, racemo elongato multifloro terminatus et interdum racemo uno alterove laterali brevi auctus. Folia vix glaucescentia; radicalia petiolo longo instructa et squamis paucis membranaceis brevibus fulta, pinnatisecta: segmentis

utrinque 4, distantibus, breviter petiolulatis v. subsessilibus iterum pinnatisectis: segmentulis basi decurrentibus; inferioribus 3—5fidis; superioribus indivisis: laciniis aliis anguste oblongis, aliis (in diversis foliis) lineari-lanceolatis v. sublinearibus. Folia caulina sensim minora; summa bracteis inferioribus similia. Flores primo erecti, dein horizontales, postea reflexi. Sepala parva, hyalina, basi adnata, nunquam deorsum auriculata. Calcar gracile, rectum v. apice gibbum, sed haud incrassatum.

Species insignis floribus aureis majusculis (ad 9 lin. longis), a speciebus nobis notis bene distincta. Differt a C. stricta caule simplicissimo, foliis mollibus, laciniis acutiusculis, bracteis herbaceis inferioribus subbipinnatifidis, sepalis minutis basi non deorsum auriculatis, calcare elongata; a C. sibirica et impatiente caule simplicissimo, floribus majusculis et praeterea a priore lamina petali calcarati obtusissima (in illa acuminata) et capsulis ellipticis, a posteriore calcare graciliore limbum aequante (in C. impatiente duplo breviore) aliisque notis; a C. nobili haud aegre distinguitur caule toto folioso (in illa a basi ad mediam partem nudo), racemo elongato, bracteis superioribus indivisis longe acutatis (in illa obtusis), sepalis parvis non caudatis neque peltatis v. deorsum auriculatis, calcare graciliore apice haud incrassato. Proxima C. Govanianae Wall., sed ut videtur satis diversa (Schrenk l. c.).

Capsulae maturae nutantes, oblongo-ellipticae, stylo longo terminatae; valvae elastice dissilientes (K. et K. l. c.).

19. *C. sibirica*. — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 96. — Variat floribus albis et aureis (Turcz. l. c.).

20. *C. impatiens*. — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 97. — Flores semper aurei (Turcz. l. c.).

21. *C. capnoides*. — Add. syn.: Turcz. *Fl. baikal. davur.* Nr. 95. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soong.* Nr. 58. — In m. Alatau (K. et K.).

22. *C. ochotensis*. — Add. syn.: Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. 1840.* p. 62 (C. caule suberecto ramoso, foliis viridibus subtriternatim sectis: laciniis ovalibus, bracteis lanceolatis utrinque acutatis pedicellis triplo longioribus, siliquis obovato-oblongis pedicellos aequantibus. — Flores pallide violacei apice lineis saturatioribus nigricantibus striati, pedicellis brevibus insidentes. Calcar incurvum, longitudine petalorum. Bracteae plerumque rubro-coloratae, flore paule breviores. Species bractearum magnitudine inter capnoides insignis. — ♃. Turcz.).

22. a. *C. tenella* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 60) radice fibrosa, caule sub floribus tantum foliato, foliis radicalibus 2-aut 3-ternatisectis: segmentis oblongis obtusis bracteis obovato-oblongis acutiusculis pedicellum subaequantibus, calcare cylindrico obtuso apice subincurvo petalorum longitudine, capsulis (immaturis) oblongo-ellipticis.

Hab. in glareosis summarum alpium Alatau (Kar. et Kir.). ♃?

Planta humilis, 4pollicaris, tenella, caule a basi usque ad flores nudo memorabilis. Flores pallide rosei (K. et K. l. c.).

45. Fumaria.

3. *F. Vaillantii.* — Add. syn.: C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 12. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 56. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 251. — In m. Arkaul (M. et B.), in montosis arenosis des. soongoro-kirghisici pr. Ajagus (Kar. et Kir.).
4. *F. pauciflora.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 251. — Armenia.

46. Mathiola.

6. *M. Fischeri.* — Add. syn.: Chorispora stricta. Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 95. — In salsis des. soongoro-kirghisici ad rivulum Ai, nec non pr. fontem Sassyk-pastau inter Ajagus et Lepsa.

47. Cheiranthus.

3. *Ch. taraxacifolius.* — Add. syn.: Georgi *Beschr. d. Russ. Reichs. Nachtr.* p. 289 (excl. syn. Pall.).

48. Nasturtium.

3. *N. palustre.* — Add. syn.: C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 13. — Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 57. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 256. — In des. soongoro-kirghisico ad superiorem fl. Irtysch (K. et K.).
4. *N. brachycarpum.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. Fl. alt.* Nr. 58. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 61. — In des. soongoro-kirghisico.

49. Barbarea.

1. *B. vulgaris.* — Add. syn.: C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 14. — Ad fl. Kurtschum.
4. *B. arcuata.* — Add. syn.: Kar. et Kir. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 59. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 256. — Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 62. — In alp. Narym, Tarbagatai et Alatau (K. et K.).
6. *B. plantaginea.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 256. — In Somchetia et Armenia.

50. Turritis.

1. *T. glabra.* — Add. syn.: Kar. et Kir. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 60. — C. Koch *in Linnaea XV*, p. 256. — Karelin et Kirilow. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 63. — In m. Tarbagatai et Alatau (Karel. et Kiril.).

51. Arabis.

1. *A. albida.* — Add. syn.: A. alpina cum varietate β. albida. C. Koch *in Linnaea XV*, p. 256. — In Somchetiae tractu Lori.
4. *A. auriculata.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 256.

6. a. *A. eriopoda* (Turcz. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc.* 1840. p. 63) perennis, pube stellata bifurcatave nec non pilis simplicibus scabra, foliis radicalibus oblongis dentatis; caulinis lineari-oblongis basi sagittato-amplexicaulibus, pedunculis calyce multo longioribus pilosis, petalis cuneatis, siliquis glabriusculis erectis pedunculos aequantibus, seminibus (immaturis) immarginatis.

Hab. in Sibiria orientali inter Jakutzk et fl. Aldan (Turcz.). ♃.

A. sagittatae etiamsi non dissimilis, differt pedunculis elongatis cum calyce totaque planta pilis patentibus stellatis, furcatis, simplicibusve vestitis. A. borealis Andrz., mihi tantummodo e descriptione nota, a nostra foliis radicalibus ovatis caulinisque ovato-oblongis, petalis sublinearibus subcucullatis, seminibus marginatis (?) et defectu pilorum simplicium distincta. Sisymbrium mollissimum C. A. Meyer, praeter notam genericam, a conformatione valvularum siliquae desumtam, recedit petalis minoribus, calyce sesqui nec duplo longioribus, pedunculorumque pube adpressa (Turcz. l. c.).

7. *A. incarnata.* — Add. syn.: C. A. Meyer et Bong. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 15.

7. a. *A. erysimoides* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 66) suffruticosa pube simplici adpressa canescens, foliis integerrimis sessilibus cuneato-linearibus, calyce basi aequali, petalis cuneato-obovatis calyce duplo longioribus: lamina ab ungue vix distincta, siliquis (immaturis) incano-pilosis subtorulosis pedicellum 3—4-plove excedentibus.

Hab. in argillosis deserti soongoro-kirghisici inter rivulos Tschulak et Ai (Kar. et Kir.). ♃.

Radix lignosa, fusiformis, crassitie pennae anserinae. Caules e radice plurimi, basi suffruticosi, adscendentes, ramosi. Racemi terminales, ebracteati. Sepala, siccut tota planta, incana. Petala in genere insolita, flava. Siliquae fere A. incarnatae, at stylus brevissimus A. fruticulosae. Valvulae planae, uninerviae. Semina (immatura) immarginata. Habitus, neglecto florum colore, fere A. fruticulosae; planta florens autem, siliquis destituta, primo intuitu pro Erysimi specie haberi potest (Kar. et Kir. l. c.).

7. b. *A. pachyrhiza* (Karel. et Kiril. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 65) radice caespitosa crassa, foliis angustissimis subsemiteretibus crassiusculis, pube simplici bifurcave centro affixa cum caule, calyce, siliquisque vestitis virentibus, petalis cuneato-obovatis calyce duplo longioribus: lamina ab ungue vix distincta, siliquis torulosis saepe contortis pedicello multoties longioribus.

Hab. inter Ajagus et rivulum Donsyk in lapidosis m. Bischtas (Kar. et Kir.). ♃.

Radix lignosa, quam in A. fruticulosa multo crassior. Folia in planta viva fere semiteretia, crassiuscula; exsiccata omnino plana videntur. Racemi ebracteati, multiflori. Petala (marcescentia) albida. Siliquae circiter 2-pollicares: valvulis uninerviis. Stylus fere lineam longus, stigmate bilobo terminatus. Semina immarginata. Cotyledones accumbentes (K. et K. l. c.).

8. *A. fruticulosa.* — Add. syn.: Karel. et Kiril. *Enum. pl. Fl. alt.*

Nr. 61. — KAR. et KIR. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 64. — In des. soongoro-kirghisico.

12. a. *A. glandulosa* (KAREL et KIRIL. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 67) annua glandulis sessilibus tecta, caule erecto ramoso, foliis pinnatifidis glandulosis pilosisque: laciniis linearibus, calyce basi bisacato, petalis calyce vix duplo longioribus: lamina obovato-oblonga.

Hab. in lapidosis subalpinis Alatau ad fl. Sarchan rarissime (KARELIN et KIRILOW). ⊙.

Radix annua, fusiformis. Altitudo varia; specimina majora, siliquis maturis onusta, semipedem superant; adsunt alia florifera tantum pollicaria. Folia in speciminibus minoribus minus incisa, dentata; summa integerrima. Pedicelli breves, flores subaequantes. Sepala saepe albido-marginata. Petala pallide rosea. Siliquae circiter pollicares, pedicellis 3—4plo longiores. Valvulae leviter concavae, uninerviae. Stylus subnullus. Semina uniserialia, ovata, immarginata. — Habitus potius Dontostemonum, praesertim D. pectinati, at stamina omnia libera et edentula, cotyledonesque accumbentes (K. et K. l. c.).

15. *A. sinuata.* — Add. syn.: TURCZ. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. 1840.* p. 64 (A. perennis, tota pube stellata scabra, foliis radicalibus in petiolum attenuatis obovato-oblongis pinnatifido-sinuatis dentatisque; caulinis paucis lineari-cuneatis dentatis integerrimisve, pedunculis calyce multo longioribus, siliquis stellato-pubescentibus pedunculos 3plo v. ultra excedentibus. — Ab affinibus A. ambigua DEC. et lyrata L. facile dignoscitur pube stellata non solum caulem et folia, sed etiam pedunculos atque siliquas tegente, statura minore et foliis caulinis parcioribus. TURCZ.).

17. *A. pendula.* — Add. syn.: C. A. MEYER et BONG. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 16. — KAR. et KIR. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 62.

20. *A. Turczaninowii.* — Add. syn.: Turritis? falcata (TURCZ. *in Bullet. de la Soc. des Natur. de Mosc. 1840.* p. 63) perennis glauca, foliis radicalibus in petiolum attenuatis obovato-oblongis stellato-pubescentibus; caulinis auriculatis amplexicaulibus glabriusculis, pedicellis calycis longitudine, siliquis pendulis falcatis enerviis glabris pedunculis triplo longioribus. — Petala rosea, calyce fere 3plo majora. Planta quoad genus ambigua. Seminibus biseriatis (?) ad Turritides, siliquis enerviis ad Cardamines spectat, habitu Arabidi Turritae et pendulae satis analoga. — In Kamtschatka quoque reperitur (TURCZ.).

53. Cardamine.

6. *C. uliginosa.* — Add. syn.: C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 256.

17. *C. impatiens.* — Add. syn.: C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 256. KAR. et KIR. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 68. — In m. Alatau (KAREL. et KIR.).

18. *C. macrophylla.* — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 64.

C. Gmelini. TAUSCH *in Flora XIX*, p. 402. — WALPERS *Repert. I*, p. 138.
C. Willdenowii. TAUSCH *in Flora XIX*, p. 403. — WALPERS *Repert. I*, p. 138.

19. *C. petiolaris* syn. est C. thalictroidis. All. ex Koch *in Flora 1841. I*, p. 452, fide specim. a Stevenio cum Martio commun.

54. Dentaria.

3. *D. quinquefolia.* — Add. syn.: C. Koch *in Linnaea XV*, p. 256.

55. Parrya.

2. *P. macrocarpa.* — Add. syn.: Walpers *Repert. I*, p. 134 (excl. syn. Neurol. arabidiflori. Dec.).

2. a. *P. pinnatifida* (Kar. et Kir. *Enum. pl. Soong.* Nr. 69) acaulis caespitosa glandulis pedicellatis adspersa caeterum glabra, foliis uncinato-pinnatifidis; radicalibus petiolatis, scapo 3—5floro, siliquis lineari-lanceolatis glandulosis: valvis uninerviis, seminibus alatis, funiculis adnatis.

Hab. in fissuris rupium summarum alpium Alatau ad fl. Lepsa et Sarchan (Karel. et Kiril.). ♃.

Scapi in planta florente 4—5pollicares. Petala purpureo-rosea, emarginata, paulo majora quam in P. macrocarpa: ungue calycem excedente. Siliquae (immaturae) circiter semipollicares, glandulis stipitatis sicuti tota planta (praeter petala) vestitae. Semina in statu immaturo videntur laevia. Glandulae hypogynae valvariae et placentariae binae. — Species, praeter folia omnia pinnatifida, siliquis glandulosis a congeneribus optime dignoscitur. Flores odorem suavem redolent.

2. b. *P. stenocarpa* (Kar. et Kir. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 70) acaulis caespitosa, tota (praeter petala) hirsuta glandulisque stipitatis adspersa; adulta glabriuscula, foliis radicalibus petiolatis basi attenuatis lanceolatis integerrimis dentatis angulatis incisis pinnatifidisve, scapis 2—5floris, siliquis sublinearibus longissimis; junioribus pilosis; maturis glaberrimis: valvis uninerviis, seminibus uniserialibus alatis: testa semini arcte adhaerente, funiculis adnatis.

P. stenoloma. Schrenk ex Fisch. et Meyer. *Ind. VIII. sem. h. petropol.* p. 19?
Hab. in m. Tarbagatai (Schrenk) inque rupibus m. Alatau inter fl. Baskan et Sarchan (K. et K.). ♃.

Habitu et statura P. macrocarpae simillima, at siliquis angustioribus, sesqui aut duplo quam in illa longioribus, seminibusque exacte uniserialibus satis distincta. Foliorum forma summopere variat. In speciminibus floriferis caulis, folia, pedicelli et siliquae juniores pilis simplicibus et glandulis stipitatis (rarius subsessilibus) obtectae, sed pili apice glanduliferi tantummodo in sepalis observantur (in P. macrocarpa autem per totam superficiem sat numerosi). Specimina fructifera multo glabriora. Flores inodori. Petala purpureo-rosea, emarginata, magnitudine P. macrocarpae: ungue calycem excedente. Siliquae maturae glaberrimae, 3—4pollicares (in P. macrocarpa ad summum $2\frac{1}{2}$ poll. longae). Valvae medio uninerviae, additis nervis aliquot lateralibus incompletis, medio parallelis. Semina exacte uniserialia, ala lata membranacea hyalina cincta (K. et K. l. c.).

P. stenoloma ab hac non differre videtur nisi latitudine alae, qua semina sincta sunt, quaeque „angustissima" dicitur a cl. cl. Fisch. et Meyer, „lata" a cl. cl. Kar. et Kir.

3. *P. excapa.* — Add. syn.: WALPERS *Repert. I*, p. 134, excl. syn. ERMANIAE nec *parroidis*. CHAM.

4. P. Ermani. — Add. syn.: Ermania parryoides. CHAM. in ERM. *Verz. l. c.*

56. Macropodium.

1. *M. nivale.* — Add. syn.: KAR. et KIR. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 63.

59. Farsetia.

Sect. I. *Farsetiana.* DEC. Petalorum lamina oblongo-lineares, integrae, ex albo purpurascentes. Stamina omnia dentata. Silicula elliptica. Septum basi fenestratum.

1. *F. spathulata* (KAR. et KIR. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 71) tota praeter petala pube stellata dense vestita caespitosa, caulibus prostratis, foliis sericeis; radicalibus surculorumque spathulatis; caulinis cuneato-oblongis, filamentis omnibus edentulis, siliculis orbiculatis (rarius subellipticis), septo integro.

Hab. in rupestribus des. soongoro-kirghisici ad fontem Tschingildy inter fl. Ajagus et Lepsa (KAR. et KIR.). ♃.

Caules floriferi circiter 4poll.; fructiferi saepe 8 poll. longi. Folia inferiora exacte Berteroae spathulatae. Calyx basi breviter bigibbus, saepe purpurascens. Petala rosea, variantia alba, calycem sesqui excedentia, angusta. Valvae silicularum planae. Semina in quoque loculo 2, late alata. — A sectione Farsetiana etiamsi recedit septo integro et siliculis plerumque orbiculatis, attamen convenit caeteris notis (K. et K. l. c.).

Sect. II. *Fibigia.* DEC. Petalorum laminae ovatae aut ovales, flavae, integrae. Stamina minora dente acuta. Lamina elliptica. Septum integrum. 2. *F. clypeata.*

60. Meniocus.

1. *M. linifolius.* — Add. syn.: KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 65. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 257. — KAREL. et KIRIL. *Enum. pl. Soongor.* Nr. 75.

61. Berteroa.

1. *B. incana.* — Add. syn.: C. A. MEYER et BONG. *Suppl. Fl. alt.* Nr. 17. — KAR. et KIR. *Enum. pl. Fl. alt.* Nr. 66. — C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 257.

1. a. *B. adscendens* (C. KOCH *in Linnaea XV*, p. 257) foliis pube stellata incanis setulisque ciliatis, staminibus subaequilongis; brevioribus dente brevissimo notatis, siliculis ellipticis compressis glabris, seminibus alatis.

B. adscendens. FISCH. et MEYER. *Ind. VIII. sem. h. petrop.* p. 2.

B. spec. nova procumbenti aff. C. KOCH *in litt.*

Hab. frequente in tractu boreali Mingreliae Letschkum (C. KOCH), in Iberia pr. Tiflis (WILHELMS ex FISCH. et MEYER). ⊙.

B. decumbens PORTENSCHL. differt foliis paucioribus minoribusque,

siliculis magis planis et seminibus late alatis, in icone Reichenbachiana (*Icon. Fl. germ.* Vol. II, t. XXII, Nr. 4286) denticulatis (C. Koch l. c.).

